deportatio, q̄ dr̄ mors ciuilis, non æquiparatur naturali: licēt
alibi videatur dici ꝯtriū in l. actione. §. publicatione. ſ̄. pro ſoc.
ſed ſolue ex̄ gl ꝙ mors ciuilis reſultans ex ingreſſu monaſterij
d æquiparat̄ naturali,ᵈ qm̄ hēt eoſdem effectus, quia ingreſſus
perdit velle, & nolle: ſed illa q̄ reſultat ex deportatione nō ſem
per, quia non perdit velle, nec libertatē, ideo æquiparatur quā-
tū ad actus ciuiles, non quantū ad naturales. de hoc brocardo
dic

ADDITIONES.

a Ordinaria. Adde gl. mag. in l. 2. de iure emph. Bal. in l. 1. §. inde quęritur. infra de publicia. Bal. in l. certi. C. loca.
b Poſt dotem. Vide ibi in apoſt. & hic ad Alex.
c Non eſt bona. Contra Bar. tenet Sal. in rep. huius l. Imo. Raph. Cu. in l. ſi conſtante. & d. Alex. hic, licēt Rom. dicat, ꝙ ſi vera eſſet prædicta opi. concurrent tres ſpecialitates contra. l. 1. C. de dot. promiſ.
d Aequiparatur naturali. Vide Old. conſ. 184. & Anch. conſ. 274.

de vř diſtinguẽdũ in liberatione, ſicut in obligatione an erat cõſumptus in aliquẽ certum, & determinatũ malũ vſum & nõ liberař, ſicut nec ipſum obligat, aut oõ ĩ certũ, & tũc ſecus, vt ibi no. licẽt ergo creditor me⁹ ſit unus luſor, vel iocator ſibi ſoluendo liberor, ſed ſi eſſet in actu ludendi non liberaret, per
5 ea, q ibi not. ¶ † In gl. ibi, (licẽt ſecus ꝯ) no. iſtã gl. quę ip allegař, ꝙ licẽt filia non ꝯdicendo cenſeatur přn conſentire, non ſic econuerſo, immo requiritur expreſſe ꝯſenſus přis vt filia agere poſſit, quia exercitiũ actionis eſt ipſius přis, & probatur hoc in auth. quo locum. C. de coll. ibi dum dicit, vel ſi př ei conſentit agenti, & hoc in profectitia. In aduentitia vero ſolũ pt agere filia ſine aliquo conſenſu přis expſſo, vel tacito, inimo ẽt ꝯ volũtatem, q a př nullũ ius hẽt in ea, ẽt vſusfructus, cũ habeat determinare alimẽtis eius, & ſic nõ eſt legitimus adminiſtrator, vt no. ĩ auth. excipiř. C. de bo. q̃ lib. & l. 3. §. pe. ŝ. commo. Aliqñ ẽt in do te profectitia pt filia agere ſine voluntate přis. ſ. qñ př abeſt, vt ĵ. ea l. §. ſi př i. vel ẽt ſi eſſet turpis pſona, vt ſiliusfa. §. ſed & filia. alleg. in gl. vel qñ dos eſſet magna, & eſſet piculum, ꝙ vir vrgeret
6 ad inopiã, ut in d. auth. qđ locũ. ¶ † In gl. q̃ inc. (patet) ioñ. dic, ꝙ ſi př hẽt regreſſũ ꝯ maritũ, qui malè ſoluit, & maritus eſt ſoluẽdo, tenebiř iterũ donare ĩ ſcđo mřimonio, q a ex hoc non grauař. Si ãt hẽt regreſſum, q a bñ ſoluit, vel nõ eſt ſoluẽdo, tũc diſtingue, aut filia pdit dotẽ ſui culpa, & defectu, & nõ tenebiř př
7 iterũ dotare, aut ſine ſui culpa, & tũc ſecus ſm Doc. † Et iſtud ſa cit ad qõnẽ, ſi př aſſignauit filio lrĩmãĩ eius vita, qđ facere pt ex iuſta cã, l. cũ quo. § ſi. & ibi no ĵ. ad l. Fal. & poſtea eã pdat ſui culpa nõ teneať poſtea ĩ teſtõ iterũ ei relinq̃re, & ſic valebit teſtm ipſo pterito, dicit tñ Bal. in auth. ſi captiui. C. de Epiſ. & cle. circa fin. ꝙ bñ tenebiř ipm alimẽtare in eius uita ſm Old. qui hoc tenet p l. libertus q operať. ĵ. de oper. lib. vbi licẽt patronus pdiderit iuſpatronatus, quãtũ ad ſuccedẽdum, nõ tñ q̃tũ ad teuctentiã, nec q̃tum ad alimẽta, quominus libertus teneať ipſũ alere indigentẽ ¶ lo gl. (ſed) io ſi. dic melius, ꝙ qñ ſoluit non pdituř, ſi qđ ſine iuſta cã, & poſtea pdař, pinde eſt acſi pditur eſſet ſolutum, & non liberař, & ita pt pcedere, qđ dicit glo. oã eſt, qđ imputeť marito ſoluẽti ſinẽ iſta cã. debebat. n. hunc caſũ conſiderare, ꝙ poterat pdere, ſiue perdať ſui culpa, ſiue ſine cul pa. Si ãt ſoluit ex iuſta cã, tunc qualitercunq; pdatur non eſt, ꝙ ſibi imputeť, quia quod legitimè factũ eſt pęnã non mereť. l. Gracchus de adul. & facit l. ſi vt certo. § ſi de me. ŝ. commo. & in l. qoam gl. alleg. ŝ de exercito. l. 1. §. vñ. quæri ſm Dy. & alios.

1 Si mulier accipit ignoranter debitorem inopem aio nouandi, non fit nouatio.
2 Debitor meus dedit mihi expromiſſorem aliquem campſorem animo nouandi qui infra paucos dies feſellit, an detur recurſus contra debitorem.
3 Si cõſtãte matrimonio no pt dos reſtitui, ut maritus liberetur, ita nõ pt alius debitor delegari aĩo nouãdi, ut marit⁹ liberetur, & ille remaneat obligatus.

1 **§.Si mulier.** † Si mulier accipit ignorãter debitorem inopẽ animo nouãdi nõ fit nouatio. h. d. notabiliter, & ſic remanet maritus obligatus prima actione, & obligatione, & eſt ſpãle in dote, ſicut & alibi in l. ſi mulier. in §. ſi dos. ŝ. qđ me. cau. vbi ꝯctus dotis factus p metũ nõ valet ipſo iure, regř ſecus. ¶ In gloſſ. 1. circa prin. ibi, (ſolutio) hic eſt fauor Doct. dñt, ꝙ ille §. abeſſet. loquitur in eo, q ſciẽter recepit pmiſſorẽ nõ idonũ, hic ãt dẽt intelligi qñ ignorãter, certe fateor, ꝙ ſi mulier recepit ipſũ ſcienter, nulla ſpãlitas eſt ĩ ea, q a fit nouatio, & ſibi nõ ſuccurriř ꝯ maritũ, q a ſciẽt, & nolẽti dolus nõ inferř, & hoc pbatur in l. pmittẽdo. §. ſi a debitore. ŝ. de iure do. licẽt ille §. loquař in caſu econuerſo, qñ maritus recepit ab vxore, ſed certè ĩ hoc pariter priuilegiař, arg. in l. iure ſuccurſũ. §. ſi. & l. ſi res. §. 1. eo. ti. ŝ. de iure do & hoc qñ faciebat ſactũ, & ẽt ius
3 ſi nõ tenebať ipm recipere, ſi ãt ignorabat ipſum nõ eſſe idoneũ, tũc ſol. gl. eſt bona, q a ĩ dote eſt hoc ſpãle, ꝙ nõ fit nouatio ipſo iure, & ſic agiř actioue prima, vt hic, in alijs ſecus, q a fit nouatio mero iure, ẽt ſi creditor ſit deceptus dolo debitoris, quia talis dolus ñ reddit liberationẽ nullã, qñ fit p acceptilationẽ, q̃ eſt ſtricti iuris, ut l. ſub ptextu. C. de tranſ. la. 1. cod. mõ, qñ fit p delegationẽ, & nouationẽ, & ſic nõ pt agi actione prima, ſed ſi debitor fuit i dolo aſſerẽdo illũ eſſe idoneũ, vel ẽt ſciebat, & maliosè nõ certificauit creditorẽ, & ſic dolo verſatus eſt, ut l. 1. de act. emp. tũc ſuccurrit ꝯ eũ p actionẽ de dolo, & tũc hẽt locum ꝙ ſequit in gl. in ver. itẽ opp. ſi ãt debitor non fuit in dolo, quia ignorabat ipſum nõ eſſe idoneũ, nec aſſeruit ipſũ eſſe, & ſic creditor eſt deceptus re ipſa, ceſſat actio de dolo: ſed ſi debitor lucratus eſt liberationẽ ex hac lęſione, vt quia dedit expromiſſorẽ, q ñ erat debitor eius, ſuccurreret ꝯ ipſũ p actionẽ i ſcm, ar. ĩ l. ſi. ŝ. de eo p quẽ ſcm eſt. ubi in ſubſidiũ recurriř ꝯ eũ, q lucrat⁹ eſt: ſi ãt nõ ſuit lucratus, q a delegauit ſuũ debitorẽ, q nõ erat ſoluẽdo, & ſic liberat⁹ eſt debitor ſuus à ſe, & ipſe a ſuo creditore, võ dř lucratus, ar. in l. ciuitatib. in ſi. de leg. 1. tunc vř, ꝙ dãnũ ſit ſui creditoris licet ignoranter recepit, quia in pari cã potior eſt ꝯditio rei, & vterque eſt ſine dolo, & ſine lucro, & uterque certat de dãno vitando. & ita pt ſaluari gloſ. quæ eſt in l. 3. ĵ. de fideiuſ. q̃ ĩtelligit illũ tex. ẽt qñ ignorãs recepit, dũ ibi ſub audit maximè, licẽt illa gl. rephẽdař p Dyn. ſed rephẽſio pt eſſe bona,
a qõ debitor delegãs fuit in dolo, vel in lucro, ᵃ & ita intelligiř gl. q̃ eſt ĩ l. ſi q s ſtipulat⁹. §. ſi. de uer obl. aĩs pcedat illa gl. q̃ vř pbari p illũ §. abeſſe q loqř indiſtinctè. Et p hac diſtõne bñ facit l. ſi in emptione. §. itẽ ſi emptio. de ꝯh. emp. vbi diſtĩguiř, an uterq;
2 ſciuerit, an uterq; ignorauerit, uel alter tm̃. † Et ex pdictis rñdeť ad qõnẽ, q̃ format hic Ang. de debitore meo, q dedit mihi in expromiſſorẽ aĩo nouãdi aliquẽ cãpſorẽ, q ĵ. paucos dies ſeſellit, an mihi deř recurſus ꝯ debitorẽ, & bř licẽt ipſe nõ explicet, dic, ꝙ aut fuit ĩ dolo, q a ſciebat, & dař regreſſus p actionẽ de dolo, aut ignorabat, & tũc aut ille cãpſor ſibi nõ tenebať in aliquo, & dař regreſſus p actionẽ in factũ, aut ſibi tenebať, & tũc ſec⁹.
b & dãnũ erit meũ. Tene mẽti, q a ᵇ quotidianũ eſt. ¶ Vlti. nn. ſm
3 eũdẽ Ang. in ſi. eiuſdẽ gl. † ſicut ꝯſtante matr. nõ pt dos reſtitui,
c vt maritus ᶜ libereř, ita nõ pt alius debitor delegari aĩo nouãdi, vt maritus libereř, & ille remaneat obligatus: & eſt iſta gl. pegrina ſm eũ: nimirũ, quia nõ põt dari fideiuſſor p dote reſtituẽda, vt C. ne fidei. dot. dẽ. & eadẽ rõ eſt ĩ expromiſſore aĩo nouandi.

ADDITIONES.

a Lucro. d. Alex. ex toto nõ ſequiť opi. Pa. de Ca. hic de quo uide lati⁹ per ipſum.
b Quia. Adde Bar. in l. 1. ſup. de condi. ex l.
c Qñ dos reſtituta, ſi ſine culpa uxoris pereat, põt iterum repeti in bonis ſm eũdem Ang. in l. ſi noxali. §. eſt aũt. ff. de pec. niſi eædẽ res in dotem datæ reſtitutæ ſint ſecundum Io. de Imo. & do. Ang. in l. ſi conſtante. ad prin. in gl. ſi.

1 Maritus quãdo nõ poſſit moleſtari ſi př exegerit dotẽ abſq; uolũtate filiæ.
2 Debitor ex cauſa neceſſaria, id eſt ex diſpoſitione legali, quæ ipſum inuitũ obligat, uidetur in dubio relinquere animo compenſandi cum tali debito, ſecus quando ex cauſa uoluntaria, ut ex contractu, uel quaſi.
3 Si pater exegit dotem ſine uoluntate filiæ, & poſtea ei minus relinquat, & expreſſe dixit, quòd deberet eſſe contenta legato, & maritum non moleſtare, tunc acceptando, uidetur acceptaſſe cum ſua cauſa.
4 Si uir debet lucrari dotem ex forma ſtatuti, & mulier ſibi facit aliquod legatum, cenſetur feciſſe animo compenſandi, ut ſi uir lucrum acceptet, teneatur dotem reſtituere, ſi æquiualet lucro ſtatuti.
5 Quid in patre qui tenetur dare legitimam filio, ſi ei relinquat legatum, an computetur in legitimam.
6 Si pater non relinquat filię niſi legitimam, an ipſa poterit agere contra maritum ad dotem, quam reſtituit patri ſine uoluntate filiæ.
7 De legit ma filię reijcatur oẽ grauamẽ, & an dos computetur in legitimam.

1 **§.Si pater filia.** † Licẽt př exegerit dotẽ ſine uolũtate filiæ, ſi tñ poſtea tm̃ ei reliquat iure hẽditario, vel legati quãtũ erat illa dos, nõ poterit maritus à filia moleſtari h. d. notabiř. Et ip allegař, q a cẽſeř relictũ aĩo ꝯpẽſandi cũ hoc debito neceſſario.
2 † Et ad hoc allegař, ꝙ ille, q eſt debitor ex cã neceſſaria, i. ex diſpõne legali, q ipſum inuitũ obligat, vt eſt př, q obligař dotare filiã, vř in dubio relinq̃re aĩo ꝯpẽſandi cũ tali debito: ſecus qñ ex cã uolũtaria, vt ex ꝯctu, vel quaſi, q̃ a principio ſunt volũtatis, vt in l. ſicut. C. de act. & obl. nã tũc in dubio nõ vř relinq̃re aĩo ꝯpẽſandi cũ tali debito, niſi dicat expſſe, vt ĵ. de le. 2. l. creditorẽ. & C. de rei vx. ac. §. ſciẽdũ. ¶ In tex. ibi. (filia abſente) ſupple, & cãm ꝯdicẽdi habente, & ſic maritus nõ fuit liberatus a filia, & pt ab ea cõueniri, & ipſe agere pt ꝯ patrẽ ꝯd. ind. vt ĵ. de ſol. l. q hoiem. §. ſi gener. Si aũt non hẽret cãm ꝯdicẽdi, bñ ſoluiſſet pri, & eẽt liberat⁹, vt ĵ. e. l. dotẽ. & oõ hẽret locũ iſte §. ¶ In tex. ibi, (egerit) ſupple, & exegerit. ¶ In tex. ibi, (omiſſa de tato ſatiſdõ) idẽ ſi ſuiſſet pſtita, ſi tñ filia ñ habuerit ratũ. q a eadẽ ẽ rõ. ¶ In tex. ibi (ſiue přis hẽs extiterit) dt Dy. ſ. in ſolidũ: ſi aũt p parte, tũc p illa tm̃ pte denegař actio, vt ĵ. eo. l. ſi ſocer. §. ſi. & C. de ne. ge. l. ſi ab eo. hoc vř ſentire gl. ĩ l. př filiã. ĵ. ad l. Fal. ſed mihi vř, ꝙ Dy. malè dicat, ꝙ ẽt ſi ſit inſtituta ex minima parte, ſi tñ illa pars deducta lrĩa tm̃ ualet q̃tũ erat dos, repellat in totũ, q a cẽſeř relicta aĩo ꝯpẽſandi, oã ſi hoc eſt, qñ fuit relictũ iure legati, uel fideicõmiſſi. ut ſequiř, idẽ dẽt eſſe qñ iure hęt. leges aũt allegatę p Dy. loquũř, qñ creditor ſucceſſit debitori, & q̃nĩ p quota parte ꝯfundař actio, ſed hic př non erat debitor iſti⁹ filiæ pp hoc, ꝙ dotẽ exegerat, ſed erat debitor ipſe marit⁹, vt patet ex illa l. q hoiem. §. ſi gener. vñ nihil faciũt illa iura. ¶ In tex. ibi, (accepit) itellige. ſ. cũ effectu, q a adiuit hẽditatẽ uel legatũ acceptauit, ſec⁹ ſi repudiaſſet, tũc. n. nõ noceret filiæ, quominus poſſet agere ꝯ maritũ, ut l. cũ ab uno. ĵ. de leg.
3 a. ¶ † In tex. ibi, (quantum dotis eſſet) idem ſi minus, ſi tñ expſſe dixit, ꝙ deberet eſſe contenta legato, & maritum noo moleſtare, oam acceptando vř acceptaſſe ᵃ eum ſua cauſa p illam l. cũ ab uno p c. oſſici. eẽ. de teſt. ¶ In tex. ibi. (lucroq; eius cedere) idẽ eſt dicere, ꝙ iſtud legatũ ſit remãſurũ penes eã, q a ñ ſuit rogata alij reſtituere, alias ſecus, q a nõ uidereť ipſum habuiſſe arg.

ADDITIONES.

a Acceptaſſe. d. Alc. dt, ꝙ Pau. hic inaduertẽter locut⁹ eſt, q a filia acceptãdo legatũ continẽs minus dote, nõ ſibi pudicat p l. dotale. § ſi. ŝ. de fun. do. nec. c. cũ oſſ, facit ad materiã. vbi, ſi př tuſſit illã tacitã & rõtẽtã dicat, ꝙ ſibi placet opi. Pa.

Pau. de Caſt. 1. ſuper Infor. C

arg.ȷ.de re iu.l.nõ vr̃ q̃ſquã ſ̃m Dy.& tũc expoſitio ultimæ gl.
non eſt neceſſaria hic.¶ In gl.in uerbo,(tñ accepit.) Quęro q̃
ſit rõ,ꝙ mulier hic non poſſit agere ꝯ maritum,licet ſibi ſit fa
ctũ relictum a pr̃e?gl.mag.aſſignat hic duas rõnes,& aliam aſſi
gnat gl.in l pr̃.ȷ.ad l.Fal. Prima,qa ex qua pſona lucrũ ſenſit,
eius factũ pſtare dẽt.ȷ.de reg.iu.l.ex qua perſona. & Doct. vñr
iſtã approbare,ſed nõ placet,qa ibi loquit̃ in vno,& eodẽ nego
tio,vt paret in exẽplis poſitis p gl.in inſtõne, ſicut ab ipſo lu-
cror,ita debeo ex facto ſuo teneri,rõne eiuſdẽ officij.nos loqui
mur in negotijs diuerſis,nã ſi rem meã vendidiſſes ſine mea vo
luntate,& poſtea mihi legatum faceres,uel donationẽ,nihilo-
minus poſſem retractare venditionẽ,licẽt ex tua perſona ſen-
tiã lucrum.Secunda rõ,q̃ ponit̃ in uer. eſt & alia , qa pr̃ cenſet̃
reliquiſſe aĩo compenſandi,& iſta eſt bona,qa probat ex tex.in
ver.compenſandũ.¶ Sed ꝯ iſtã opi.extra gl.quia cõpenſatio eſt
de debito vnius ad debitum alterius,ſed hic pr̃ non erat debi-
tor mulieris,ſed ipſe maritus,vt ſ̃.dixi.Sol. immo erat ſaltẽ per
indirectum,quia ſi mulier aget ꝯ maritũ , maritus aget ꝯ prem
cond.indeb.vt in §.ſi gener.ſ̃.all eg. & ſic cenſet agere ꝯ ipſum
prem,certè ẽt directo,quia pr̃,poſtq̃ exegit dotem, reincidit in
ob.legalẽ,vt teneat̃ filiã iterũ dotare in ſecũdo mr̃imonio, ut ȷ
aut.q̃uis.de rei vxo.act. Et pro hoc debito legali , & neceſſario
vr̃ relinquere aĩo cõpenſandi. ¶ Itẽ adhuc opp.ex̃. gl. de eo,qđ
no.in l.filiæ legatorũ.C.de leg.& ȷ.de lega.j.l.hmõi.§. cũ pr̃.qñ
pr̃ primo dotat,poſtea legat qa non ip vr̃ legare aĩo compẽſan
di,ut ibi no.Sol.ibi pr̃ dotauerat filiã , & ſic debitũ neceſſariũ
ex ſoluerat,& erat ab ipſo liberatus: tene ergo rũc diſtinctionẽ
ibi poſitã per Doc.ſi aũt nondũ ſoluerat,& nõ recuperauerat,
vel ſoluerat,& recuperauerat,vt hic,cenſet̃ reliquiſſe indiſtin-
4 ctè aĩo cõpenſandi,qa debitũ neceſſariũ ſubſiſtebat , † & iſtud
inducit̃ ad qõnẽ,ſi vir dẽt lucrari dotẽ ex forma ſtatuti , cum
iſtud ſit lucrum neceſſarium proueniens citra uoluntatẽ mu-
lieris,ſi mulier ſibi facit aliquod legatum,cenſet̃ feciſſe aĩo cõ
penſandi,cum illo lucro,& ſic ſi lucrũ acceptat, teneat dotem
reſtituere,ſi æqualet lucro ſtatuti,& vr̃ de hoc caſus in fi.auth.
5 p̃terea.C.unde uir,& uxor,† ſic pr̃,qui tenet̃ dare lt̃imã filio,cẽ
a ſet̃ reliquiſſe aĩo compenſandi[a] cum lt̃ima : ideo legatũ in lt̃i-
ma computat̃,ut l.oĩno.C.de inoff.teſt.Bal.in iſta auth recitat
opi.Alberti.de Scalis,qui tenuit ꝯrium,& Ang.hic diſtinguit
pro concordia,ſed quia diſtinctio ſua non placet,tene p̃mam
opin.quæ cõiter approbatur,quia caſus eſt in d.auth.& ad rõ-
nes eorũ de facili r̃ndet̃. Tertia rõ ponit̃ per gl.in l.pr̃.eo caſu,
quo filiæ fuit relictum iure hr̃ditario, nam ipſe tenet̃ ꝯdõne in-
debiti tanq̃ hr̃s pr̃is,ut in d.§.ſi gener. repellit̃ tñ , ſi agat filia,p
illam exceptionem,de qua in l.uẽdicationem.ſ̃. de euic. & iſta
eſſet bona,ſi eſſet inſtituta inſolidum,ſi aũt pro parte,nõ repel
litur ex iſta rõne,niſi pro illa parte,& tñ ſi illa æquiualet doti,
6 repellit̃ in totum pp ſecundã rõnẽ. ¶ † Vlr quæro, pone,ꝙ pr̃
non reliquit filiæ,niſi lt̃imam , an poterit agere ꝯ maritum ad
dotem,q̃ reſtituit patri ſine volũtate filię?vr̃, ꝙ ſic, quia nõ dr̃
lucrata ex tali relicto,cũ lt̃ima eſſet ſibi debita: vt in l.fin.C.de
codic.& ſic ceſſat p̃ma rõ glo.nec tenet̃ cõpenſare cũ dote,ẽt
ſi fuerit hoc exp̃ſſe dictũ,quia lt̃ima dẽt relinqui ſine onere, ut
in l.qm̃ in priorib.eo.tit.& ſic ceſſat ſecunda rõ, & quia lt̃ima
dr̃ deducto ære alieno, & ſic filius , cui relinquit̃, non tenet̃ ad
onera mr̃imonij,vt l.Papin.§.qm̃ aut quarta de inoff.teſt.& ſic
ceſſat tertia rõ,& pro hoc tex.in l.paret.ad l.Falc.ubi vr̃ eſſe ca
ſus,licẽt ibi loquat̃ in Treb.ubi dr̃,ꝙ hẽbit eã , & ẽt dotẽ pote-
rit petere,licẽt pr̃ dixerit,ꝙ cõpenſaret,& hoc ẽr vult gl hic in
b p̃n.in ꝯriũ vr̃,qa[b] dos in lt̃imam computat̃,ut in l.qm̃ nouel
la.C.de inoff.teſt. & ſic vr̃ poſſe dari lt̃ima cũ onere,quod cum
dote compenſet̃.Br̃ primã partem puto ueriorẽ,& ad hanc rõ-
nem r̃ndeo,ꝙ ſi pr̃ non relinquat integram lt̃imam,bñ eſt ue-
rum,ꝙ dos in lt̃imã computat̃ quantũ ad hoc, ut olim exclude
ret̃ a querela,& hodie a iure agendi ad ſupplementũ,quia hoc
tendit in fauorẽ teſtĩ,ſed ſi relinquat integram lt̃imam cũ one
re,ut compenſet cum dote , q̃ poterat a marito repetere , tale
onus non ualet,& ſic habebit lt̃imam,& ẽt repetet dotẽ,per il-
lam l pr̃.ẽt ſi maritus eam ſoluerat patri,& ſic ab hr̃dib. patris
eſt repetenda per gl.quæ eſt hic,quæ ita intelligit iſtam l.pr̃. ut
loquatur ẽt,qñ pr̃ exegerat,ſ̃m primam lec.ibi poſitam in glo.
q̃ illa gl.vr̃ approbare,ut ibi no.Bar.ſed ibi eam reprobat,& po
nit ſecundam,ꝙ ibi nõ exegerat,& illã tenet gl.& ẽr Doc.tamẽ
quantũ ad propoſitum eadẽ eſt rõ, quia non agitur de fauore
teſtĩ,ne expugnetur.tene menti, quia hoc eſt ſubtile. & utile.

ADDITIONES.

a Animo cõpenſandi.Vide Bal.conſi.64.in fi.3.lib.ubi ponit de opin.Fed.de Sca
lis,& vide per Fulg.conſi.81.

b Ad quod uide eundem.Pau.in conſi.106.conſi.107. & conſi.129. & 108.vbi
uide quid ſi filia excludatur per ſtatutum.adde Bar.Soc.in conſi.129. & Spec.
de inſtru.editione.§.13.uer.ſed frater.

1 Patre abſente admittitur filia ad agendum de dote præſtita cautione rati,
& quomodo iſtud intelligatur, vide infra.
2 Statutum,quòd mulier, vel minor non poſſit agere ſine conſenſu duorum
conſanguineorũ,& illi ſunt abſentes,vel præſentes,ſed inhabiles , quod
non teneatur mulier cauere de ratihabitione illorum.
An loco illorum debeat ſubrogari iudicis authoritas.
3 Si ſtatutum diceret de duob. conſanguineis,& non eſſet niſi vnus,quòd ille
vnus ſufficeret , & quòd tale ſtatutum debeat intelligi de proximiorib.
& de maſculis,& habentibus perfectum intellectum.
4 Relegatus, licet non ſit habilis ad agendũ,qa non põt ſtare in ciuitate, ta
mẽ eſt habilis ad cõſentiẽdũ filiæ agẽti,nõ tamẽ põt agere per ꝓcuratorẽ.
An poſſit cedere,& ceſſionarius agere, vt non poſſit ei obijci exceptio re
legationis , vel banni , ſeu excommunicationis.
5 Patre abſente , quando non admittatur filia ad agendum de dote etiam
præſita cautione rati.

1 §.SI patri. † Patre abſente admittit̃ filia ad agẽdũ de do-
te p̃ſtita cautione rati.h.d.In tex.ibi.(eſſe non
liceat) idẽ ſi licet tñ eſt abſens,& de ꝓximo non ſperatur redire
nã ẽt tunc exerciuũ actionis de dote redit ad filiam,vt l.filiusfa.
§.ſed & filia.ſ̃.de procu.dũmodo caueat de rato,ut hic,& i hoc
ille.§.ſupplet̃.¶ In tex.ibi,(vt caueat ſic eꝯ, qñ pr̃ agit abſente fi
lia vt ſ̃.eo.l.2.§. volũtate.iõ aũt p̃ſtat̃ hæc cautio quia pr̃ habet
cõſentire filiæ rõne iuris,ꝙ ipſe pr̃ hẽt in actione de dote,& pp
proprium intereſſe,ex eo,ꝙ filia nõ agat noĩe patris ſed ſuo ꝓ-
prio,nec actione reſidẽte in patre , ſed in propriã pſonã , & hoc
voluit gl.quæ eſt hic.ſi ãt requirat̃ conſenſus alicuius , nõ rõne
intereſſe ipſius,ad reintegrandam perſonam agentis,ut in caſu
a l.cum non ſolum.§. neceſſitate.de bon.q̃ lib. † vt ſi ſtatutum di
ceret,ꝙ mulier, vel minor non poſſit agere ſine conſenſu duo-
rũ ꝯſanguineorum,& illi eſſent abſentes nõ teneret̃ mulier ca-
uere de ratihabitione illorũ,imo poſſet agere ſine illorũ cõſẽſu
ex quo abſunt,& conſentire non pñt,quia ſtatutum dẽt intelli
gi,ſi ſunt p̃ſentes,& de facili pñt cõſentire,arg.ad hoc.ȷ.de cap.
& poſtlim.re.l.in bello.§.medio.& de ritu nup.l.ſi ita. Et idẽ ſi
eſſẽt p̃ſentes,& inhabiles,puta furioſi,vel minores.vt no.Bal.C.
q ad mir.l.1.in fi.dicit tñ idẽ Bal.nn.in l.tranſactionẽ.C.de tran-
ſac.in fi.ꝙ loco abſentiũ dẽt ſubrogari iudicis authoritas, ſi ſta
tutũ diceret,ꝙ nõ poſſit ꝯhere ſine illorum ꝯſenſu,ſed in l.cum
ſenten.C.de ſent. vr̃ tenere,ꝙ nulla fienda eſt ſubrogatio, quia
poſtq̃ abſunt,pinde eſt,ac ſi non eſſent,& ſtatutũ dẽt ſic intelli
3 gi:at.in l.4.§.toties.de dã.infe.† & ſi diceret de duob.& nõ eſſet
niſi vnus ſufficeret ille unus,ſ̃m Bal.in d.l.j.C.vñ vir,& vxor ad
qđ vide oĩno quod no.Bar.in l. Stichum. qui meus erit. de lega.
j.& in l.ſi tertius.in prin.de aqua plu.arcen. ꝙ qñ ſunt inhabi-
les,nõ eſt locus ſtatuto,qđ no.Bal.in l.fi.C.de verb. ſig.q tenet,
ꝙ ſtatutũ dẽt intelligi de ꝓximiorib. & maſculis, & nõ fęminis,
& de habentib.pfectum intellectum,qm̃ requirit̃ ad ſupplẽdũ
a defectũ mulieris,vel minoris: ergo nõ dñt eſſe defectuoſi.[a] tene
4 menti.¶ † Et no.hic ſ̃m Dy.iuncta gl.j.ꝙ licet relegatus non ſit
habilis ad agendum,quia non p̃t ſtare in ciuitate, tñ eſt habilis
ad ꝯſentiendum filiæ agenti,alias fruſtra caueretur de rato,nõ
tñ p̃t agere per ꝓcuratorem,quia qui prohibet̃ per alium.l.a.§.
j.de adm.re.ad ciui perti.Sed an poſſit cedere, & ceſſionarius
agere,vt nõ poſſit ſibi obijci exceptio relegationis,vel bãni,vel
excõicationis Dy.tenuit hic,ꝙ non poſſit agere , & tales exce-
ptiones,q̃ obſtant cedẽn, obſtent ẽt ceſſionario.In ꝯnum,quia
ſunt pſonales,& nõ obſtarẽt hr̃di cedentis,arg.ſ̃.e.qa tale,ergo
nec ceſſionario.ar.ȷ.de adm.tut.l.ex plurib.a ꝯrio ſenſu de iſta
qõne vide per Bar.in l.apud Celſum.§.ſi cum legitima.de exceſ
in c.j.de iure pat.lib.vj.per gl.in nouel.& in addi.Spec. & de ce.
5 ſio.actio.§.j.¶ † Opp.ꝙ filia non admittatur cum cautione ra-
ti patre abſente p l.Pomp.§.fi.ſ̃.de proc. quidã dicunt hoc eſſe
verũ,ſi pr̃ p nuntiũ, uel epiſtolã expreſſe ꝯdicere alias procedit.
quod hic dicitur.gl. reprehẽdit,quia ibi loquitur in eo,qui agit
noĩe actionis,& actione reſidẽte in pſonam illius,vnde ſi appa-
ret de illius ꝯria voluntate,non admittit̃,ẽt cum cautione rati:
poſito,ꝙ ſit ꝯiuncta perſona,q̃ põt agere ſine mandato,non tñ
ꝯ voluntatẽ ꝯiunctæ perſonæ,hic vero filia agit ſuo noĩe, & a-
ctione reſidente in pſona ſua,vnde ꝯdictio patris non põt eam
impedire,qa ex quo pr̃ eſt abſens,exercitiũ actionis eſt ipſius fi
liæ,qđ pr̃ ſibi auferre non p̃t in abſentia. Do.diſtinguunt,aut pr̃
hẽbat cãm ꝯdicẽdi,qa filia erat leuis,vel turpis pſona,& ꝓcedit
j.opi.vt ȷ.prox.§.in fi.aut nõ hẽbat,qa filia erat honeſta:& pro-
cedit ij.opi.iſta diſtinctio eſt bona,ſi pr̃ duntaxat ꝯdicit:& ꝓcu
ratorem ad agendũ nõ mittit,ſi autem mitteret, & eſſet caſus,ȷ
quo dẽret audiri:qa nõ eſt bannitus,vel relegatus, tunc ſicut ip
ſe

ADDITIO.

a Defectuoſi.Dic tñ,ꝙ ſi teſtator prohibeat rem alienari ſine requiſitione conſor
tum,& conſilio coniunctorum,ꝙ ſi fœmina interueniat, valet alienatio , vt
conſuluit Ang.conſ.191.an autem ſtante prędicto ſtatuto,ſi non poſſit haberi, niſi
vnus coniunctus ſit ſatiſfactum ſtatuto,& quid ſi non ſint de proximioribus vi
de per eundem Ang.conſi.170.

ſe, ſi eſſet præſens præferretur filiæ: ēt ſi filia eſſet honeſta: quia
exercitium eſt patris: ita & eius procurator præfertur: vt ī. ea. l.
§. ſi ſol. ibi, de hoc probant in ſimili: & tunc poteſt procedere
ſ. opin. quā glo. reprobat, niſi ipſe pater eſſet turpis perſona,
quia tunc ſicut non audiret ipſe, ſi eſſet præſens, ſed filia, vt ī.
px. §. & l. filiusfa §. ſed & ſi filia. de ꝓc. ita nec eius procurator.

1 *Diuiſio materiæ præſentis paragraphi.*
2 *In actio. de dote cōteſtatur lis, & ſic nō eſt cā ſummaria, licèt termini in ea abbreuientur.*
Actio de dote, quod ēt iſto iure conſolidabatur in filiā ꝑ emancipationē.
3 *Facilius quis in abſentia contradicit alteri, quàm ipſo præſente.*
Filia, vel uxor, ſi abſente patre, vel marito conſenſit contractui facto per patrem, vel maritum, non cenſetur conſenſiſſe ob reuerentiam paternā, uel maritalem, & ſic non reſcinditur officio iudicis, ſicut eo præſente.
4 *Licèt pater, qui agit, ſit turpis perſona, & hoc conſtet iudici, ſi tamen filia expreſſe conſentit, & in conſenſu perſeuerat uſque ad conteſtationem incluſiuè, admittitur pater, ſi filia poterat ſibi præiudicare conſentiendo.*
5 *Quandocunque lex, vel ſtatutum requirit aliquem conſentire alicui agenti, debet intelligi, quòd conſentiat tempore litis conteſtatæ.*
6 *Poſt præſtitum conſenſum, quòd non liceat variare, nec diſſentire.*
Conſenſus, an trahatur retro.
7 *Quid ſi adhibetur conſenſus ante litis conteſt. & ab eo non recedatur.*
Si pater conſenſit filio, ut agere poſſit per inſtrumentum publicum, antequā incipiat agere, vel per nuntium, aut epiſtolam, an hoc ſufficiat, ſi tempore litis conteſt. non eſt præſens, & conſentiens.
8 *Quando per legem, vel ſtatutum requiritur conſenſus alicuius certo tempore, ſi præſtatur intempeſtiuè ante tempus, habetur pro non præſtito, & poteſt ab illo recedi, ſecus ſi non requiritur certo, & determinato tēpore.*
9 *Quatuor quæ impediunt mutationem voluntatis.*
Filia dicitur mutare uoluntatem tacitè eo ipſo, quòd eſt emancipata poſt præſtitam uoluntatem.
10 *Caſus in quibus iudex poteſt ſupplere de facto ſuum officium interponendo, etiam non requiſitus in cauſa priuatæ perſonæ.*
11 *Si ſtatutum dicat, quòd mulier, vel minor non poſſit agere ſine cōſenſu duorum conſanguineorum, & conſanguinei requiſiti nolunt conſentire, quòd poterit agere ſi nullam cauſam allegant, & an debeant alij ulteriores adhiberi, ſi ſunt, & quid ſi illi allegant aliquam cauſam.*

1 **§. Eo autem tempore.** †Quia tex. iſtius §. eſt aliquantulū intricatius, tñ eſt vtilis, & multū declarat hāc materiā: & ponit practicā, diuide ipſum in 2. par. Quia primo loquit̄, qñ iudici ꝯſtabat,
ꝙ pr̄, q agebat, erat turpis pſona, & verſit̄r erat ꝯſūptus uſq;
ibi, (ſed ſi latitat.) Sc̄do, qñ hoc nō ꝯſtabat iudici: & q̄libet pars
ꝯtinet tres caſus. Nā in 1. par. aut filia ꝯſentit patri expſſe, & perſeuerat vſq; ad li. ꝯte. incluſiuè, & admittit pr̄, nec iudex ex officio pōt ipſum repellere. Aut ꝯſentit, tñ non perſeuerat, immo
mutauit uoluntatē añ li. ꝯt. & tunc iudex dēt patrē repellere:
& iſti duo colligunt̄ vſq; ibi, (nec non,) & ex hoc ſc̄do apparet,
ꝙ hoc dēt intelligi, qñ conſtabat patrē turpē eſſe perſonam: &
ſic filia habebat cām ꝯ̄dicendi, alias mutatio voluntatis nō noceret: vt in fi. huius. §. & ī. eo. l. dotē. & ita patet ex quadā apoſtilla Dy. ſuper ver. mutauit. qui dicit, & cām mutandi habuit.
Tertius caſus eſt, qñ nō ꝯſenſit expſſe: nec ꝯ̄dicit, & tūc iudex
ex officio ſuo, poſtq̄ ꝯſtat ſibi patrē eſſe turpē pſonā, dēt ſupplere de facto, & ꝓuidere indēnitati pr̄is, & filiæ, & quarē hoc fiat
tangit gl. q̄ inc. (q̄rela) In 2. par. qñ non ꝯſtabat iudici patrē eſſe turpē perſonā, ponit̄ caſus, ꝙ filia erat abſens, & ꝓſupponit̄
practica, q̄ ponit̄ p gl. in l. 2. §. fi. in gl. pe. ſ̄. e. ꝙ dēat filia requiri,
vt veniat ad ꝯſentiēdū, vel ꝯ̄dicendū, & practica locū hēt, vt ibi
dixi, qñ de facili pōt hoc fieri, qa nō multū diſtat, alias ipſa nō requiſita dēret admitti pr̄ cū cautione rati, vt in illo §. ſi Præſuppoſito ergo, ꝙ req̄rat̄, diſtinguunt̄ tres caſus. Aut filia latitat, quia
nō ꝑmittit ſe reperiri, & admittit̄ pr̄: intelligo ēt ſine cautione
rati, ꝙ filia ꝓ ꝯſentiente hr̄, ex quo req̄ſita non ꝯ̄dicit, & idē ſi
fuit reperta, & nō ꝯ̄dixit. Sc̄dus caſus eſt, qñ fuit reperta, & ꝯ̄dicit expſſe p nuntiū, & iudex reperit: ꝙ hēbat cām ꝯ̄dicendi, qa
pr̄ erat turpis pſona: ſed ipſa filia p verecundiā nō audebat venire, & ꝯ̄dicere pr̄i pñti, & tunc pr nō admittet̄: aut iudex reperit ipſam nō hēre cām ꝯ̄dicendi, quia pr̄ erat honeſta pſona, cui
filia habebat neceſſe ꝯſentire, filia non erat leuis, nel ēt nō erat
turpis, & ita ſupple ad tex. qa ſufficit, ꝙ pr̄ ſit honeſta pſona, vt
ſibi ſoli ꝯpetat exercitiū, ēt ſi filia ſit honeſta, & ſic patrē ad-
a mittet, tñ audita ꝯ̄dictione filiæ. h. d. in effectu intricatè. ¶ † In
tex. ibi (quod lis ꝯteſtat̄) no. ergo, ꝙ in actione de dote ꝯteſtatur
lis, & ſic non eſt cā ſummaria, licèt termini in ea abbreuient̄. vt
no. in l. 1. ſ̄. eo. in gl. ſtatutū. ergo, ꝙ ꝓcedat̄ in cā ſummariè, & de
a plano, eſt ꝯ̄ius cōe, iō ſtrictè *eſt interp̄tandū, ſm Ang. ¶ In tex.
ibi, (vel ēt emācipata) no. hic expreſſum, ꝙ ēt iſto iure per emācipationē actio de dote ꝯſolidabat̄ in cā: ſic ī. eo. l. ſi ſocer. non
3 ergo fuit hoc introductū p l. 1. §. videamus. C. de rei ux. ac. ¶ † In
tex. ibi, (verecūde &c.) no. ſm Bal. ꝙ facilius qs in abſentia ꝯ̄dicit alteri, q̄ ipſo pñte: vñ facit, ꝙ ſi filia, uel vxor abſente pr̄e, vel
marito, ꝯſēſit ꝯ̄ctui facto p pr̄em, vel maritū, nō cēſat̄ cōſenſiſ-
b ſe ob reuerētiā *paternā, vel maritalē, & ſic nō reſcindat offō
iudicis, ſecus ſi eo pñte. l. 1. §. q ordinādæ. quarū re act. no da. &
no. in l. interpoſitas. C. de tranſa. ꝙ tñ intellige, & limita, vt ibi
not. p Bart. in §. quæ onerandæ. ex primo caſu huius §. no. tria.
4 ¶ † Primò licet pr̄ ſit turpis pſona, & hoc ꝯſtet iudici, ſi tñ filia
expreſſe ꝯſēſit, & ī ꝯſēſu ꝑſeuerat vſq; ad ꝯteſtationē incluſiuè
pr̄ admittit̄, nec iudex hēt ſe vlterius intromittere: & hoc intelligo uerū, ſi filia poterat ſibi p̄iudicare ꝯſētiēdo, qa erat maior
25. an. & pfecti ſēſus, al's dēret iudex ſupplere, ut ī. ver. ideoque.
5 ¶ † Sc̄do no. (& ad hoc ꝑ allegat) ꝙ qncūq; lex, vel ſtatutū req̄rit aliquē ꝯſētire tpe. li. ꝯte. qa tūc inchoat iudiciū, & lr̄imat ex
ꝯſēſu, & loq̄t hic, qñ dēat ꝯſētire rōne p̄iudicij, & intereſſe, ꝙ p̄tēdebat: idē ſi nō prēdebat, ſed dēat ꝯſētire ad reintegrādā, &
lr̄imādā pſonā agētis, vt in caſu l. cū nō ſolū. §. neceſſitate. C. de
bo. q̄ li. & ibi no. vel ſi diceret ſtatutū, ꝙ nō poſſet minor, vl̄ mu-
6 lier agere ſine cōſenſu ꝯſanguineorum. ¶ † Sed quæritur q̄d ſi
tunc conſentit, poſtea vult diſſentire? R̄ndeo non audiet, quia
legitimatum eſt iudicium totū, poſtq̄ lr̄imatum eſt ptinc. & ius
eſt q̄ſitum ei, cui conſēſum non eſt: uñ nō licet uariare, vt ī gl.
j. Itē quid ſi in conteſtatione nō ꝯſenſit, ſed ꝯſentire vl̄? R̄ndeo
ſi habebat conſentire rōne ſui intereſſe pōt, & retrotrahit̄ cōſenſus. l. fi. ff. ad Maced. l. licèt. ſ̄. de iud. & ſic erit in caſu huius §. ſi
āt nō rōne ſui intereſſe, ſed ad legitimandū, & reintegrandū pſonā agentis, ut in caſu. §. neceſſitate. & in caſu ſtatuti, de quo
ſ̄. tunc talis cōſenſus nihil operatur, qa talis conteſtatio hr̄ pro
non facta, non adhibito conſenſu, nec trahit̄ retro, & ita plenè
diſputādo vr̄ tenere Bal. C. q admi. ad bō. poſſ. l. 1. in pen. & ult.
q. ꝙ etiam vr̄ ſentire. Cy. & Bar. in §. neceſſitate. in 4. q. & cum
iſta diſtinctione intelligo id, ꝙ no. Bar. in l. ſi quis mihi bona. §.
iuſſum. de acq. hær. ubi dicit, ꝙ qñ requiritur conſenſus ex forma legis. vel ſtatuti, pōt adhiberi ante, vel poſt incontinenti, vl̄
c ex interuallo, *nā eſt uerū. qñ rōne præiudicij, uel intereſſe illius
7 q habet conſentire, non qñ ratione ſolēnitatis iudicij. ¶ † Tertio not ꝙ ſi adhibet̄ conſenſus ante lit. conteſt. ſi ab eo non receditur, ſed in eo perſeuerat, ſufficit, licèt tpe conteſtationis ñ
ſit præſens, uel conſentiens, ut hic colligitur in princi. ¶ Et per
hoc terminat̄ qō, quæ formatur in d. §. neceſſitate. ſi pr̄ cōſētit
filio, ut agere poſſit per inſtr̄m publicū antequam incipiat agere, vel p nuntium, aut epiſtolā, utrum hoc ſufficiat, ſi tempore lit. conteſt. nō eſt p̄ſens, & conſentiens? & Cy. ſm Pet. tenet
hic, quòd ſic in 3. q. & Bal. in auth. cauſa quæ fit cū monacho.
in fi. C. de Epiſ. & cler. & videtur probari hic ſubtiliter intelligēdo in ver. ſm hoc in uerbo, mutauerit a ꝯ̄rio ſenſu, & ut caſus
in l. honores. in fi. ī. de decu. Iſtud tñ non vr̄ eſſe verum, qñ cōſēſus requiritur, non rōne intereſſe illius, qui hēt conſentire, ſed
ad integrandā pſonam, quia tunc talis conſenſus vr̄ requiri tāq̄
forma actus ſm Bal. in d. l. 1. C. qui admit. ad bon. pol. & forma
dēt adhiberi tpe actus celebrati, non ante, vel poſt, ſicut vidimus in authoritate tutoris, quę non pōt adhiberi ante actū, ſed
in ipſo actu, ut l. obligari. §. tutor. ī. de auth. tuto. Br̄ dic, ꝙ licèt
dicto caſu nō poſſit adhiberi poſt ſm Bal. in loco prealle. tñ añ
bñ pōt qa ceſſat rō illa, ꝙ ꝯteſtatio ſit nulla, non adhibito ꝯſenſu, & aliud eſt in conſenſu in authoritate tutorū, ſm ea quę no.
Bar. in d. §. iuſſum. & Inn. in c. dudū. de reb. eccl. nō alien. & ad
illud, ꝙ dixi, ꝙ nō ſufficeret, ſi adhibeatur poſt. facit bonus tex.
in l. quid ergo. in princ. ſ̄. de infa. & ꝙ no. gl. in l. licèt. in fi. gl. de
iudi. ſ̄. eo in c. prudentiam. de offi. del. & C. de iu. fi. l. inſtar. l. x.
8 ¶ † Ex ſecundo caſu no. ꝙ qñ p legem, uel ſtatutum req̄rit̄ cōſēſus alicuius certo tpe, ſi præſtat̄ intēpeſtiuè ante tp̄s, hr̄ ꝓ non
præſtito, & pōt ab illo recedi, quia res dr̄ integra, & nullum ius
dr̄ acq̄ſitū alteri parti, facit l. 1. §. ꝙ ait. ī. quo. leg. cū allegatis in
gl. 1. vſq; ad uer. nec ob. ſecus ſi non requiritur certo, & determinato tp̄e. nam tūc ſufficit ſemel voluiſſe, ut l. 1. de aqua. plu.
arc. & hēt locū rēa, ꝙ ſemel placuit, amplius diſplicere nō pōt: &
alia regula mutare conſilium. de reg. iur. & alia, ꝙ reprobat in-
9 conſtātia, ut l. nunq̄. de col. bō. ¶ † Et dic, ꝙ quatuor ſunt, q̄ impediunt mutationem uoluntatis. ſ. ſi ex uoluntate p̄ſtita ſemel
eſt alteri obligatus, ut l. ſicut. C. de act. & obl. Itē ſi eſt alteri ius
q̄ſitū, ut ſ̄. de pac. l. fi. Item ſi non eſt res integra, ut l. poſt litē. ſ̄.
de ꝓc. Itē ſi uolūtas traxit ſecum executionem, ut l. apud Aufidium. de optio. leg. alleg. in gl. 1. ꝑ ꝯ̄ria. No. ēt ex ſecūdo caſu, ꝙ
filia dr̄ mutare uoluntatē tacitè, eo ipſo, ꝙ eſt emancipata poſt
præſtitam uoluntatem: ita intelligit Dyn. iſtum tex. nam cōſētiendo patri, uidet̄ conſentire rebus ſic ſe habentibus, & ſtāte
com-

ADDITIONES.

a Stricte. Quod in cauſa dotis lis conteſtetur, uoluit Lu. Ro. conſi. 174.
b Ob reuerentiam. De hoc late per eundem Pau. conſi. 74.
c. Ex interuallo. Adde eundem Pau. coſ. 54. & uide Lu. Ro. coſ. 50. & conſil. 54.

ꝯtione actionis inter ſe, & patrẽ, ſed ſecuta emãcipatione d'ſ-ſoluit cõio: ergo deſinit cõſenſus, arg. in l. cum quis in princ. ꝟ. de ſol. Sed ↄ, ꝙ nõ cẽſeatur mutare voluntatem rõne emancipationis, vt l. cum qui ſibi. §. qui. de verb. obli. qa mutauit ſtatũ in melius. Sol. volũtas patris erga filium nõ cẽſetur ex hoc mutata, ne mutatio facta in melius noceat filio, vt ibi, ſed volũtas filij erga patrem bñ cẽſetur mutata, ut talis mutatio ſtatus i melius filio proſit, caſus eſt hic, ſed ponamus, ꝙ pater litẽ erat cõteſtatus, & poſtea filiam emãcipauit, videtur, ꝙ nõ noceat patri, ſicut nec expreſſa mutatio voluntatis facta poſt litem cõteſ. vt ſ. dixi: ↄtriũ dic, ꝙ etiam ſi per ſnĩam latam proprie, ante tamẽ dotem exactam emãcipetᷓ filia, cõſolidatur actio in filiam, & pater repellitur ab agendo, vt eſt caſus ſingularis. ꝟ. eo. l. marito.
10 §. ſi voluntate. ¶ † Ex tertio caſu vero in uer. (nec non) no. caſũ, in quo iudex poteſt ſupplere de facto ſuum officiũ interponendo, etiam nõ requiſitus in cauſa priuatæ perſonæ, & hoc pp̃ fa-
a uorem dotis, [a] ſic etiam propter publicam vtilitatem. l. quos ꝓhibet. de poſtu. & in fauorem miſerabilis pſonæ, vt l. illicitas. §. ne tenuis. de offi. præſi. & per Cyn. in l. mulierẽ. C. ſi mãcipium ita ven. ne proſti. & in cauſa vſurarum, vt in c. ad audientiam. de iureiur. p Inn. rñ ſecus l. 4. §. hoc uidemus. ꝟ. de dam. infe. Intelligo aũt iſtum tex. qñ mulier, quæ nõ ↄtradicebat, nec cõſentiebat, erat abſẽns, vel erat furioſa, & ſic nõ poterat ↄdicere, ſi aũt erat p̄ſens, & ↄdicere poterat, & erat maior 25. ann. & nõ timebat reuerẽtiam paternam tũc tacẽdo vr̃ cõſentire, nec iudex poſſet ſe intromittere, ſicut nec in primo caſu legis, vt dixi in l. 2. §. volũtatem. ſ. eo. per illũ tex. & diſtingue plenè, vt ibi dixi cir
1 ca iſtã materiam. ¶ † Vlt. alleg. iſte tex. ad qõnẽ, ſi ſtatutũ dicat, ꝙ mulier vel minor nõ poſſit agere ſine cõſẽſu duorũ cõſãguineorũ, & cõſanguinei requiſiti nolũt cõſentire, an agere poterit? & vr̃, ꝙ nõ, ꝓ id qđ no. gl. in §. neceſſitatẽ in ↄtrũ alleg. text. hic in uer. (ſed ſi latitat) vbi filia latitãs ne cõſentiat, habetur ꝓ cõſentiẽte. ſm Cyn. in illo §. neceſſitatem. Bñ ſi nullam cãm allegant, quare nolũt cõſentire, vera eſt illa ſecunda pars per iſtũ tex. & arg. optimum in l. ſi legatarin. §. fi. de fideic. liber. & l. non tñ. §. ſine iuſta & l. neque infantes. §. 1. ex quib. apparet, paria
b eſſe aliquẽ abeſſe, vel adeſſe, & ſine cã [b] cõſẽtire, vel recuſare qa ſe facit alienum a iure cõſentiendi. Si aũt allegant aliquã cãm, tunc debet illa cã examinari, & ſi eſt iuſta, & vera, poterit agere, alias ſecus ſm Barto. hic per iſtum tex. in ver. quid n. & ver. ſi is. qn nõ allegãt iuſtam cãm dicit Bald. in l. viduæ. C. de nup. quod debent adhiberi alij conſanguinei vlteriores, ſi ſunt.

ADDITIONES.

a Fauorem dotis. Quia cã pia, & in cauſis pijs iudex ſupplet, ꝙ cã dotis ſit pia, tenet Bar. in l. ſi ego. §. 1. ſu. de iu. dot. & tex in l. cum his. §. ſi mulier. & ibi Bal. in uer. pietatis. ſu. eo. tit.

b Et ſine cauſa. Adde Abb. conſi. 65. 2. lib. vbi conſuluit in facto.

1 Coniuges propter incidentem furorem non poſſunt mittere libellum repudij niſi furor ſit intolerabilis.

2 Coniuges debent inuicem participare ipſorum infortunia, ſi poſſunt tolerari ſalua conuerſatione.

Fortuna, & dignitas ſuperueniens marito prodeſt uxori.

3 Si conceſſa eſt alicui immunitas a munerib. perſonalib. propter infirmitatẽ, de qua non erat ſpes ſalutis, licet poſtea ſanetur, an finiatur immunitas.

4 Qualiter cognoſcatur fatuus.

Quod olim erat iuſta cauſa faciendi diuortiũ, ſi vxor non procreabat liberos, & quòd hac de cã nõ poſſit hodie maritus petere ſeparationem thori.

5 Valet matrimonium etiam contractum in mortis articulo, licet non ſit aliqua ſpes prolis procreandæ.

1 **§. Si maritus.** † Si alter ex coniug. incidit in furorem, nõ põt ipſe mittere libellum repudij: ſed alter ſic, non tñ debet, niſi furor ille ſit intolerabilis, & ſi ↄ facit tanq̃ ſine cã faciens diuortium, punitur, vt perdat donationẽ
13 ante nuptias, vel dotem. h. d. vſq; ad §. ſi autẽ in ſæuiſſimo. ¶ † In tex. ibi (quod enim) no. iſtum tex. ꝙ cõiuges debẽt inuicẽ participare ipſorũ infortunia, ſi poſſunt tolerari ſalua conuerſatione, ſic eↄ fortuna, & dignitas ſuperueniẽs marito ꝓdeſt vxori, ut C. de nup. l. fi. & Auth. de cõſu. §. hoc itaq. Et dicit Iac. de Ar. per iſtũ text. ꝙ ſi maritus ſine aliqua ſui culpa peruenit ad paupertatẽ, nõ poteſt mulier agere uirtute l. ſi conſtãte. ꝟ. eod. & l. ubi adhuc. C. de iur. dot. ſed cõiter teneᷓ ↄtrium, quia agitur, ut dos ſalua ſit, & hic intelligitur, ꝙ debet participare ſalua dote: de hoc uide in addi. Spe. de don. inter uir. & uxo. §. formaᷓ. ¶ In tex. ibi debebit reintegrari matri. ſi res eſt integra. & põt reintegrari, & ſi nõ reintegreᷓ, an uᷓ eſſe in culpa? Bart. hic ur ſentire, ꝙ nõ. qa ſufficit, ꝙ tẽpore diuortij nulla ſpes erat ſalutis, & ſic legitimè factum eſt, uñ ex ſuperueniẽti non reſcinditur qđ
3 factum eſt. ¶ † Et ꝓpter hoc determinat ipſe, ſi cõceſſa eſt alicui immunitas a munerib. perſonalib. pp̃ infirmitatem, de qua nõ
a erat ſpes ſalutis, licèt poſtea ſanetur, non finietur immunitas: ꝓ hoc facit, quod ipſe idem no. ꝟ. eod. l. ſi conſtãte in fi. ſuæ repeti-tionis, & qđ no p gl. in l. 1. C. in qb. cau. in. integ. reſtit. nõ eſt neceſſ. In ↄtriũ facit, qa cõperta veritate, error cedit veritati, vt in c. veritate. 8. di. qđ hr̃ in c. fraternitatis. ex. de frigid. Bñ mihi vr̃ dicẽdũ, ꝙ aut immunitas fuit ↄceſſa pp̃ aliq̃ cãm, q̃ erat vera tẽpe ↄceſſionis. poſtea tñ deſinit eſſe uera, tũc nõ finiᷓ immunitas, & hẽt locũ rñ illa, ꝙ dẽt priuilegiũ eẽ manſurũ, & ita loquunᷓ allegata primo loco, ſi bñ inſpiciantᷓ. Aut ↄceditur pp̃ aliquam cãm, q̃ putaᷓ vera cõi æſtimatione, tñ ex poſtfacto apparet, ꝙ vera erat, & tũc finiaᷓ immunitas, tanquã concedẽtes fuerint decepti, & ita loquunᷓ allegata ꝓ ſecunda parte, & iſta eſt ve-
4 ritas. ¶ † Vlt. no. gl. ſuper ver. ferendus, qualiter cognoſcatᷓ [b] fa-
b tuus. ſ. qñ proijcit lapides. ſunt & alia ſigna de quibus hr̃ in l. ob quæ vitia. de ædi. edic. & no. in l. quidam in ſuo. ꝟ. de ↄd. indeb. ¶ In tex. ibi, vel quia liberos nõ habebat. no. ꝙ iſta erat iuſta cã olim faciendi diuortiũ. ꝙ uxor non procreabat liberos. Narrat Valerius, ꝙ quidã ciuis Romanus fuit primus, qui inuenit diuortiũ pp̃ hanc cauſam, & reprehendit ipſum, quia ↄcordia maritalis præferenda erat cupiditati liberorũ, tene menti. Sed an hodie ſi vxor non procreat liberos, poſſit maritus petere ſeparationẽ thori? dic, ꝙ non, quia etiã ſunt alia bona matri-
5 monij, q̃ põt ſubeſſe. † hinc eſt, ꝙ valet matrimonium ẽt ↄctũ in mortis articulo, licẽt non ſubſit aliqua ſpes prolis procreandæ, vt no. in regula iuris. in c. ſi culpa. de reg. iur. lib. 6. & in c. tãta qui fil. ſint leg. & per Bar. in l. eã quam. C. de fideic. in 13. col.

ADDITIONES.

a Finietur. Adde hoc voluit Ioan. de Ana. conſi. 101. Bal. conſi. 101. 1. lib.

b ¶ Et in hoc uide Bar. Soc. in conſi. 63. incip. in cau. reſtit. in integ. per totum in prima parte.

---

1 Maritus tenetur alere uxorem furioſam.

2 In cauſa pia poſſunt cognati implorare iudicis officium propter eorum intereſſe ratione ſanguinis, nec habebunt cauere de rato.

Alimentorum appellatione, non continentur medicinæ.

Qui tenetur alimenta præſtare ex diſpoſitione legali tenetur ad medicinas, & quid ſit ex diſpoſitione teſtatoris.

3 Quid in iudicibus magiſtratus tenentur præſtare alimenta, ſi infirmantur.

Appellatione alimentorum continentur etiam veſtimenta, & quid appellatione cibariorum.

Cũ alimẽta ſint p̄ſtãda ex dote, & ſecundũ eius quantitatẽ, quòd ſicut bona mariti ſunt obligata pro reſtõne dotis, ita & pro alimentis non præſtitis.

4 Si uxor promiſit dotem, & non ſoluit eam integram, non tenetur maritus ſibi ad alimenta, ſecus ſi dos non eſſet promiſſa.

1 **§. Si autem in ſæuiſ.** † Marit⁹ teneᷓ alere vxorẽ furioſam, & ſi dotem diſſipat, ſequeſtrabitur. h. d. vſque ad §. ſi ſol. in prin. §. ibi, calliditate nõ vult, quia ſi faceret diuortiũ, neceſſe hẽret reſtituere dotẽ, quia mulier uõ eſt in culpa, licèt ẽt ipſe ſit, & ipſe nõ vult dotẽ reſtituere, nec ẽt curat de vxo. vt ſequiᷓ. ¶ In tex. ibi, (vel cogat adire cõpetẽtẽ iudicẽ) ſupple. & implorare eius officiũ.
2 Nã ad iſta, q̃ ſequunᷓ non cõpetit actio. † Et no ꝙ in cã pia põt cognati implorare iudicis officiũ pp̃ eorũ intereſſe rõne ſanguinis, facit l. 1. cũ ſeq. de lib. exhib. nec habebunt cauere de rato, qa agunt noĩe proprio, nõ noĩe cognati, facit quod no. in l. nõ tñ. ꝟ. de app. ¶ In tex. ibi, (& medicina ei ſuccurrere) allegatur
a iſte tex. ꝙ applõne alimentorũ [a] non continenᷓ medicinæ, qa ponunt hic, vt diuerſa. Itẽ ꝙ ille, q teneᷓ alimenta p̄ſtare ex diſpõne legali teneᷓ ad medicinas, ſi aũt ex diſpõne teſtõris, quia ſint legata alimẽta dic, ut no p Bar. in l. legatis. ꝟ. de alim. leg. Et
3 † quid in iudicib. qb. magiſtratus tenenᷓ p̄ſtare alimẽta ſi infirmantur? dic hr̃, ꝙ immo nõ tenenᷓ ad alimẽta, ſed ad cibaria, q̃ minus important: nã applõne alimentorũ ↄtinenᷓ ẽt ueſtimenta. l. verbo uictus. de uer. ſig. nõ ſic applõne cibariorũ, ut ꝟ. de ali. & cib. leg. l. diariis. Et diſtingue, an ſint paruæ, vel magnæ. ar. in l. in reb. §. põt. ſ. cõmo. Allegat ẽt iſte tex. ꝙ cũ alimenta ſint p̄ſtanda ex dote, & ſm eius q̃titatẽ, & ſicut bona mariti ſunt obligata ꝓ reſtõne dotis, ita & ꝓ alimẽtis [b] nõ p̄ſtitis: ſicut bona, q̃ ſunt obligata ꝓ ſorte, ſunt ẽt obligata ꝓ uſuris, ut l. Lucius. ꝟ. q pot. in pig. hab. & l. p retentionẽ. & l. pignorib. & ibi no. Cy. de vſu. ſm Ia. de Are. quẽ ſequiᷓ Bar. Alij dixerũt ↄtriũ, qa nõ reperit iure cautũ. vt no. in add. Spe. de do. inter vir. & uxo. §. formaᷓ. tis. ego habui iſtam q. de facto, & obtinui ꝓ prima parte p tres
4 ſnĩas conformes ¶ † Vl ſcias, ꝙ ſi uxor ꝓmiſit dotẽ, & nõ ſoluit integrã, nõ teneᷓ maritus ſibi ad alimẽta. ut no. in Auth. de nõ elig. ſecun. nub. §. pe. & p Cy. in l. ꝙ in uxorẽ. C. de neg. geſt. & p Bal. C. ad Velle. in l. ſi. qui vr̃ dicere, ꝙ maritus poſſit eã expelle-
c re [c] dicto caſu, ſed ſi dos non eſſet promiſſa, teneretᷓ maritus eã alere, per l. ꝙ ſi nulla. ſ. de rel. & hic in gl. quæ incip. maximè. Cætera circa iſtum articulum, vide per Cy. in d. l. quod in uxorem.

ADDITIONES.

a Alimentorum. Quid ueniat appellatione alimentorum, uide per Alb. conſi. 63. quid autem appellatione cibi per Old. conſi. 11.

b Pro alimentis. Adde eundẽ conſi. 8. Abb. conſi. 43. uer. ſi. Lud. Rom. conſi. 454.

c Expellere. An hoc ſit uerum uide per Lud. Rom. conſi. 407. & Abb. conſi. 85.

1 *Pater quando eſt furioſus, quis agat pro eo.*
2 *Sicut pater præfertur filiæ in agendo de dote, ita & eius curator, & eo modo eius procurator.*
Caſus, in quibus filia poteſt agere, & habet exercitium actionis.
3 *Quando filiæ datur exercitium actionis de dote, debet cauere de ratihabitione patris, & quomodo poteſt habere ratum pater furioſus, & quid ſi pater eſt turpis perſona, quòd non ſit neceſſaria cautio rati.*
4 *Licet pater quando agit abſente filia, teneatur cauere de rato, tamen quando filia eſt furioſa, non cauet de rato.*

1 §. Si ſoluto. † Si pater eſt furioſus, & hẽt curatorẽ agit curator cum voluntate filiæ, ſed ſi non ha
2 bet, agit filia cũ cautione de rato. h.d. † No. ꝙ ſicut pater p̄ſert
filiæ in agendo de dote, ita eius curator, & eo modo eius procu
rator, ut l. filiuſf. §. ſed & filia. ſ̄. de procu. ¶ Itẽ no. caſum, in quo
filia põt agere, & habet exercitium actionis de dote. ſ. ſi pater
eſt furioſus. Idẽ ſi abeſt, vt ſ̄. ea. l. §. ſi patri. & nõ apparet eius cu
rator, vel procu. Idem ſi pater eſt turpis perſona, ut in d. §. ſed &
3 filia. ¶ † Itẽ no. ꝙ qñ filiæ datur exercitium actionis de dote, de-
bet cauere de ratihabitione patris, ſed quõ poteſt ratum habe-
re pater furioſus? Rñdeo non ipſe, ſed eius curator qui poſtea
creabitur. puto tñ, ꝙ qñ pater eſt turpis perſona, non ſit neceſ-
ſe cauere de rato: quia ſi p̄dicat, admittitur filia, ut in d. §. ſed &
filia. & ſ̄. in §. eo autem tempore in gl. ſuper ver. filię in ſecunda
4 exceptione. dũ dicit. vel in ſubſidiũ filiæ actione ſeruata. ¶ † Vl
ti. no. gl. quæ eſt hic ad intellectum l. 2. §. voluntatẽ. ſ̄. eo. ꝙ licèt
pater, qñ agit abſente filia, teneatur cauere de rato, vt ibi, qñ ta
men filia eſt furioſa non cauet de rato. & iſtam gl. ibi alleg.

1 *Dos quando poſſit repeti a marito.*
2 *Soluens alteri de mandato ſerui fugitiui, cum quo contraxerat, quare non liberetur a domino.*
Quid in adiecto ad ſolutionem.
Plures caſus, in quib. quãdo qs põt p ſe, & nõ ſit p aliũ ſi alteri hoc mãdaret.
Statutũ ſi p̄mittit, q uulneratꝰ poſſit p̄pria authoritate uindictã ſumere uſq. ad moderatã p̄cuſſionẽ, nõ tamẽ poterit aliud p aliũ exercere odio uindictæ.
3 *An ſit fundata intentio creditorum agentium contra filium tanquam hæredem patris, niſi doceat, vel alleget ſe abſtinuiſſe, vel abſtinere.*
4 *Quãdo pater mariti recipit dotẽ, qualiter ipſe pater tenetur, et qualiter filius.*
5 *Quid ſi ſoluta fuit filio de mandato, vel iuſſu patris.*
6 *Si fuit ſoluta filio ſine uoluntate patris, an pater tunc in tali dote habeat vſumfructum tanquam legitimus adminiſtrator.*
7 *Vbi ſunt onera matrimonij, ibi debet eſſe fructus dotis.*
8 *Si pater mariti ſuſtinet onera matrimonij, & nurus moriatur uiuente filio, quis lucrabitur dotem, an pater, an filius ſtante ſtatuto de dote lucranda, & an ueniat communicanda cum fructibus mariti.*
9 *Quando dos fuit ſoluta filio ſine iuſſu patris, & ſic pater non tenebitur, ſi nihil erat in peculio, an pater poſſit compelli ad ſe obligandum reſtitutioni dotis.*
An pater teneatur dare donationem propter nuptias pro filio maſculo, ſicut dotem pro fœmina.
10 *Quando pater, recipit dotem, & filius vult ab eo recedere, an poſſit petere, quòd pater tradat ſibi dotem.*

1 §. Tranſgrediamur. † Dos repetitur a marito, ſi erat ſui iuris, & fuit ſoluta
ſibi, vt alteri de mandato ſuo. hoc primò, ſed ſi erat in alterius
poteſtate, repetitur a patre eius in tribus caſibus. ſ. ſi fuit illi ſo
luta, vel marito de voluntate illius, & tunc inſolidum, vel ſine
voluntate, & tunc quatenus eſt in peculio: hoc in ſcđo: ſed ab
ipſo marito in primo caſu non repetit̃, niſi quatenus eſt hæres
p̄ris ſui: hoc tertio, & vltimo. & ſic innuit, ꝙ in ſcđo, & tertio ca
ſu, qñ fuiſſet ſoluta ipſi marito de voluntate patris, vel ẽt ſine,
poſſet ẽt repeti ab ipſo marito, ẽt ſi nõ eſſet hęres patris ſui, ꝙ
eſt verũ, qa ipſe ꝯxit, & filiuſf. iſto iure poterat obligari, & cõue
niri ex oĩ ꝯctu ſuo, p̄terq̃ ex mutuo, & voto l. filiuſfa. de actio. &
obl. Et primo loquit̃, qñ maritus erat ſui iuris, uſq; ibi, (ſed ſi fi-
lius.) Scđo, qñ erat in poteſtate ſui patris, & iſta ſecunda ſubdi-
uidit̃, qa primo declarat, an poſſet repeti à patre ſuo, & ponit
tres caſus, in quibus põt repeti. Primus, qñ fuit ſoluta p̄ri ſuo, &
tunc repetit̃ a patre actione de dote. Secundus qñ ipſi marito
eidemq; filio de voluntate patris tunc repetit̃ a patre actione,
q iuſſu, & inſolidum vtroque caſu. Tertius qñ ſine uoluntate,
& tunc repetit̃ actione de peculio quatenus eſt in peculio, p̄ſe-
ctitio uſq; ibi (ſi aũt ſocero.) Scđo declarat, an poſſit repeti ab
ipſo marito, eiuſdẽq; filio in dictis caſibus, & dicit, ꝙ in primo
caſu, qñ fuit ſoluta ipſi patri nõ, niſi quatenus hæres eius eſt, ſic
ergo innuit, & in ſecundo, & tertio, qñ ipſi filio de voluntate
patris, vel ſine poteſt repeti, etiã ab ipſo filio, & dic, ꝙ ipſe filius
eſt tunc principalis debitor, pater vero eſt acceſſorius, qa ex ꝯ-
ctu celebrato cum filio cõuenitur actione, quod iuſſu, vel de in
a rem ver. aut de peculio, vt in l. cum filius. de verb. obl. ¶ † In gl.
2. q̃ incipit, (qa nihil,) ibi fallit. ĩ. de ſer. fugit. vbi hr̃, ꝙ licet ſol-
uẽs ſeruo fugitiuo, cũ quo ꝯxerat, liberetur a dño: ſi tñ ſoluit al
teri de mãdato ipſius fugitiui, nõ liberatur a dño: ſed dic, ꝙ ibi
penès fugitiuũ erat ſola facultas recipiẽdi ſolutionẽ, nõ aũt ius
obligandi q̃ facultas cum facti ſit, & in facto conſiſtat, p alium
exerceri nõ põt, ꝙ no. Et idem vr̃ in adiecto ad ſolutionem, vt li
cèt recipiendo ſolutionem liberet ſoluentẽ a principali debito
re, non ſic, ſi alteri ſoluat de mãdato, & in p̄curatore conſtitu-
to ad recipiẽdam ſolutionẽ: quaſi in hoc ſit electa induſtria p-
ſonę, & nõ poſſit alteri mãdari, ut in l. pen. §. 1. ſ̄. de diuer. & tẽp.
p̄ſc. ꝙ plenè no. in l. ſi procuratorem. §. 1. ſ̄. mand. ſed qñ penes
te eſt ius oblig. ſicut ſoluendo tibi liberor a te, ita & ſoluendo
alteri de mãdato tuo, vt in concor. alle. in prin. gl. & ſiſr̃ eo caſu
quo tibi ſoluendo te obligo, ſiſr̃ & ſoluẽdo alteri de tuo mãda-
to te obligo: ut hic. ¶ In ea gl. ibi, (de theſa. l. 1. §. in alienis,) ibi,
(nec uolentib.) dic, ꝙ ſpeciale eſt pp culturam agrorum, ne de-
ſerat̃, ꝙ dñs per ſeipſum poſſit quærere theſaurũ in fundo ſuo,
a vlterius nō q̄ret. ¶ † No. ex j. parte, ꝙ q aliqd immutat, circa ſu
bſtātiā eius, ꝙ fecerat, dr̄ de nouo facere, & iſta eſt rō. quare req
rit̄, ꝙ oīa ex integro fiāt vt colligit̄ ex eo, qđ poſtea dicit, & non
ſic, qn̄ declarat, qa tūc nō dr̄ de nouo facere, ſed qđ ſit factū ſi-
gnificare, vel declarare, & ponit exēplū ī prima parte, ſi īſtituit
Titiū, & tūc dicit, ꝙ Titius nō ſit hæres, ſed Sēpronius, vel ꝙ Sē
pronius ſit vnà cū Titio: vel cū inſtituiſſet Titiū, & Sēproniū,
vult, ꝙ ſit Titius ſolus, his oīb. caſib. dr̄ immutare de ſubſtātia te
ſtī, q̄ ꝯſiſtit in inſtitutione hæredū, & p ꝯn̄s cēſet̄ facere nouū te
ſtm̄, nā primum ꝯſiſtebat in illa inſtitutione, & ſolennitate tūc
adhibita, ſi ergo aliqd īmutaret̄ de īſtitutione, ſicut de ſubſtan
tia, ſolennitas illa nō pōt opitulari ei, qđ de nouo fit, quia debet
adhiberi eodem inſtanti, quo actus fit, & iſta præceſſit: expedit
ergo, ꝙ ſicut repetit̄ ſubſtātia vel innouatur, ita innouet̄ ſolen
nitas, nam in oīb. iſtis caſib. continetur ademptio hæreditatis,
vel in totum, vel pro parte: & ita non pōt fieri, niſi in ſolenni
volūtate, vt l. hæreditas. C. de his, q. vt indig. Ex hoc ſequit̄, ꝙ ēt
expedit repetere legata, & alia q̄ non intendebat mutare, qa ni
ſi repeterentur in hoc nouo teſtamento, non cenſerent̄ repeti
ta, ēt ſi eadem perſona, q̄ fuerat inſtituta in primo, inſtituat̄ in
ſecū do, vt j ſi cui plusq̄, per l. Fal. l. niſi. §. itē ſi ipſe, & l. iura. ſa. j.
ſ. de le. & hoc voluit in effectu gl. j. mag. poſt princi. ibi (ſi quid
3 poſt factū oīa.) † Et ex iſto tex. no. declarationē ad l. edita. C. de
edē. ꝙ mutatio libelli de qua ibi non pōt fieri poſt lit. ꝯte. licèt
tex. ibi ſimpliciter dicat, ꝙ poſſit fieri, nam debet intelligi an̄ li.
ꝯte. non poſt, qa iſta mutatio facit cenſeri nouum libellum, vn̄
ſi fiat an̄q̄ ꝯteſtaret̄ lis ſuper iſto nouo libello, poterit ex eo fer
ri ſnīa, ſed ſi eſſet conte. ſuper primo, & poſtea fieri poſſet muta
tio ſuper hoc ſecundo, non conteſtaret̄ lis, vn̄ virtute ipſius nō
poſſet ferri ſnīa, & hoc tenent ibi Doct. declaratio aūt illius ver
bi oſcuri pōt fieri poſt lit. ꝯt. quia nō facit eſſe nouum libellum
de quo tn̄ dic, vt ibi. ¶ Item no. ex hoc, ꝙ declaratio trahit retro
a ad tp̄s diſpoſitionis* factæ. h. d. Io. An. in add. ad Spe. ī ti. de teſt.
§. nunc videndum. ꝙ adeo adhæret diſpoſitioni, ꝙ vna cū ea vr̄
emanaſſe, & ex hoc multa ſequuntur. J. ꝙ noua l. declaratiua ve
teris trahit̄ ad pterita negotia, vt no. Do. in l. oēs populi, de iu.
4 & iu. ¶ † Itē, ꝙ teſtis pōt declarare dictū ſuum ex interuallo ab-
ſque nouo iuro, & noua citatione ptis, qa iurm̄, & citatio prius
facta trahit̄ ad declarationē, qa pōt addere, ſeu ponere id, ꝙ o-
miſit, qđ ēt pertinet ad declarationē, ꝙ hodie declarat̄, tanquā
tunc fuiſſet dictū. Itē, ꝙ licèt appellatio ab interlocutoria non
poſſit fieri, niſi in ſcriptis, vt c. j. de app. lib. 6. poterit ex poſtfa-
cto aliquid declarari circa ipſam, ēt ſine ſcriptura ſolo verbo ſe
cundū Bar. cuius ſunt oīa iſta. Multoties ēt Papa fecit aliquas
declarationes circa grās factas p eum, verū p̄iudicent alijs qb.
erat ius q̄ſitum, & eſt arg. hic, ꝙ ſic, quaſi hoc declarat̄ a princ.
fuiſſe dictū, quo caſu non fuiſſet alteri ius quæſitū, & hoc intel-
lige de propria declaratione, q̄ ꝯſiſtit circa aliqđ verbū dubiū.
Sed interdum conſiſtit circa id, qđ non erat dubium de iure, &
tūc declaratio hēt vim nouæ diſpoſitionis, & iō nō tolleret ius
5 quæſitum. ¶ † Vlt. no. in fi. tex. qui ſemper allegat̄, ꝙ ex p̄cedē
tibus & ſequentib. declaratur voluntas teſtatoris, & ex cōſuetu
dine teſtatoris, facit l. ſi ſeruus plurium. §. fi. de leg. primo. ¶ In j.
6 gl. mag. ibi ex hoc ergo dicit Placēt. ¶ † Pro declaratione huius
gl. tria ſunt uidenda. Primum eſt, ſi teſtator vult aliquid immu-
b tare circa legata[b] facta in teſtō, vel aliquod eorum, & vult, ꝙ a-
lia remaneant in eod. ſtatu, vtrum hēt neceſſe alia repetere in
ſpecie, vel gn̄e ipſa confirmando, ad hoc vt remaneant firma, ſi
cut quando immutat aliquid circa inſtitutionē. Et hī clarū eſt,
quòd non, qa ex iſta mutatione circa legata non fit nouum te-
ſtamentum, cum non fiat circa ſubſtātialia teſtamenti, vnde re
manet idem, non ſic, quando mutat circa inſtitutionem, qa
fit nouum teſtamentum, & iō alia non remanerent firma, niſi
reintegrarent̄ in ſpē, vel gn̄e ipſa ꝯfirmando, & in hoc non fuit
7 varietas inter Placen. & Io. ¶ † Sc̄do eſt uidendum, an talia le-
gata facta in teſtō coram 7. teſtib. poſſint reuocari in codicil-
lis, vel in alia voluntate ademptiua coram quinque teſtibus. Nā
codicilli ſunt, qn̄ in eis fiunt legata, vel fideic. ſi aūt non fiant,
ſed ſolum fiat adēptio legatorū factorū in teſtō, tunc nō dicūt
codicilli, ſed uoluntas nuda a diſpoſitione collectiua, & in hoc
fuit dr̄ia, qa Pla. tenuit, quod non, niſi tales codicilli, vel volun
tas fuerit expreſsè confirmata in teſtamēto. & pro iſta opi. mul
tū facit iſte tex. quia primo generaliter dicit, ꝙ ſi teſtator vult a-
liqd immutare circa teſtm̄, oīa ex integro ſunt fiēda, & intelli-
git oīa, i. ꝙ cætera repetantur ad hoc, vt firma teneantur, & ꝙ
adhibeatur eadē ſolēnitas 7. teſtium ad hoc, ut valeat mutatio:
& poſtea dicit, ſi nō vult mutare, ſed declarare, benè poteſt abſ
que eo, ꝙ oīa ex integro fiant, & exemplificat hoc ſm̄ dictū in
legatis vnde innuit, ꝙ ēt primum dictum intellexit, qn̄ vult im
mutare de legatis, alias non eſſet dr̄ia inter mutationem, & de-
clarationem, ſed inter inſtitutionem, & legata. pro hoc ēt mul
tum facit l. prima §. primo. de leg. 3. ubi legata facta in teſtō, ſi
non valet teſtm̄ pp defectum teſtatoris, q erat inteſtabilis, non
reconualeſcunt ex poſt facto, ēt ſi appareret teſtatorem nō vo
luiſſe decedere cū eodem teſtō, ſi illud de nouo non facit, ſicut
nec reconualeſcit inſtitutio, ſecus in codicillis, & ſic legata fa-
cta in teſtō aſſumunt naturam teſtī. Item facit ratio, quia eadem ſo
lennitas requiri vt in adimendo, quæ fuit adhibita in conferen
do ar. ī auth. qui ſint fi. C. de diuortijs, & in regula iuris, nihil tā
naturale. allegata in gl. ſo. ꝯ, & communiter oēs Doct. per tex.
Inſt. de adimen. leg. in princ vbi dr̄ legata facta in teſtō poſſūt
adimi in codicill. de teſt. tu. l. tutor datus ab his. ubi datio tuto-
ris facta in teſtō, & q̄ non, niſi in teſtō fieri poterat, pōt reuoca
ri in codicillis, ſed Pla. intelligebat teſtō ꝯfirma. qa tūc eſt perin
de, ac in eodē teſtō. facta eſſet p l. aſſe toto. de hær. inſt. q̄ ſubau
ditio eſt diuinatio, præterea codicilli poſt teſtm̄ facti, ēt iure iſto
cenſebant̄ confirmati in teſtō, licèt ſecus in factis an̄: hodie etiā
illi cenſentur confirmati, ut Inſt. de cod. §. antepe. & J. de co-
dicil. l. ante tab. cum ibi no. vn̄ poſito, ꝙ eſſet vera opin. Pla. tn̄
eſt inutile dictum eius, ſed fortè ipſe intellexit, ꝙ debeant eſſe
ꝯfirmati expreſsè, ad hoc, vt valeat ademptio, ſed ad hoc, vt va-
leant legata in eis facta, nō requit̄ expreſſa ꝯfirmatio, qa in hoc
nō ꝯtrariatur teſtō, iō cenſentur tacitè cōfirmari, ſed ī præcedē
ti caſu ꝯtrianē, vn̄ non cenſentur ꝯfirmati, niſi dictum fuerit ex
preſsè, & iſtud puto fuiſſe de mente ſua, tn̄ eius opin. non tene
ret, quia videmus, ꝙ per tacitam voluntatem reuocantur, vt ſi
c legatarius efficiatur inimicus[c] teſtatoris, vt l. 3. §. fin. J. de adi. le.
& tamen non poteſt dici, ꝙ illa tacita voluntas fuerit expreſsè
vel tacitè confirmata in teſtō, fortius ergo per expſſam adem-
ptionem reuocantur. Primo nō eſſet dr̄ia inter inſtitutionem,
q non pōſt reuocari, niſi voluntate alia ſolenni, & lega. & iura
dicunt ꝯtrarium, vt patet in l. militis codicillis. §. veteranus. de
teſt. milit. & l. ex parte. J. de adi. lega. per quas leges confundit̄
opi. Pla. manifeſtè. Nec ob. iſte tex. quia prima pars de mutatio
ne dēt intelligi ſanè, qn̄ vult immutare circa inſtitutiones dū-
taxat, licèt ſecunda pars, q̄ loquitur de declaratione, poſſet in-
telligi, nō ſolū qn̄ circa legata, ſed ēt qn̄ circa inſtōnes, qa utro-
8 biq. eſt eadē rō. l. qa q declarat nihil dat, ſed datū oſtēdit. ¶ † Ter
tius articulus eſt, præſuppoſito, ꝙ poſſent adimi in codicillis,
vel coram 5 teſtib. vtrum iſta ademptio fiat ipſo iure, vel ope ex
ceptionis, & iſta ſunt magni effectus, quia primo caſu legatari⁹
non audiret̄ agendo, vel excipiendo ſi poſſideret rem legatam,
etiam ſi hæres non haberet voluntatem defuncti, dum tn̄ ſua
inſtitutio non eſſet reuocata mero iure, ſed in ſecundo caſu au
diret̄ excipiendo, ſi poſſideret, & hæres non haberet uoluntatē
defuncti, licèt inſtitutio nō eſſet reuocata, vt d. l. militis codicil
lis quæ eſt ſingularis ad hoc, & quod habet̄ in l. qui ex liberis. §.
teſtamento. de ſecundis tab. gl. illum arg. omittit, & Bar dicit, ꝙ
ſuper

ADDITIONES.

a Diſpoſitionis. Amplia, vt per Lud. Ro. conſi. 41. dicit Bal. in l. ſi. C. de te. ꝙ qn̄ teſtis iuratus examinatur ad alium finem, quam ad declarandum verbum ambiguum, quod debet iterum iurare, & vide gl. in l. per hanc. in gl. ſi. C. de app. & Ale. in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. de dam. infec. Spec. in ti. de teſte §. 1. ver. item quòd teſtis.

b Circa legata. An legata facta in teſtamento poſſint reuocari coram minori numero teſtium uide per Bar. conſi. 124. 1. libro.

c Inimicus. Adde ut per Lud. Ro. ſing. ſin. & an inſtitutis filijs duob. in teſtamento. ſi faciat conditionalem reuoca. inſtitutionem unius, an talis reuocatio ualeat, uide latè per eundem Rom. conſi. 179.

ſuper hoc debuic eſſe altercatio inter Pla.& Io.non aũt, an le-
gata facta in teſtõ poſſint reuocari in codicillis,quia fuiſſet de
caſu plurium legũ,& bẽ tenet Bart.ꝙ fit reuocatio ipſo iure,qa
ſicut 5.teſtes ſufficiebãt ad dãdũ, ita ſufficiũt ad adimẽdũ ipſo
9 iure.† Nec ob.ꝙ eadẽ ſolẽnitas dẽt adhiberi in adimẽdo, quæ
fuit adhibita in cõferendo,qa iſtud procederet, ſi fuit adhibita
neceſſario,& ita intelligunt oĩa iura, q̃ hoc probarent, ſed hic
non neceſſario reqrebant ſeptẽ, ſed ſufficiebant 5. & alij duo
fuerunt adhibiti pp inſtitutionem,& pp legata.Bñ gl.ordinariæ
volũt ↄ̃riũ,ꝙ immo ope exceptiõis. ĵ.de leg.1.l.ſi ita ſit ſcriptũ.
in 2.car.ſuper verbo,iure.& C.de fideic.l.fideicommiſſum.hoc
vẽ manifeſte ꝓbare in d.§.veteranus.& d.l.ex parte.& hoc pu-
to verius,ut ſic in hoc ſapiãt naturam teſtamenti,& inſtitutio-
nis,ꝙ non reuocentur eo iure coram minori numero teſtium,
quàm fuerint facta,& iſto modo põt ſaluari opi.Plac.ſed ꝙ be-
ne reuocentᷣ ope exceptionis, poſtquã potuiſſet dari coram 5.
teſtib.& ita procedat opi.Io.& ſic reducuntur ad cõcor. & no
tandum,ꝙ ſi hæres habet uoluntatem defuncti legatarius non
audietur agendo, ſed repellitur exceptione, nec etiam audietᷣ
excipiendo,ſi poſſideret, ſed ſi non hẽt hæres volũtatem defun
cti,audietur legatarius excipiendo,ſi poſſidet,legata uero facta
in codicillis ipſo iure poſſunt adimi in alijs codicillis, uel corã
5.teſtib.in uoluntate mere ademptiua.& hoc uerũ in adẽptio
ne expreſſa: ſed in tacita,quæ reſultat ex inimicitijs,uel ex eo,ꝙ
teſtator rẽ legatam alienauit uoluntariè,iuxta l.fideicommiſſa.
§.ſi rẽ de leg.3.dic diſtinctè,ſiue ſint facta in teſtõ,ſiue in codi-
cil. non reuocantur ipſo iure,ſed ope exceptionis, tex.eſt infra
de aur.& ar.leg.l.ſcribit. aliàs incipit in ſuum §.item ſcribit v.
Mutius & ita intelligitur l.3.§.fina.de adi.leg.& iſtæ inimicitiæ,
uel alienatio ex quibus reſultat tacita ademptio,poſſunt ꝓba-
ri p duos teſtes,ut no.Bar.ſm Dy.in d.l.fideicommiſſum.C.de fi
deicom.licèt hic dicat ↄ̃rium,ꝙ ſolum per 5.teſtes.ſed quod ſu
pra dixi uerius eſt,quia agitᷣ de probando actum inter uiuos,ad
quod regulariter ſufficiunt duo,ſed expreſſa adẽptio debet ꝓ-
bari per 5.teſtes,quia eſt actus ultimæ uolũtatis, iuxta no. in l.
10 cũ proponeretᷣ. ĵ.de leg.2.¶ † in gl.ibi (quæ ſiue cancellet poſt
factum teſtm̃,ſiue alio modo dicat eos nolle eſſe eſſe hæredes,
nihilominus hæredes ſunt) intellige ſanè gl.in primo dicto,qñ
a cancellantur * nomina hæredum,non dicendo,ꝙ uolebat teſta
tor inteſtatus decedere,quia ſi hoc diceret, tunc ex quo proceſ
ſit ad actum facti,reuocaretᷣ inſtitutio ipſo iure,alias nõ poſſet
ab inteſtato ſibi ſuccedi.& hoc no. Bar.in l.1.§.ſed ↄ̃ſulto. ĵ. de
his,q̃ in teſt.delen.per l.fin.eo.ti.ſm rñ intellige,niſi poſt verba
teſtatoris ſic prolata, ꝙ uolebat tales hæredes, cũ lapſum eſſet
decennium,nam tunc ẽt reuocaretur inſtitutio ipſo iure, ut l.
ſancimus.C.eo.ti.item ſi dixiſſet iſta verba corã 7.teſtib.& adiũ
xiſſet,ꝙ uolebat decedere inteſtatus,ut no.Bar.in l.ſi iure.ſ̃.de
leg.3.uel dic melius,ut dixi in d.l.sãcimus.& Bar. ſ̃i loq ↄ̃ tex.ĩ
d §.veteranus.& ſic no.ex p̃dictis unã diñã inter inſtitutiones,
& legata,qa iſtitutio ſemel facta nõ põt reuocari,niſi alio teſtõ.
nõ aũt per uerba ſimplr̃ adẽptiua,ſi dicat ſe nolle talẽ eſſe hære
dem,ẽt corã.7.teſtib.niſi mediãte curſu decẽnij, ſed legata bñ
poſſunt admitti in tali uoluntate ſimplr̃ adẽptiua corã 5. teſti-
bus,ut ſu.dixi.collige ẽt alias differentias ex his,quæ dicta ſunt.
11 ¶ † In alia gl.quæ incip. (ſine aliqua ſolennitate ſeruata, & co-
ram duob.&c.) no. inquãtũ dicit ſine aliqua ſolennitate, vult
dicere,ꝙ non eſt neceſſe,ut illi duo teſtes ſint rogati, quia non
adhibent ad ſolennitatem,ſed ad ueritatem ꝓbandã, ergo &c.
ut l.ad fidem.ſ̃.de teſta.ſed in quantũ dicit ſufficere duos teſtes,
uidetur contrariũ,ꝙ immo requirantᷣ 5.per ea,quæ not. in l.1.C.
de codicil.& ĵ.de ſecun. tab.l.qa liberis §.teſtamento . & ſi fiat
circa inſtitutiones, uidentur neceſſarij 7. per ea, quæ habentur
in l. cũ proponeretur. ĵ.de leg.2.Sol.tres ſunt caſus,nam inter-
dum tenuit inſtituto,uel legatum a prin. ſed propter capitis di
minutionem ſuperuenientem irrita facta eſt,deinde ceſſauit ca
pitis diminutio,quo caſu,ſi apparet,ꝙ noluit decedere cũ eadẽ
uoluntate,reconualeſcit de æquitate prætoria,ut dicto §.teſta-
mẽtũ.& tunc ad hoc ꝓbandum ſufficiunt 5.teſtes,etiam circa i
ſtitutionem,p gl.q̃ eſt in illo §.teſtamento.quia de facili reuer
titᷣ ad priſtinã naturã.ar.ad hoc ĵ.eod.l.teſtamentum . cum ibi
12 no.† Interdum inſtitutio,vel legatum a prin.non valuit,qa te-
ſtator erat inteſtabilis,& pp ea efficiatᷣ teſtabilis,& appareat, ꝙ
voluit decedere cum eadem voluntate, tunc etiam ſi corãm 7.
teſtibus non ſufficeret,niſi illã inſtitutionem faceret de nouo.
non ſic in codicillis,quia ſufficerent 5.teſtes:& iſte eſt caſus in
l.1.§.1.ĵ.de leg.3.nã ſi teſtator ĩterrogatus, an vellet facere teſta
mentum,rñderet,ꝙ non,quia illud fecit, licèt hoc diceret co-
rã 7.teſtibus,& ſic apparet,ꝙ voluit decedere cum eod. teſtõ,
non ſufficit ad faciendum illud reconualeſcere, nec quantũ
ad inſtitutionem,nec quantum ad legata in eo relicta , qa illa
non eſt voluntas diſpoſitiua,ſed enũtiatiua:oportet ergo,ꝙ di-
cat ſe teſtari in omnib & p omnia,put alias fuit teſtatus, poſtq̃

13 a principio non ualuit,licet ſecus ĩ codicillis.† Interdũ diſpoſi-
tio a principio eſt obſcura,& nunc teſtator vult eã declarare,&
tunc ſi obſcuritas non vitiabat eam, ſufficiũt duo teſtes,nã ẽt
ſi non declaraſſet,nõ erat inutilis,ſed committeretᷣ declaratio-
ni iudicis,nunc verò non committetᷣ, ſed ſtabitur declarationi
teſtatoris,ſed ſi eſſet talis obſcuritas,quæ redderet diſpoſitionẽ
nullam,vel inutilem,tunc in primo caſu non ſufficiunt duo te
ſtes,quia qui declarat tunc,de nouo dat: vñ requirũtur quinq;
& hoc vult gloſſ.hic,in verſi.item quid ſi in corpore. ſed ſi non
eſſet nulla in rei veritate,licèt eſſet inutilis,quia deficeret ꝓba-
no,ſed non ius,puta inſtituit Titium,cum eſſent duo Titij , ut
l.duo ſunt Titij.de teſt.tut.ad hoc puto ꝙ ſufficerẽt duo teſtes,
qa ſi declarat de quo Titio ſenſit,ille non capit ex iſta declara-
14 tione,ſed ex prima inſtitutione. ¶ † In glo. ibi item an idem in
iudice,ſupple,ꝙ poſtq̃ tulit ſniam, non põt aliquid immutare,
niſi circa acceſſoria,& eadem die,ut l. Paulus. ĵ.de regu. iur.qa
functus eſt officio ſuo,ut l.iudex poſtquam.eo. titu. uñ ſaltem
poterat declarare circa principale,& alia die etiam,& eſt hic ar
gu.ꝙ ſic,ſed de hoc bñ dic,ut l.ab executo. ĵ.de appel. quia nõ
omnis iudex poteſt hoc facere,ſed ſi ſit de maioribus , uel ſibi
reſeruauit poteſtatem in ſententia,ut l.terminato. C. de fruct.
& lit.expen & quod no.ſ̃.fam.ercil.l.item Labeo.§.1.ſm Dy. &
plenè per Bart.in d.l.ab executore.

ADDITIO.

a Cancellantur.Adde ut per Old.conſi.144.

1 *Si teſtes deponẽtes de teſtamento dicant,talem,inſtituiſſe talem hæredem in eoru p̃ſentia,niſi dicant ſe fuiſſe adhibitos,& rogatos,nõ ꝓbãt teſtamentũ.*
a *Si notarius dicat,quod talis fecit teſtamentum ſuum,cum ad eſſe teſtamenti requiratur rogatio teſtium,uidetur dixiſſe hoc, & omne illud,ſine quo non poteſt dici teſtamentum.*
2 *Verbum promiſſit prolatum à teſtibus,non intelligitur per ſtipulationem,ſecus ſi prolatum eſt à notario.*
Non eſt neceſſe,quod dicatur teſtibus, quòd ſunt uocati, ut ſint teſtes in teſtament ,ſed ſufficit,quod dicatur,ſitis rogati.
4 *Licèt ille,qui vult dare libellum, habeat neceſſe facere citari aduerſarium. ſi tamen non fecit citari,ſed reperit ipſum in palatio ob aliam cauſam, poteſt ſibi offerre libellum,& ſi recipiat,& reſpondeat,valebit litis conteſta ſed ſi non non vult reſpondere non cogitur , & quando tunc cogatur.*
5 *In codicillis,uel in teſtamento inter liberos , vel ad piam cauſam non requiritur , ꝙ teſtes ſint rogati,& quòd regulariter non requiritur , quod ſint rogati,niſi in quatuor caſib.*
Notarius,& teſtes a quo debeant rogari.
6 *Teſtamentum dicitur,quid indiuiſibile.*
Qualiter dicatur uno contextu.
7 *Quod ſi in teſtamento immiſceatur contractus , quòd non dicatur actus extraneus,nec vitietur teſtamentum,nec contractus.*

1 §.In teſtamentis. † Not.hic,& in §.ſeq.duo neceſ-
ſaria ad ſolennitatem teſtamen
torum & alia de quibus p gl. §.eod.l.ſi quæramus,in ult. glo. &
per iſtum §.patet.ꝙ ſi teſtes deponentes de teſtamento,dicant
talem inſtituiſſe talem hæredem in eorum præſentia,niſi dicẽt
ſe fuiſſe adhibitos,& rogatos,non probant teſtm̃ , & ita dicit
a Bar. ĵ.de teſt.mil.l.diuus.† Sed quid ſi notarius dicat hoc,qd̃ ta
lis fecit teſtamentum ſuum in præſentia ſua, & talium teſtium
infraſcriptorum,& non dixit rogatorum, uel adhibitorum,vl̃
uocatorum,ſufficeret.n.alterum iſtorum dixiſſe, nam nihil a-
liud eſt rogatos eſſe,niſi adhibitos,& uocatos,vt ſ̃ l.proxi. §.ſi.
ideſt dicere non fortuitos,ut notat Bar. ĵ.eod.l.Domitius:videtᷣ
non ſufficere,quia potuerunt eſſe præſentes fortuiti,& non vo
a cati,vnde non ↄ̃ſumitur rogatio a niſi probetur,cum ſic factũ,
ita uidetur eſſe communis opin. tamen poſſet dici contrariũ ,
qñ notarius dicit talem feciſſe teſtamentum, quoniam ad eſſe
teſtamenti,requiritur rogatio teſtium,ideo uidetur dixiſſe om
ne illud,ſine quo non põt dici teſtamentum,& aliud eſt,quan-
do uerba proferunt a teſtibus, & ad hoc optimè facit, quod no.
2 in l.1. C.de uſu.& l.ſciendum.de verb.obl † Vbi no. gl. & Doct.
quod uerbum promiſit,prolatum a teſtibus non intelligitur p
ſtipulationem,ſecus ſi prolatum eſt notario,& hoc magis pla-
cet,quia teſtes,qui paſſi ſunt ſe deſcribi a notario,cenſentᷣ roga
ti,vt no.Bal.in l.hac conſultiſſima.C.eod.idem & fortius . ſi ſe
ſubſcripſerunt.ut no.Bar. ĵ.eo.l. Domitius. & not. ſecundum
Bar.ibidem,ꝙ licèt aliquis ſit uocatus,nõ ſit ut teſtis,ſed ut ſcri
bat teſtamentum,tamẽ poterit eſſe teſtis, qa nõ eſt fortuitus,
& ita intelligit illam l.nec eſt neceſſe,ꝙ dicatur teſtib.ꝙ ſũt vo
cati,vt ſint teſtes in teſtamento,ſed ſufficit ꝙ dicatur,ſitis roga
ti,ſimiliter inſtituo talẽ hæredem &c.vt C.eod.l. in teſtamẽtis.
† Vlt.

ADDITIO.

a Rogatio.Intellige,quòd teſtes debent eſſe rogati in teſtamento in ſcri. non in nuncupatiuo,ut uoluit glo.4.q.9.c.de his,in gl.& plures.

4 Vlt.per iſtum tex.dicit Guil.de Cug.in l.j.ſ.de inius vocã ꝙ li-
cèt ille,qui dare vult libellum,habeat neceſſe facere citari ad-
uerſariũ,qa iudiciũ incipit à citatione.vt Inſt.de pœna teme.li-
tig.§.fi.ſi tñ nõ fecit citari,qa reperit ipſũ ĩ palatio ob aliã cãm
põt ſibi offerre libellũ,& ſi recipiat,& rñdeat,valebit lit.ꝯt.ſed
ſi non vult rñdere,non cogit̃ arg.hic,niſi iudex ipſum moneat,
vel actor faciat ipſum citari ꝓ tũc,vt ẽt hic ꝓbat̃.De hoc vide ꝑ
Io.And.in nouella.c.fi.de ele.& quod no.Bal.in l.cum fratrẽ.
5 C.de his,q.vt indig.¶†In gl.C.de cod.in l.fi.& ſic inter liberos,
a vt no.in gl.& ad piã cãm.[a]vt no.Bar.in l.j.de ſacroſ.eccl.in vl.
car.regulariter aũt nõ requirit̃,ꝙ ſint rogati,niſi ĩ quatuor ca
ſib.vt no.in l.ad fidẽ.ſ.de teſti.Sed à quo debẽt rogari,Dyn.vr̃
dicere,ꝙ nõ refert à quo ꝑ l.interueniunt.§.à quo.ſ.de pe.hęr.
qđ non placet immo debẽt rogari ab illo,ad quẽ ꝑtinet actus,
a vel à notario,[b]qui ſuſtinet vices eius,ſicut,& notarius dẽt roga
ri ab eo,ad quẽ actus ꝑtinet,vt ĩ Auth.de tabulis.§.nos ãt.& ibi
6 no.ĩ gl.¶†In verſi.ſequi.no.ꝙ teſtm̃ dr̃ quid indiuiſibile,& ad
hoc allegat̃,& iõ ſi fuit cæptum,& nõ cõpletũ,nihil valet,quod
factũ eſt in eo,qa q̃ partẽ indiuidui fecit,nihil feciſſe vr̃.vt ĩ.eo.
l.ſi is qui.no.ẽt qualiter dr̃ vno ꝯtextu,qñ nullus actus ex̃neus
miſcet̃,& adde qñ teſtes ꝑſeuerãt à pri.vſq; in fi.vt ſ.l.proxi.§.fi.
7 & vide quod no.Bal.ſuper hoc.C.eo.l.cũ antiquitas.¶†Vlt.eſt
hic vna gl.q̃ sẽp allegat̃,qa tenet,ꝙ ſi immiſceat̃ ꝯtus,nõ dicat̃
actus ex̃neus,& ſic nec vitiat̃ teſtm̃,nec ꝯtus,& forte,mota eſt
gl.qa ꝯtus ꝯſiſtiti verbis,ſicut teſtm̃,ſecus qñ actus itermedi⁹
ꝯſiſteret in facto,ꝯ q̃ gl.facit l.verba ꝯtre.ĩ.de ver.ſig.vbi hr̃,ꝙ
verba acta ad ꝯtus sũt ex̃nea ab vl.volũtate,& l.q̃ gl.allegat ꝓ
ſe.infra de aſſignatio.lib.nihil facit,quia aſſignatio.lib.poteſt
fieri ẽt in vlt.vol.vñ dicit Bal.notabir̃,ꝙ ſi iſte ꝯtus eſſet oĩno
impꝑtinẽs ad illud teſtm̃,qa fieret cũ ex̃nea ꝑſona,vel nõ,in de-
fectũ teſti vitiaret teſtm̃,ſed nõ vitiaret ꝯtus.Si aũt non eſſet
oĩno ex̃neus,vt qa fieret cũ eadẽ ꝑſona:quæ inſtituit in defectũ
teſti,aut ſi ſub conditione,ſi cõtingat me teſtm̃ mutare,ex nũc
c dono[c]tibi oĩa bona mea,& iſto caſu nõ valeret donatio,quaſi
facta ſub turpi cõditione.qa adimit ſibi pƈãtẽ mutãdi,qa timo
re donationis nõ mutabit,& iſtud reperit̃ ꝯſuluiſſe Dy.licèt ip
ſe idẽ determinauerit ꝯnũ in c.ꝙ ſemel,de reg.iu.ſed reprehen-
dit̃ ꝑ Bar.in l.ſi qs in prin.teſti.de leg.1.& ꝑ Bar.in l.ex teſtõ.C.
de fideic.aut fit iſto mõ,ſi nõ valet iure teſti,valeat iur̃ donatio
nis,q̃ facio tibi ꝑſenti,& acceptãti,& tũc non vitiaret̃ teſtm̃ ex
hoc,qa nõ eſt actus impꝑtinẽs,& ſi ex alia cã teſtm̃ nõ valet,in-
ſtitut⁹ habebit bona ex donatiõe,niſi teſtator reuocauit teſtm̃
qa ualet reuocatio tũc quãtũ ad illam clauſulã ſm̃ Bal.qui di-
cit hoc eſſe nouum dictũ,ſed pro eo bñ facit ꝙ no.Bar.in l.j.ĩ.
de iure cod.in 15.qõ.& ita intelligit ipſe Bal.glo.j.in §.ſi quid
poſt.circa prin.dum dicit,ꝙ reuocata inſtitutione cætera reuo
cantur,& uide omnino quod ipſe not in d.l.ex teſtamento.

ADDITIONES.

a Ad piam cauſam.An teſtes debeant eſſe rogati in teſtamento ad pias cauſas,Ro.
conſi.196.tenuit,quòd ſic.ſequens Lapum,ut ibi per eum.

b Vel à notario.Ale.de Imo.in conſi.ſuo,47.col.j.in fi.in 2.uol.idem tenet,& hic
ſequitur.Cur.

c Ex nunc dono.Vide Old.conſi.114.Ro.conſi.171.

LEX XXII.

1 Ad teſtium. †Not.ꝙ filiusfa.licèt non poſſit facere teſtamentum,põt tamen eſſe teſtis in
teſtamento:ſupple alterius,q̃ patris ſui,in cuius eſt poteſtate,
vt ſ.eo.l.qui teſtamento.in prin.Sed contra l.is cui ſ.eo.So.vt
no.ĩ.eo.l.in gl.Nam aliud eſt,ꝙ quis ſit inteſtabilis,quia tunc,
nec põt teſtari,nec põt eſſe teſtis,aliud,ꝙ non poſſit facere te-
ſtamentum,quia hoc non tantum importat.Vel dic,aut eſt in-
teſtabilis ſui culpa,aut non,vt dixi in d.l.is cui.

1 *Quando teſtes requiruntur ad ſolemnitatem actus ſufficit,ꝙ fuerint habiles
tempore actus celebrati,nec inhabilitas ſuperueniens noxet.*

2 *An ſufficiat probare teſtes eſſe inhabiles de præſenti,ut ſic præſumatur fuiſ
ſe inhabiles tẽpore actus celebrati,quando requirebantur ad ſolemnitatem.*
Ex præſenti præſumitur in præteritum.
Qui fundat ſe in tempore debet illud probare.

3 *Notarius ſi communiter reputabatur notarius,& habilis,tamen re uera nõ
erat,an ualeant eius inſtrumenta.*

4 *Officium notariatus decernitur ſolum à principe.*

5 *Teſtamentum,ſi non poteſt probari per teſtes poſtea effectos inhabiles,qd
proſit,quod permaneant.*

6 *Si teſtamentum eſſet factum in ſcriptis manu teſtatoris,& notoria eſſet ſcri
ptura,nam etiam teſtes non habent deponere de tenore teſtamenti,ſed ſo-
lum recognoſcere ſuſcriptiones eorum,& ſigilla,ꝙ tales teſtes poſtea facti
inhabiles admittantur ad recognoſcendum illam ſcripturam.*

7 *Teſtes,quando non requiruntur ad ſolennitatem,vel ſubſtantiam,ſed ad
probationem ueritatis,ſufficit habilitas tempore teſtificationis,licèt non
eſſet tempore actus celebrati.*
*Quid ſi requiratur ſubſcriptio duorum notariorum,& non ſit,niſi unus,&
tempore,quo inſtrumentum producitur,factum ſit ſtatutum,quòd ſubſcri-
ptio unius ſufficiat.*

1 §.Conditionem. ¶†Quando teſtes requirunt̃ ad ſolennitatem actus,ſufficit,
ꝙ fuerint habiles tpe actus celebrati,nec nocet inhabilitas ſu-
perueniens b.d.ẽt non prodeſt ſupueniẽs habilitas,ſi tpe actus
celebrari erant inhabiles,& hoc vult gl.2.in ver.ſed ꝯ.¶In tex.
ibi cũ ſignatẽt,ſic ergo patet,ꝙ loquit̃ ĩ teſtõ in ſcriptis,tñ idẽ
eſt in nuncupatiuo,vt patet ex no.in gl.2.in fi.qa ẽt tũc adhibe
rent̃ ad ſolennitatẽ,licèt ſe non ſubſcribant.¶In gl.j.ibi & dic
uerè,vel putatiuè.vt C.eo.l.1.ſupple ꝑ quã ſupplet iſte §.in quã
tñ vult à contrario ſenſu,quod ſi tempore teſti conditi teſtes
non erãt habiles,non valeat teſtm̃,nam verum eſt,niſi cõi opi.
reputarent̃ habiles,vt ibi,& facit ꝙ no.ĩ.eo.cum l.fin.in gl.&
ꝓ hoc dicit Bar.ſi excipiat ꝯ teſtes,ꝙ erãt inhabiles tpe teſti,ta
lis exceptio nõ ꝯcludit,nec dẽt admitti,niſi adijciat̃,& ita com
muniter habebant̃,& reputabant̃ ꝑ illã l.Alij dicunt,& credo
melius,ꝙ immo ꝯcludat̃ exceptio,qa ſufficit excipientẽ funda-
re ſe in veritate,qa ſi erant inhabiles,ꝑſumunt̃ ita fuiſſet habiti
& reputati,niſi dicat̃,& probet̃ ꝯrium:debet ergo replicare,q ꝓ
ducit teſtm̃,& tractabant̃,& reputabant̃ communiter ꝓ habili
bus,& hoc dẽt probare,nõ aũt excipiens tenet̃ probare,ꝙ re-
putarent̃ inhabiles,ſed ſufficit,ꝙ probet,quòd eſſent inhabiles.
2 ¶†Sed quæro,an ſufficiat probare,ꝙ hodie,cũ excipit̃,ſint in
habiles,vt ſic ẽt præſumant tunc fuiſſe inhabiles,vr̃,ꝙ ſic,qa
ex ꝑſenti ꝑſumit̃ in ꝑteritũ,vt l.nõ eſt.& ꝙ ibi no.in glo.ſupra
de prob.& in l.4.C.eod.ti.de prob.In ꝯtriũ,qa q fundat ſe in tpe,
dẽt illud ꝓbare,eo ti.l.matrẽ tuã.ſ.de neg.geſt.l.eum actum.&
ꝙ no.in l.ob carmẽ.ff.de teſt.& ꝙ no.Bar.in l.3.ĩ.de bo.poſ.inf.
uel fur.&c.Sol.aut dico teſtes nunc non eſſe habiles,nec aliqd
dico de tpe teſtamenti,& tunc exceptio mea non concludit,
nec etiam probatio ſuper ea facta,quia non ſequitur,nunc sũt,
ergo tunc fuerunt,ex quo iſtud non allego,nec aſſero,facit l.ſi
adulterium.§.idem ſi Pollioni.de adul.& quod no.Bar.in l.cũ
diu.ante fi.ſi cer.pet.aut dico,ꝙ tempore,conditi teſtamenti
fuerunt inhabiles,& ad hoc probandum facio articulum,ꝙ ho
die ſunt inhabiles,vt ſic etiam præſumantur tunc fuiſſe inhabi
les,& tunc aut nego aliquam qualitatem,quæ ſolet cõiter ineſ-
ſe à natura,vt quia dico,ꝙ tunc erant nõ ſanæ mentis,uel inſa-
mes,cum regulariter præſumatur contrarium,& tunc non ſuf
ficit probare,ꝙ hodie ſint non ſanæ mentis,vt tales fuiſſe,præ-
ſumantur per id,ꝙ no.Bar.in d.l.2.aut nego.aliquid,ꝙ non ꝯ-
ſueuit ineſſe à natura,ſed ex accidenti,puta,ſi dico aliquem
non fuiſſe diuitem,vel ſoluendo,& probo,quia hodie nõ eſt,&
tunc ex præſenti bñ præſumit̃ in præteritum.vt l.non eſt.ſ.de
proba.& C.eod.l.2.non tamen dico,ꝙ iſta exceptio pauperta-
3 tis reddat teſtes inhabiles,ſi alius defectus non adeſſet.† Item
quæro,an idem ſit in notario,vt ſi communiter habebat̃,& re-
a putabat[a]notarius,& habilis,re tamen vera non erat,an valeãt
eius inſtrumenta,ac ſi verè eſſet?reſpondeo nõ idẽ ꝑ oĩa,ſed ita
demum hoc prodeſſet,ſi non erat funditus falſus,puta,qui ſe-
mel fuerat notarius,& poſtea fuit priuatus,tunc.n.ſufficeret,
ſi priuatio eſſet occulta,vt no.in Auth.de tabel.§.pen.idẽ ſi nũ
quam fuit notarius,tñ habebat priuilegium notariatus,ꝙ erat
inualidũ ex aliqua cauſa,ar.l.Barbarius Philippus.de of.ꝑtoris.
Sin aũt nunq̃ fuerat,nec habebat priuilegium notariatus,tũc li
cèt reputaret̃ notarius,ſi tñ apparet manifeſtè cõtrarium,nec
etiam apparet,ꝙ eſſet tunc ex quo ita tenebatur,& reputabat̃,
& erat in quaſi poſſeſſione notariatus,ſufficit,vt eius inſtrumẽ
ta recipiant̃,& ita no.Spe.de inſtr.edi.§.reſtat.in vlt.ſeu.pẽ.col.
vet.qualiter aũt.Sed quæ eſt ratio diuerſitatis inter teſtes q ẽt ſi
apparent fuiſſe inhabiles,ſi tñ reputabantur habiles,habẽt pro
habilibus vt d.l.j.Rñdeo ſm̃ Bal.quia officium teſtis decernit̃ à
4 iure,vt quilibet poſſit teſtificari,†non ſic officium notariatus,
b ꝙ decernitur ſolum à principe,[b]iuxta no.in c.cũ.P.tabellio.de
fi.inſtr.vnde ſi appareat titulus habitus,à principe,ſi apparet ꝯ
rium ꝑſumptio eſt ꝯ eum,non ſic in teſte.no.iſta in ronem,quia
5 ſubtilis eſt,& pulchra.¶†In glo.ſeq.in prin.ib.(teſtamentũ tñ
permanet)ſed quid prodeſt,ꝙ permaneat,ſi non poteſt ꝓbari
per teſtes effectos inhabiles,videtur,ꝙ nihil,quia paria ſunt nõ
eſſe,uel non apparere,ut l.duo ſunt Titij,de te.tu.So.ꝓdeſt,quã
de ueritate ꝑt ꝯſtare aliter,q̃ ꝑ depoſitionem taliũ teſtiũ,vt ſi
de tali teſtõ fuit cõfectum inſtrm̃ publicũ,nã ſicut facit fidẽ te
ſti.mortuis ſm̃ opi.Io.no.ſ.l.proxi.in pri.ita & ipſis inhabilib.
qa ꝓ mortuis habent̃,idem ſi ille,contra quem inſtrm̃ ꝓducit,
vel

ADDITIONES.

a Reputabatur.Adde quod uoluit Ale.conſi.96.2.lib.ubi de materia l.Barbarius.

b A principe.Dicit Old.conſi.54.quòd officium notariatus eſt utile,& quòd qui
libet ordinarius poteſt notarium creare.

vel allegaꝉ,confiteꝉ ipſum fuiſſe factũ & in tali forma, & in p̄-
ſentia taliũ teſtiũ,dicit tñ ipſum effectũ fuiſſe irritũ ex eo,quod
teſtes p̄fati ſunt inhabiles,nã hoc non eſt verũ, vt in iſto tex.&
de his duob.modis hr̄ per gl.d.l.j.C.eo.idẽ ſi negat tenorem te-
ſti,confitetur tñ fuiſſe factũ corã talibus teſtib.rogans, tamen
dicit,ꝙ in alia forma,& dicit, ꝙ in illis nõ dẽt adhiberi fides ad
ꝓbandũ de forma,vel tenore,cũ hodie ſint inhabiles licèt tũc
fuerint habiles,nã ex quo fateꝉ illos fuiſſe adhibitos,& rogatos
videnꝉ admittendi ad probandũ de tenore, licèt hodie ſint in-
habiles,ſ'm Bal.per gl.q̃ eſt in Auth.de teſt.§.licèt.in fi.In vl.gl.
ſup verbo innuit.tñ illa gl.nõ facit,qa loquiꝉ in ꝯctib.& quãtũ
ad illos,q rogauerũt teſtes.Nã ex hoc vr̄ approbaſſe ꝑdõnẽ ip-
ſorũ,vñ nõ poſſet poſtea de inhabilitate opponere, p l. ſi quis
teſtibus.C.de teſt.ſed hic ille,q excipit ꝯ teſtes,eos non rogauit
ſed teſtator,vñ non vr̄ approbaſſe,tene tamen menti dictũ, &
6 illã gl.q̃ eſt ſingularis.¶ † Eſt & quartus caſus,in quo ꝓdeſt, ſi
teſtm̃ eſſet factũ in ſcriptis manu teſtõris : & notoria eſſet lr̄a,
nam teſtes tunc nõ hñt deponere de tenore teſtamenti, ſed ſo-
lũ recognoſceꝉ ſubſcriptiones eorũ,& ſigilla,& licèt illa ſcriptu
ra nõ faciat fidẽ,niſi recognoſcaꝉ,qa eſt priuata,vt not.in l.1.C.
qui.mo.te.ape.tñ admitteꝉ ibi teſtes ad recognoſcendũ,& ſic
ad validandũ ſcripturã,de cuius veritate ꝯſtat,ꝙ eſt manu teſta
toris,ſed ſolũ dubitaꝉ de ſolennitate,licèt hodie ſint inhabiles,
ſi ꝯſtat,ꝙ tũc nõ fuerint.ſ'm Bal.hic & d.l.j.licèt nõ ſic declaret.
cx̃ iſtos caſus non prodeſſet,ꝙ teſtamentum remaneret validũ
ſi non poſſit probari,niſi in foro conſcientiæ,qa ille, cui in tali
teſtamẽto eſſet relictũ,cũ ſciat, ipſum fore validũ licèt nõ poſ-
ſit ipſum ꝓbari, põt licitè in foro conſcientiæ retinere ea,quę
ſibi relicta ſunt,arg.eorũ,q̃ no.Inn.in c.qa.de immu.eccle.& ꝙ
no.gl.in c.cupientes.§.ꝙ ſi per xx.ſuper ver.malignãtiũ.de ecc.
lib.6.ſ'm Bal in ea.l.j.la.tñ de Are.quẽ ſequiꝉ Bar vr̄ velle,ꝙ in-
diſtinctè teſtes iſti admittanꝉ ad probandũ, licèt hodie ſint in-
habiles,ex quo fuerunt habiles tpe teſti, qa tũc vr̄ functi offi-
cio teſtificationis,non hodie,cũ deponunt, ſed eſt q̃dam execu
tio illius vt l.ſpeciali.C.eod.& l.edictum.de edi.di. Adr.tol.itẽ
verſ.teſtimoniorũ.ꝯſtat aũt,ꝙ executio teſtificationis põt fieri
ẽt tpe,quo qs nõ poſt teſtificari,vt ſi intrauit ̄j.terminũ datũ ad
probandum.Nam tunc vr̄ teſtificatus, & poteſt poſtea exami-
nari poſt terminum,vel in die feriata,quia eſt q̃dam executio,
vt no.in clemen.j.de offic.deleg.per gl.j.per Bar.in l.4.§.nuntia-
tio.de ope.no.nun.& l.damni.§.Sabini.de dam.infe.iſtud dictũ
poſſet procedere,ſi pars confiteret teſtamentum fuiſſe factum,
ſed non in hac forma,ſed ſi negat oĩno,tunc non video,ꝙ p ta-
les teſtes inhabiles poſſit probari, quia non conſtat ipſos fuiſſe
habiles tpe teſtamenti,cũ de teſtõ non conſtet, & ipſi hñt pro
bare de teſtõ,ideo tunc tenet gl. ꝙ teſtm̃ remanet validum,tñ
deficit probatio. ¶ In gl. non erit idoneus.i.non facit teſtm̃ re-
conualeſcere,in quo requirebantur 7.teſtes, & idonei, ſi tunc
non erat idoneus,& ſic erat nullum, ſuperueniens ergo idonei
tas non facit conualeſcere,licèt ſit idoneus nũc ad probandũ,
ſed hoc parum prodeſt ex quo teſtamentum eſt nullum.
7 ¶ † In glo.ibi(ſecus aliàs intellige.i.vbi teſtes non requiruntur
ad ſubſtantiam,& ſolennitatem actus, ſed ſolum ad veritatem
probandam,qa licèt tempore actus celebrati ſint inhabiles, ſi
tñ tempore teſtificationis ſunt habiles,ſufficit,vt admittanꝉ,&
probent.& iſtis diebus allegabaꝉ iſta gloſſ.& l.quam allegat ad
quoddam inſtrumentum, ꝙ tpe actus celebrati non habebat
ſolennia,quia requirebaꝉ ſubſcriptio duorum notariorum, &
nõ erat niſi vnus.poſtea tempore,quo producebaꝉ in iudiciũ.
factũ erat ſtatutũ,ꝙ ſufficeret ſubſcriptio vnius, ſi neceſſarius
erat mortuus,ꝙ tale inſtm̃ hodie probet,quia inſpiciꝉ tempus
quo inducitur ad probandum, cũ non requireret ad ſubſtãtiã
actus hæc ſcriptura,vt l.ꝯhit.§.de pig.¶ In gl.ibi(item liber teſti
ficans)hic gl.loquiꝉ,qñ teſtes non requiruntꝉ ad ſolennitatem,
vel ſubſtantiã ſed ad probationem ueritatis, quo caſu ſufficit
habilitas tpe teſtificationis,licèt nõ eſſet tpe actus celebrati, vt
in præcedenti verſ.& vult iſta gl ꝙ ſi tpe,quo depoſuit,teſtis e-
rat habilis,licèt poſtea ẽt ante aperturam, vel publicationẽ di-
cti ſui effectus ſit inhabilis, ꝙ iſtud nõ uitiat teſtimonium, qđ
tene menti.Nam apertura,& publicatio non pertinet ad offm̃
teſtis,ſed iudicis,iõ,licèt adhuc nõ ſit facta, teſtis dr̄ functus offi
cio ſuo,ex quo depoſuit,ergo non vitiaꝉ,arg.in c. factum legiti
mæ.de re.iur.facit qđ no.Arch.in c.pia.de excep.lib.6.vbi dicit,
ſufficere ei,ꝙ habuit terminum ad probandum, ſi fecit exami-
nari teſtes.j.terminum,licèt non fecerit publicari.quid aũt ſi
ſuperueniat inhabilitas poſt iuramentũ p̄ſtitum, & añ depoſi-
tionẽ?vide in Spe.de teſte.§.j.ver.quid ſi teſtis erat inteſtabilis,
q dicit,ꝙ ſi inhabilitas erat notoria,nõ dẽt examinari, alias ſic.

1 *Si quis ſigillauerit cũ alieno ſigillo tanq̃ ſuo,ꝑt puniri de falſo qđ ĩ notario.*

2 *Si aliquis conſtituit procuratorem per epiſtolam, & litera eius ſit notoria in*
dici,poteſt ſigillari cum alieno ſigillo.

1 §.Si ab ipſo. †No.hic,ꝙ poteſt quis ſubſigillare cum
alieno ſigillo.intellige tamẽ,ꝙ faciat de
hoc mentionem,aliàs ſi cum alieno tanq̃ ſuo,puniretur de fal-
ſo ſ'm Dy.j.de fal.l.lege Cornelia.Item intellige hoc in teſte,vr̄
parte,ſed notarius nõ põt apponere aliud ſignum,q̃ ſuum pro
prium,ut in Auth.de iuſte.cau §.ſed ſi inſtrumẽtum.& ibi no.
2 & Inſti.de pub.iud.§.item lex Cornelia †& gl. inducit ad qõnẽ,
ꝙ ſi aliqs ꝯſtituit ꝓcuratorẽ p epiſtolã,ꝙ facere põt,vt j.de ꝓcu
a ratore abſente,& clemen.j.eo.ti.põt ſigillari cũ alieno ſigillo,[a]
intellige tñ,ꝙ litera eius ſit notoria iudici aliàs non reciperetꝉ.

A D D I T I O.

a Sigillo.An ſigillum probet. Vide per Can.in c.poſt ceſ.de prob.Spec. in titul.de
prob.in ver.x.per d.de Ro.deciſ.ſuis cod.ti.

1 *Teſtamentum,quòd efficiatur irritum propter remotionem ſignorũ teſtium.*
2 *Teſtator quando remouit ſigna non conſultè,nec ex propoſito,non irritatur*
teſtamentum,ſi poteſt legi.

1 §.Signa. †Si teſtator remouit ſigna teſtiũ habetꝉ teſtm̃ ꝓ
non ſignato,& ſic efficiꝉ irritum h.d.intellige.ſ.
ipſo iure,ſi hoc facit.anteq̃ haberet pro perfecto,& abſoluto,ſi
aũt poſt,tunc non ipſo iure,ſed ope exceptionis,ut d. l.i.§.ſed
conſultus.j.de his,quæ in teſ.delen.& ita no.Cy.in l.noſtram.
C.eo.& ita intellige gl.hic.q̃ incipit ante ꝑfectum.& alia glo.q̃
2 eſt in l.3.§.fi.de adimen.leg.q̃ vr̄ huic ꝯtrariar,†& hoc qñ fecit
conſultè,& ex propoſito,aliàs nõ irritaꝉ, ſi põſt teſtamentum-
legi.vt d.l.1.ff.de his,q̃ in te.delen.quantũ aũt ꝓceſſit ad actũ,
vbi ex poſtfacto non irritaꝉ aliquo modo, & ita loquitur cõtra
rium prima gl.de §.ex eo.Inſtit.quibus mod.teſt.infir.

1 *Non ſufficit teſtes ſe ſubſcribere,niſi ſigillen,nec econuerſo.*
2 *Duo quando requiruntur,non ſufficit alterum.*
Conſilium doc.non dicitur authenticum, niſi contineat ſubſcriptionem, &
ſigillum, & niſi ſit ſcriptum ſua manu propria, & conſtet per illam ſcri-
pturam de perſona ſua.
3 *Inſtrumentum non ualet,niſi contineatur ſubſcriptio notarij, & ſignum.*

1 §.Si quis. †Non ſufficit teſtes ſe ſubſcribere, niſi ſigillẽ,
2 nec econuerſo h.d.†Et ſic no. ꝙ quando req-
runt duo,non ſufficit alterum,facit l.cum hi.§.ſi prætor.de trã-
ſa.& eſt ar.ꝙ non dicaꝉ conſilium Doct.authenticum,niſi con
tineat ſubſcriptionem.& ſigillũ, & hoc vr̄ verũ, niſi ſit ſcriptũ
ſua manu propria,& ꝯſtet p illã ſcripturã de pſona ſua p l.cũ an
3 tiqtas.§.ſi.C.eo.Item eſt arg.† ꝙ non ualet inſtrumentum,niſi
contineatur ſubſcriptio notarij, & ſignum, & ad hoc allegatꝉ.

1 *Capiens aliquem per veſtes,quibus inuoluitur, uidetur cepiſſe ipſum per*
perſonam, & feciſſe iniuriam perſonalem.

1 §.Signatas. †No.ſecundum Bal.ar.quòd vr̄ quis remo
uiſſe ſcripturas ſigillatas,ſi apponit ſigillũ
in ſacculo,ubi ſcripturæ ſunt inuolutæ, licèt non ſit in ipſis ſcri
2 pturis.Item eſt ar.ſecundum eundem, ꝙ ſi capio aliquem per
veſtes,quib.inuoluitur,videor cepiſſe ipſum per perſonam,&
feciſſe iniuriam perſonalem.

L E X XXIII.

1 *Signa per teſtatorem remota,ſi ſua voluntate reponantur,teſtamentum re*
conualeſcit ſine nouis ſubſcriptionibus, quia ſufficiunt primæ.
2 *Reappoſitio ſignorum teſtamenti retrotrahitur ad diẽ ſubſcriptionis, & ꝙ*
habeatur perinde,ac ſi nunq̃ fuiſſent remota,poſtquàm fuerũt reappoſita.
Quòd in iſta reappoſitione non requiratur præſentia teſtatoris, ſed quod
teſtes in unum conueniant.

SI teſtamentum. ¶ † Si ſigna per teſtatorem
remota ſua voluntate repo
nantur teſtm̃ reconualeſcit ſine nouis ſubſcriptionibus
quia ſufficiunt primæ h.d.Scd̃m verum intellectum videbatur
ꝯtrarium,quia teſtm̃ fuerat effectum irritũ per amotionẽ ſigno-
rum,uel ipſo iure, uel ope exceptionis, ſ'm ea,q̃ dicta ſunt in l.
præced §.ſi ſign.vnde videbatur,ꝙ non reaſſumeret uires ex ſo
la reappoſitione ſignorum, ſed requirerentur nouæ ſubſcri-
ptiones vt in l.p̄ced.§.ſi quis ex teſtib.ſed ibi loquitur, qñ ſub-
ſcriptiones nunquam fuerunt factæ,tunc.n.non ſufficiunt ſo
la ſigna,vt faciant teſtm̃ à principio valere,hic verò ſemel fue-
runt facta,& ſic ualuit,& licèt fuerit irritatũ ex remotione ſi-
gnorum, & per conſequens illę ſubſcriptiones remanſerunt
inutiles,tñ quia non fuerunt cancellatæ, de facili reaſſumunt
uires,& hoc voluit dicere hic gl.ꝙ res facilius renaſcitur quam
de nouo naſcatur,nam de facili res reuertitur ad priſtinam na
turam,vt hic,& l.ſi vnus §.pactus.ver.quod & in ſpecie dotis.
ſupra

ſupta de pac.ſed ſi ſubſcriptiones fuiſſent cancellatæ,nõ ſic,qa
nõ interueniſſet actus ſimilis,niſi eſſet talis cancellatio,q̃ poſſet
de facili remoueri,& hoc voluit dicere gl.in prin. dũ allegat l.
noſtrã.C.eo.¶ In tex.ibi(iterũ ſignatũ fuerit)ſupple ab eiſdẽ te
ſtib.ſm la.de Are.ſecus,ſi à diuerſis,qa illius debẽt eſſe ſigilla,
cuius ſunt ſubſcriptiones.vt in §.ſi qs ex teſtib.ſ. l.proxi. licèt
Bal.& Ang.videat̃ ɔ̃riũ,qđ nullo modo placet. Itẽ intellige eo.
īſtãti,vel ẽt ex interuallo,cũ loquat̃ ſimpl'r,licèt in ɔ̃riũ,qa ſub
ſcriptiones ɔtinent diẽ,in qua factæ ſunt, ſed ſigna reponerenẽ
diu poſt,& tũc incipit valere teſtm̃, qa aſſumit vires ex vltimo
actu pfectionis,ergo dies non concordat, nec verificat̃ ſubſcri-
ptio,qa illa die non fuit ɔſummatũ teſtm̃ ,ſed rñde , q immo
2 cẽſet̃ tunc ɔſummatum,& †iſta reappoſitio ſignorũ retrotrahi
tur ad diẽ ſubſcriptionis,ſi habeat̃ perinde,ac ſi nũq̃ fuiſſent re
mota,poſtq̃ fuerunt reappoſita.dicit ẽt Dy hic notabiliter, q ĩ
iſta reappoſitione non requirit̃ præſentia teſtatoris,nec ẽt q te
ſtes in vnũ ɔueniãt,ſed quilibet de per ſe in domo ppria poteſt
reapponere de uoluntate defuncti,hoc tamen non placet , ſed
puto.q debeant inſimul conuenire alias non eſſent cooteſtes
ad voluntatem defuncti probandam in hac reappoſitione.

L E X XXIIII.

1 *Teſtamentum,an intelligi debeat intellectuale, vel corporale.*
2 *Notarius,ſi confecit vnum protocollum falſum,licèt inde plura inſtrumen*
ta publica ſumpſerit,non dicitur commiſiſſe, niſi unum falſum,idem ſi te-
ſtis ſuper eodem pluries teſtificaretur falſum.
Quid ſi pluribus ex hoc fieret præiudicium.
3 *Notarius,qui ſemel publicauit inſtrumentum, cogitur iterum publicare , ſi*
quis vult vnum dimittere,& aliud ſecum portare , cum debeat ſe abſen-
tare,& regulariter ſine iuſta cauſa non cogitur.
4 *Si plura exemplaria facta ſint manu eiuſdem,q qualibet illarum ſcriptu-*
rarum ſit originalis.
5 *Exemplar interdum ponitur pro exemplo, & idem econtra.*
Si notarius in inſtrumento publico dicat , hoc eſt exẽplũ cuiuſdam prothoe-
colli ſcripti manu mei notarij,tunc exponitur exemplum.i. exemplar.
6 *Exemplo datur fides, quando eſt ſcriptum manu eiuſdem notarij.*

a V Num teſtamentum. †Per iſtam l.dicit gl.ſ.eo.l.1. in fin.
magnæ glo.q teſtm̃ dr̃ quid intellectuale,q.d.non quid
a corporale , quia ſi eſſet corporale , tot dicerentur a teſtam.
quot conficerent̃ ſcripturæ de eadem volũtate,& tñ tex.dicit,
q eſt vnũ , licèt ſcripturæ ſint plures,& ſic eſt quid intellectua
2 le.i.quod intellectu pcipit̃ magis,q̃ ſenſu corporali. ¶ †Item di-
cit Bar.arg.huius l.q ſi notarius ɔfecit vnũ prothocollum fal-
ſum,licèt inde plura inſtrã publica ſumpſerit,nõ dr̃ cõmittere.
niſi vnũ falſum,cũ oĩa illa tendãt ad vnũ finẽ. idem ſi teſtis ſup
eodẽ pluries teſtificaret̃ falſũ:hodie intellige verũ, niſi plurib.
3 ex hoc fieret p̃iudiciũ,p ca q̃ no.ĩ l.nũq̃ ď plura.pn.deli.†Itẽ ex
iſta l.patet.q notari' q ſemel publicauit iſtrm̃,cogit̃ iterũ publi
car̃,ſi qs vult vnũ dimitter̃,& aliud ſecũ portar̃,cũ debeat ſe ab
ſentare,& iſta eſt iuſta cã cogẽdi eũ,de hoc eſt tex. in l. ſi qs ex
argentarijs.in fi.cũ l.ſeq.ſ.de eden.Rl'ariter aũt ſi oe iuſta cã nõ
coget̃,vt patet.& plenè in Spec.de inſtr.edi.§.poſtq̃.ver.vbi aũt
in.ver.qđ ſi debitor.& vide qđ not.Bar.in l.fi. de bo. auth. iud.
4 poſ.Vlt colligit Bal.ex verbo exẽplis.†q exponit̃.i.exẽplarib.qa
q̃libet iſtarũ ſcriptutarũ,eſt originalis,ſi factæ sũt manu eiuſdẽ
& iſtud ver.exẽplis.ſignificat ſcripturã nõ originalẽ , ſed verbũ
5 exẽplar ſic,qđ dic,ut no.gl.in l.2.ſ.de fide inſtr.† Et ſic no.q in-
terdũ vnũ ponit̃ p altero,ex quo ſeqt̃ ſm Bal.ſi notarius in in-
ſtrõ publico dicat hoc eſt exẽplũ cuiuſdam prothocolli ſcripti
manu mei notarij,nõ p̃t opponi,q tali Inſtrõ non ſit dãda fides
eo qa eſt exẽplũ,cui fides nõ dat̃,vt in auth. ſi qs in aliquo do-
6 cumẽto.C.de eden.†nã ex eo , qđ dicit eſſe sũpt ũ de pthocollo
ſcripto manu ſua,apparet,q eſt originalis ſcriptura,& ſic expo-
nit̃ exẽplũ.i.exẽplar,nec eſt extnea expoſitio p iſtũ tex.vađ ɋno.
Bar.ĩ illa auth.ſi qs ĩ aliquo.ubi dicit,q exẽplo dat fides , qñ eſt
ſcriptum manu eiuſdem notarij,qa nõ dr̃ propriè exemplum.

A D D I T I O.

a Tot dicerentur. Facit ad q.de qua in l.1.ſu.eo.& in l.patris.& filij. de vul. & pu.
an ſtante ſtatuto.quòd de quolibet teſtamento ſoluatur tantum pro gabella, an
de teſtamento,in quo ſit pupil.ſubſtitutio,debeant ſolui duæ gabellæ.

L E X XXV.

1 *Teſtamentũ cœptũ,& nõ completum nihil valet,ẽt in eo, quòd factum erat.*
2 *Si teſtator iã fecerat inſtitutiones,& ſubſtitutiones,in quibus cõſiſtit ſubſtã*
tia teſtamenti,& vacabat circa legata,& antequam cõpleret,obmutuit ;
vel ſi totã ſuam uoluntatem expreſſit,tamen antequam legeretur ſcriptu-
ra coram teſtibus mortuus eſt,vel obmutuit,quòd teſtamẽtum nõ ualeat.
3 *Quando teſtamentũ eſt nullum rõne voluntatis imperfectæ, quod non va-*
leat ẽt inter liberos,nec ad piam cauſam,& quid ſi ex defectu ſolẽnitatis.
4 *Si inter abbreuiaturas notarij reperiatur aliqua ſchedula continens teſtamẽ*
tum,& nomina teſtium,& remiſſa ad librum ordinarium notarij, an de-
beat publicari,ſi mortuus eſt.

Verbum, actum in inſtrumento appoſitum ſignificat rem perfectam.
5 *Teſtamentum imperfectum ratione ſolennitatis omiſſæ valet inter liberos,dũ*
modo ſint duo teſtes,etiam non rogati.
6 *Teſtamentum perficitur in momento.ſ.cum teſtator licentiat teſtes , & ha-*
betur pro perfecto,& abſoluto,ſed anteq̃ hoc faciat,nihil uidetur feciſſe .
7 *Si reperitur ſcriptum,q Titius vẽdidit tali rem pro tanto pretio his pa-*
ctis,& cõuẽtionib.&c.poſtea nihil ſequebatur,vel dimiſſũ erat ſpacium,
an valeat iſtrumẽtũ,licèt habeat ſubſcriptionẽ notarij,& ſignũ,& teſtes.
Quid in teſtamento.

1 Si is qui. ¶†Teſtm̃ cœpiſſ,& nõ cõpletũ nihil valet, ẽt I
eo,qđ factũ erat h.d.& eſt ſingu.lex,& ſup alle-
gat̃ , q teſtm̃ imperfectũ rõne volũtatis nihil valet,ſupple nec
iure teſtamenti, nec iure codicillorũ , ẽt ſi ɔtineat̃ ibi clauſula
codicillaris,vt ĩ ea.l.ex ea ſcriptura in prin.p q̃ ſupplet̃ iſta lex.
¶ In tex.ib (ſecundos)vt quia dixit ſe velle inſtituere quatuor ,
& cũ expſiſſet duos,obmutuit,& nõ potuit alios duos exprime
re ſm Dy.Vr̃ dic,q loq̃t de ſcđis hæredib.i.ſubſtitutis vulgarib.
quos voluit facere,vt ex verbis eius colligit̃,& tñ añq̃ exprime-
2 ret obmutuit.¶†Quid ãt ſi iã fecerat inſtõnes, & ſubſtões,i qb.
ɔſiſtit ſubſtãtia teſtĩ,& vacabat circa legata,& añq̃ oĩa cõpleret
obmutuit?dñt qdã ant q ſec' eſſe: & q valet teſtm̃ q̃tũ ad iſti-
tutos,& ſubſtitutos,cũ ſine legatis p̃t teſtm̃ valere,vt no.p gl.ſ.
eo.l.hæredes palã.i pri.Sed ɔ̃riũ vr̃ verius, poſtq̃ nõ habebat̃ ad
huc teſtm̃ p pfecto,& abſoluto,nã fortè poſt oĩa legata adiecıſ
ſet ɔdõnẽ,vel modũ circa iſtitutiões iã factas: & hoc verius pu
3 to,licèt Doct.moderni ñ tãgãt,†idẽ,ſi totã volũtatẽ ſua exp̃ſit,
tñ añq̃ legeret̃ ſcriptura corã teſtib.mortuus,eſt vel obmutuit,
& iſte eſt caſus in l.ex ea ſcriptura. ĩ.eo.& l.fideic.§.1.de leg.dicit
tñ Bar.q teſtm̃ dr̃ nullũ potius ex defectu ſolẽnitatis,q̃ volũta
tis ĩpfectæ,ſed qñ nõ ſcripſit totũ,dr̃ nullũ rõne uolũtatis ĩpfe-
ctæ,ẽ ãt dñã ĩ effectu,qa qñ eſt nullũ rõne volũtatis ipfectæ,tũc
ẽt ĩter liberos nõ valet,vt ſẽiſt hic gl.añ fi.notabl'r,nec obſt.l.fi.
ſ.fam.erciſ.q̃ vr̃ dicere ɔ̃riũ,qa dẽt intelligi de alia imperfectio-
ne,puta ſolẽnitatis,& volũtatis,vt no.ibi p Bal.& eadẽ rõne nõ
a valebit ẽt ad piã cãm,qđ ppetuo tene mẽti. *nã vidi de facto, q
qdã corã teſtib.dixit ſe iſtituer̃ eccleſiã,& tñ cũ vellet vltra pce
dere morte p̃uẽtus,nõ pceſſit vlterius,dicebat̃ fauore piæ cãæ,
q inſtitutio valebat.ſed ɔ̃riũ vr̃ verius p hãc gl.ſi aũt totã volun
tatẽ cõpleuit,& ſcribi fecit.tñ añq̃ legeret̃ corã teſtib.mortuus
eſt,tũc ſi teſtes ignorabãt ɔtẽta in ſcriptura,qa teſtator illa ſcri
pſerit a ſeipſo,vel ſcribi fecerat p notariũ , anteq̃ uocarent te-
ſtes:& tũc idẽ p oĩa,licèt ẽt inter liberos & ad piam cãm nõ req
rat̃ ſolẽnitas teſtiũ,req̃rit̃ ſaltem q probet̃ p duos teſtes, & hoc
nõ põt probari. Si aũt teſtes fuerunt p̃ñtes, & in ipſorum præ-
ſẽtia teſtator dictauit teſtm̃,debetis ſcire.q ad huc iſtud nõ ſuf
ficit,immo expedit,q poſtea notarius legat totã ſcripturã,& ĩ-
terroget teſtõrẽ,an ita velit in p̃ñtia teſtiũ Et Venetijs eſt ɔſtõ,
q in quolibet.c.interroget̃ teſtõr ſingulariter,an ita velit,& q
rñdeat,in iſto caſu inter liberos,& ad piã cãm,ſi teſtes deponãt
ita ſe audiuiſſe, valebit,licèt nõ fuerit relicta ſcriptura corã eis.
quantũ verò ad extneos,ſecus,qa quo ad illos req̃rit̃ ſolennitas
4 relectionis,& ita intellige q no.Bar.in d.l.fideic.§.1.†Ex his ap-
paret,qd iuris,ſi ĩter abbreuiaturas notarij reperiat̃ aliqua ſche
dula ɔtinens teſtm̃,& nomina teſtiũ, remiſſa ad librũ ordina-
riũ notarij,an debebit publicari,ſi mortu' eſt:& br̃ ſi ibi ɔtinet̃
de manu notarij actum tali die &c.præſumit̃ fuiſſe lecta , & pu-
blicata coram teſtibus,qa illuc verbum,actum,ſignificat rẽ per
fectã,ut no.Bar.in auth.qđ ſine.C.eod.ti.& ſic debebit publica
ri,ſed ſi non ɔtinent̃ illa verba,p̃ſumit̃ non fuiſſe relecta , & ſic
non debebit publicari,qa de voluntate imperfecta non dẽt cõ-
fici inſtrm̃,& ſic quantum ad extneos nihil valebit. Quantũ aũt
ad liberos,ſi erat ſcripta manu teſtatoris.& hoc ɔſtabat habebit
efficaciã.ẽt ſine teſtib. dummodo alia ɔcurrant , de quib. in d.
auth.qđ ſine.ſed ſi erat ſcriptura manu notarij , & tũc ſi teſtes
deponãt p ea,idẽ valet,ut inter liberos,& ad piã cãm,p ea,quæ
dicta ſũt. Sed ſi deponãt,quia fortè ſunt mortui, tũc nõ ualebit
ẽt inter liberos,qa ſpeciale eſt in ſcriptura manu teſtatoris, vt ĩ
illa auth.quod ſine.ſecundum Bal.notabiliter ibidẽ, licèt Bart.
videat̃ dicere contrarium in d.l.fideicommiſſa.§ primo. quem
Bald.reprehendit,ſed poteſt dici ipſum Bar.ſenſiſſe,quãdo erat
ſcripta manu teſtatoris,& ita loquit̃ ipſe Bar. vñ poteſt ſaluari,
prout hic iuriſc.in fin.ſaluat Seruitium a reprehẽſione Labeo
nis.¶ In gl.ib (ſic ut ibi) veritas eſt,quod hic obmutuit , ante-
quàm haberet teſtamentum pro perfecto:& abſoluto, ibi verò
non immo habuit ipſum p perfecto, tñ cum eſſet teſtm̃ in ſcri-
ptis,& per illã l.requireret ad ſolennitatem , q nomina hr̃dum
nun-

A D D I T I O.

a Tene menti. Tenet Old.conſ.144.ubi in terminis conſuluit , quòd teſtamentum
imperfectum ratione uoluntatis inter liberos.non ualeat,tenet idem Pau.conſ.
264.Alex.conſ.97.

Quando filius fuit inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, ꝙ antequam ſit impleta, non ſit ſuus hæres, & ſi decedat ea non impleta, nepos ex eo non prohibetur eſſe ſuus hæres, & an vocetur nepos uiuente filio.
3 *Qualiter iſte nepos poſſit eſſe ſuus hæres aui.*
4 *Hæres hæredis teſtatoris eſt hæres, & an eo modo hæres.*
5 *Si legatario datur ſubſtitutus vulgaris, ꝙ tamen tranſmittat ad ſuos hæredes qui ſi repudiant, quod admittatur ſubſtitutus.*
6 *Per dationem ſubſtituti vulgaris, non tollitur exiſtentia ſui hæredis, nec quo ad ſuitatem, nec quo ad neceſſitatem.*
7 *Pendentia natiuitatis poſthumi, æquiparatur conditioni, quæ ultimo vitæ ſpiritu non poteſt impleri, quando filius inſtitutus, ut ſub conditione poteſtatiua non habet cohæredem, uel ſubſtitutum, & ꝙ tunc deuoluatur hæreditas ad cauſam inteſtati.*
8 *Per dationem cohæredis, an tollatur exiſtentia ſui hæredis.*

1 SI filius hæres. † Iſta eſt difficilior l. & ſubtilior totius tituli in intellectu ſui, & recipit triplicem intellectum. Primus fuit intellectus gl. Secundus fuit intellectus antiquorum. ſ. Dy. quem ſequitur Bar. Tertius eſt intellectus modernorũ, qui eſt ipſa ueritas, & ipſum habui a Doct. Papienſibus tpe quo ſtudebam ibi. Et audiui a quodam valenti Doct. de Sabaudia, & famoſo, qui vocabatur a dñs Petrus de muris, & originaliter a fuerat intellectus ſuus: reperitur tñ in quibuſdam lect. Bar. tactus per eundem, ſed ego non habeo, & multi non habent, & tñ ipſum non approbat. Et rõ eſt, qa habet difficilia ꝯtra, qb. neſciuit rñdere, ſed ego ĩ. rñ- 2 debo, & malè declaratur per Doct. ſcribentes † Secundũ primã lect. gl. ꝙ Doc. multum malè declarant, ſeu remanent gl. in cõfuſo. hoc dicit ¶ Si filius purè inſtitutus antequam ſe immiſceat, decedat, nepos ex eo ſibi ſubſtitutus vulgariter vocat ad hrditatem aui ex ſubſtitutione, & ẽt ad hæreditatem patris ex ſui teſtõ, vel ab inteſtato, & vterq. erit ſuus hæres, ſed ſi nõ fuit ſubſtitutus vulgariter, nec filius habebat hrditatem, vocatur nepos ad hrditatẽ aui ab inteſtato, & ſimiliter ſuus erit hæres, & vtroque caſu vocatur nepos, demum mortuo filio, ſi ꝯtingit, qñ filius eſt inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, q̃ vltimo vitæ ſpiritu põt impleri, ſi ea non impleta deceſſit, ſuperſtite nepote. h. d. & ſic ſm gl. uſque ad uerſi. ſi. qui incipit (ſicut) loquĩ qñ filius fuit purè inſtitutus, ibi uero ſub conditione poteſtatiua, quæ ultimo uitæ ſpiritu põt adimpleri. Et ponitur ſilitudo in hoc, quia ſicut in hoc ultimo caſu nepos vocaĩ demũ mortuo filio, ut ĩ. de cond. ind. l. fi. quæ eſt neceſſaria ad intellectũ huius legis, ita in primo caſu vocatur ex ſubſtitutione vulgari, & in ſecundo: in ver. (ꝙ ſi nemo) vocatur ab inteſtato, demum mortuo filio. Item ſm iſtum intellectum tex. dum dicit (ipſe filius inteſtato patri, &c. (debet exponi, ſ. ipſe, nepos qui erat filius filij. Et eſt drã inter primum caſum, & ſm, quia in primo nepos erat ſubſtitutus vulgariter, & ſic venit ex teſtõ in ſecundo, in vet. quod ſi nemo ſubſtitutus, nullus fuit datus ſubſtitut' nec filius habebat cohæredem, & iſte intellectus ponitur p gl. quæ incipit idemq; nepos, & eſt gl. pen. Item ſm iſtum intellectum de præteritione poſthumi, de qua fit hic mentio, parum eſt curandum, poſtq̃ non fuit natus, & hic fit mentio, quia ſic de facto contingit, non ut denotet iuris myſterium, quod nõ eſt veriſiſe, cum ſit poſita in hoc tx. alias non ꝯgrueret tx. & iõ iſta lec. non placet, ut ĩ. ſubijciam, qa dico, ꝙ in hac pteritione poſthumi tota uis iſtius legis ꝯſiſtit. ¶ In tex. ibi (omiſſo poſthumo) ſubaudi, qui putabatur eſſe in utero, & non erat, & ſic pp hoc non impediebatur filius eſſe ſuus hæres ex teſtamento, ut ĩ. de acq. hær. l. uentre. & §. ſed ſi uacuo. idem ſi erat, ſed poſtea deſijt eſſe, anteq̃ filius decederet, quia factus eſt abortiuus, nam ex tũc inciperet filius eſſe ſuus hæres, ſi non haberet ſubſtitutum vulgarem, ſed pp ſubſtitutum nec in primo, nec in ſecundo fuit ſuus hæres, ſm lect. d. Dy. & Bar. ſm quam iſtę expoſitiones ſunt neceſſariæ, nam ſi re uera fuiſſet in utero, & deſijſſet eſſe a morte filij, tunc pp ſolam pendentiam natiuitatis poſthumi pteriti, qa poterat teſtm̃ rumpi, non fuiſſet delata hæreditas iure ſuitatis filio inſtituto, ut d. l. uentre. uer. ergo ſi uentre pleno. vbi colligitur, & ſic lect. Doc. non eſſet neceſſaria, quia etiam ſi filius non haberet ſubſtitutum ulgarem, non eſſet ſuus hæres, ex teſtõ qđ ſperabatur rumpi, licet ab inteſtato bene eſſet, & tũc pro rata, q̃ ipſũ tãgeret, ut l. cum quidam. §. ſuum hæredem. de acq. hær. Et ſm uerum intel. & lec. uerã modernorum, dẽt intelligi hoc caſu. ſ. ꝙ poſtumus erat in utero, & poſt mortẽ filij inſtituti deſijt eſſe, qa nõ puenit ad lucẽ, & ſic nunq̃ fuit filius ſuus hrs pp hoc

ADDITIO.

a ¶ Originaliter. Vide per Alex. in prin. 4. col. & ibi, an verus ſit intellectus Pau. de Caſt. & Raph.

hoc ſolum,quia poſthumus erat ꝑteritus, & ſperabatur teſtm̄ rumpi,vt iſta l.faciat ad titulum,& non ſine myſterio dicat hic de prætèritione poſthumi, non autem pp ſubſtitutionem vulgarem,quæ re uera non tollit exiſtentiam ſuitatis,ut ĩ.dicã, &
4 eod. modo debet intelligi ſequens ver.(quod nemo. †Qn̄ autẽ filius fuit inſtitutus ſub ꝯditione poteſtatiua,clarum eſt,ꝙ anq̄ ſit impleta,non eſt ſuus hæres,quia effectus eſt de neceſſario uoluntarius,licèt,poſtquam impleta eſt,incipiat eſſe ſuus hæres,vt ĩ.de cond.& demõ.l.conditionibus pupillus.& iõ in fine huius l.vbi fuit inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, non eſt dubiũ, ꝙ filio decedente ea non impletur,nepos ergo non prohibetur eſſe ſuus hæres,quia filius non fuerat.Sed ſolum eſt dubium,an vocetur nepos viuẽte filio,uel eo mortuo,in quo diſtingue quæ ſit conditio. An illa,q̄ potuit impleri vltimo vitæ ſpiritu, & admittit eo demum mortuo,ut intelligit iſta gl.fi.huius l.An q̄ non potuit impleri,& tunc ẽt eo viuo.l.fi.ĩ.de cond.inſtitu.Et
5 ita intelligunt Doc.iſtum tex.melius,q̄ gl.vt ĩ.patebit.¶ †Opp. ergo nunc pro declaratione omnium gl.quæ loquuntur intricatẽ,& confuſè ꝯ tex.in prin.dum dicit, quem auo ſuum hæredem futurum. Nam vr̄,ꝙ iſte nepos non poſſet eſſe ſuus hæres auo,ſi ponimus,ꝙ filius fuerit pure inſtitutus,ſm quod gl.intelligunt,nam ipſe filius fuit hæres ſtatim auo mortuo,ut ĩ.ſi quis omiſſ.ca.te.l.j.§.qui ſunt in poteſtate.nec deſijt eſſe ſuus hæres, licet poſtea deceſſerit,antequam immiſceat, nam ẽt ſi repudiaſſet,non deſineret,ut ibi,ergo nepos ex ſubſtitutione poterit eſſe ſuus hr̄s, quia non pn̄t duo eodem iure eſſe hæredes in ſolidũ,ut l.quia ꝯ.§.uni duo.de reg.iur.Et quia in ſuitate non hẽt locum ſucceſſ.ed.ut l.j.§.ſciendum.de ſuis.& le.l.qui ſe patris. C.unde li.& dixi ſ.eod.l.ſi quis poſthumos.§.ſi filium. Propter hoc ꝯnum,quod etiam colligitur ex gl.quæ incip.idemque nepos.ibi,dum dicit,ſed nonne pater præcedebat. Colliguntur ex gl.tres,uel quatuor ſolutiones,& intellectus diuerſi ad l.Nã dixerunt qdam,ꝙ immo iſte filius non fuit ſuus hæres, quia non fuit inſtitutus purè,ſed ſub ꝯditione poteſtatiua,quæ ultimo vitæ ſpiritu non poterat adimpleri, ſed in fi. qn̄ impleri poterat, uel ecõuerſo,& in utro caſu pendente cõditione fuit hr̄s, & ſic dum dicit,interim,dẽt exponi.i.conditione pẽdente,& hoc habetur in gl.j.& etiam in ſecunda ſuper uer.interim.in fi.iſte intellectus non placet gl.immo dicit,ꝙ pure fuit inſtitutus,& bn̄ in hoc,quia tex.non dicit,aliquid de ꝯdõne,ſed ſolum in fi. Præterea inutilis eſſet iſta l.nam iſtud plenius examinatur in l.fi.de ꝯd.inſti.& iſta l.diceret illud,idẽ ꝙ illa. Præterea iuriſconſultus tunc videtur ponere ſimilitudinem inter unam conditionem & alteram,dum dicit,ſicut euenire, & tamen longa eſt diſſimilitudo,qa illa,quæ non p̄t impleri ultimo uitæ ſpiritu, admittit nepotẽ,ẽt filio viuẽte,altera uero demũ eo mortuo,ut d.l.fi.vñ non poſſet adaptari lr̄a,dum dicit,ſicut euenire ſolet &c.ſi ſeq̄ret de diuerſa ꝯdõne.Alij dixerunt,ꝙ filius fuit pure inſtitutus, tñ non fuit ſuus hr̄s,qa deceſſit uiuente patre, eodemque auo teſtatore,& uiuens non hẽt hr̄dem,ut l.j.ĩ.pro hærede.nimirũ ſi nepos poterit eſſe ſuus hr̄s,& hoc colligit̃ in illa eadem gl.ſuper verſi.interim.ibi dum dicit,uel uiuente teſtõre.Iſte intellectus non eſt bonus,quia ſi hoc eſſet falſum,eſſet quod dr̄ in tex. nepotem iſtũ eſſe ſuũ patri hr̄dem tam ſuo,q̄ auo. Nam patri ſuo nullo mõ poſſet eſſe ſuus hæres,tunc quia iure iſto filiusfa.non hẽt hæredẽ ab inteſtato,nec ex teſtõ,niſi in caſtrenſi peculio,& poſito,ꝙ tunc haberet non poterat hr̄e hæredem ſuũ, quia nepos non erat in ſua poteſtate,ſed aui,& iõ illa expoſitio, uiuente teſtatore,non eſt bona,ſed eſt tenenda prima, ꝙ poſt mortẽ teſtatoris,& ante aditam hæreditatem deceſſit, & tunc adhuc remanet ꝯnum,quomodo nepos potuit eſſe ſuus hæres,ex quo
6 filius fuit.†Alij tertio loco intelligunt,ꝙ filius fuit ſuus hæres & pronepos non põt eſſe ſuus hæres immediatè,& ex ſua perſona,& ita loquitur contrarium,ſed mediante patre ſuo, eodemque filio ſic,quia hæres hæredis,quia talis hæres habeor,qualis erat is,per quem hæres efficior,ut ĩ.de acquir.hære.l.qui in aliena.§.interdum.iuncta l.fi.C.de hære.inſti.& hæc ſol.colligitur ex gl.quæ incipit auo ex teſtamento.in fi. Iſta ſolu. non eſt bona,& gl.dicit,ꝙ ideo,quia hic filius non fuit hæres,& iſta p̄ſuppponit,ꝙ iſte filius immo fuit.Præterea ultra gl.text.vult,ꝙ iſte nepos ſit ſuus hæres ex ſubſtitutione vulgari ipſi auo,nõ ex eo, ꝙ ipſe ſit hæres patri ſuo.Vnde ẽt ſi repudiaret hæredita. patris ſui,eſſet ſuus hæres auo,ſed iſte intellectus præſupponit ꝯrium qa non diceretur eſſe, niſi mediante pſona patris ſui, & ſi hoc eſſet,ẽt ſi non fuiſſet ſubſtitutus,idem eſſet,& ſic fruſtra in ſubſtitutione fieret hæc mentio.Remaneamus ergo in confuſo,& iſtud ꝯrium remaneat inſolutum in gl. Sed quarta ſol. vr̄ colligi ex gl.quæ incipit.idemque nepos.ibi dum dicit, reſpondeo, nunc conſtat,& aliqui habent non,ſed eſt tunc gl.corrupta, & debet dicere,tunc conſtat auum deceſſiſſe inteſtatum; licet aliqui habeant teſtatum, ſed bene,quia tñ illa gl.eſt poſita ſuper ver.quod ſi nemo.Solu.illa nunc cadit in princip. huius l. ſed in illo ver. vbi eadem põt formari oppoſitio. Ideo ex glo. Dy.q̄ ſequitur Bar. ſoluit iſtud ꝯrium In princ. huius l. filius fuit purè inſtitutus,tñ non fuit ſuus hæres,ex eo,quia nepos erat ſibi vulgariter ſubſtitutus,& per ſubſtitutionem vulgarẽ tollitur exiſtentia ſui hęredis,quia teſtator dando ſubſtitutum vulgarem, videtur dediſſe filio licentiam,abſtinendi,vt l.j.§.proponatur.ſi quis omiſ.ca.te. Sed qn̄ pater dat filio licentiam abſtinendi.facit ipſum de neceſſario voluntarium,vt l. Cornelius.& l.iã dubitari.de hære.inſt.& hoc voluit gl.expreſſe in l.Papin.§.qm̄ autem quarta.de inofficio.teſtamen.ꝙ dando ſubſtitutum vulgarem facit de neceſſario voluntarium, pro qua glo. caſus eſt hic ſm Dy.Et ex hoc ſequitur, ꝙ talis filius non tranſmittet hæreditatem iure ſuitatis ad ſuos hæredes, ſed deuenit ſolum ad ſubſtitutũ. Ponamus,ꝙ habeat filius plures filios,eoſdemq; nepotes,unus tñ ſolus fuit ſibi ſubſtitutus,& tũ oẽs fuerunt eius hæredes ab inteſtato,certe exiſtentia ſui hæredis non eſſet ſublata p ſubſtitutionem vulgarem,quæ ſm ueram opi.operatur tranſmiſſionem hæreditatis ad quoſcunq. hæredes,ẽt ſi ſe non immiſcuerint,ut l.ex militari.§.fi.cum l.ſeq.de teſt.mil.iſta hæreditas aui foret tranſmiſſa ad oẽs nepotes non obſtante ſubſtitutione,& ſi illi adirent ſubſtitutio euaneſceret, ſic ſi ipſe filius adiuiſſet.Sed retenta iſta opi.quia per ſubſtitutionẽ vulgarem tollitur exiſtentia ſui hæredis cum ſuis effectib.non fit tranſmiſſio ad omnes,immo deuenit hæreditas ad ſolum nepotem ſubſti-
7 tutũ,& hoc uoluit Dy.& Bar.licet nõ ita ſpecificent.¶ †In ver. (not.ꝙ ſi nemo) ponunt caſum,ꝙ fuit inſtitutus ſub condõne ptãnua,quæ ultimo uitæ ſpiritu non poterat adimpleri,ut quãdo conſiſtebat in facto ipſius adimplere debentis, ut ſi aſcenderit capitolium,& non habebat ſubſtitutum,uel cohæredẽ,quo caſu ſi decedat interim ea non impleta,cum incipit mori, incipit eſſe certum ex illo teſtõ neminem fore hæredem, ideo deſtituitur teſtm̄,& deuoluitur hæreditas ad cãm inteſtati, & idem ipſe filius eſt primus in cã inteſtati,& iõ ipſe efficitur ſuus hæres ab inteſtato in puncto mortis,& tranſmittit ad ſuos hæredes,& hæc hñr in l.fi.ſ.allegata. & ſm hoc ponit̃ determinatio caſus uſque ibi,ſicut euenite,& ibi exemplificat,& declarat quod dixerat,& tex.dum dicit,ipſe filius ſtat ꝓprie, & in hoc differt ab intellectu gl.q̄ intelligit ipſe filius.i.nepos. Item differt in alio, qa gl.intelligit in illa, q̄ ultimo uitæ ſpiritu poterat adimpleri, ſed Doct.in illa,quæ non poterat,& melius in hoc.Item differt, quia ſecundum gl.uerſic.(quod ſi ne nemo) debet intelligi, qn̄ pure fuit inſtitutus,ſicut in principio ſed qn̄ ſub conditione loquitur uer.(ſicut) & ſic ille uerſic. ponitur ſimilitudinarie, ſed ſm Dynum & Bart.ponitur exemplificatiue,quia etiam in uerſic.quod ſi nemo.fuit inſtitutus ſub conditione,& in uer. ſicut exemplificat.Poſito autem,quod iſta lect. eſſet uera, primũ dictum,quod per dationem ſubſtituti vulgaris tollitur exiſtentia ſui hęredis,dẽt limitari,ut habeat locum in expreſſa ſubſtitutione.Secus in tacita,q̄ includitur in expreſſa vulgari. ut l. Iul.& ibi no.de acq.hær.quia illa eſt mere legalis, ubi non poteſt dici, ꝙ teſtator per eum dedit licentiam abſtinendi.Item debet limitari, qn̄ facta eſt in hæreditate, ſecus ſi in ſuitate,ut ſi filius me uiuo deceſſerit,ſubſtituo nepotem. nam ſi non deceſſit eo uiuo, erit hęres ſuus poſt mortẽ patris non obſtante ſubſtitutione,ut l.mater.§.fi.& ibi no.in gl.de uulg.& pupi. Item uerum, niſi ſit datus ſubſtitutus fideicommiſſarius, nam tunc non ur̄ data licentia abſtinendi,ut l.nõ iuſtam.& ibi per Bal.C.ad Tre. Item in illa,quę continetur in compẽdioſa,uel reciproca,quia non eſt omnino expreſſa.ut no.Ange.in §.quoniam aũt quarta.Quid autem ſi erat partim expreſſa,partim tacita, uide Bal. in l.cum ꝓponas.C.de hær.inſtituen.Sed Bal.hic ur̄ tenere iſtã opin.cum diſtinctione,nam bene tollitur neceſſitas,ſed ſuitas, quę conſiſtit in continuatione dominij,non tollitur.Et ex hoc infert, quod non impeditur tranſmiſſio hęreditatis non aditę per donationem ſubſtituti ſicut in ſimili,ſ.ſi legatario daretur ſubſtitutus vulgaris nam nihilominus trãſmitteret ad ſuos hæredes,qui ſi acceptarent, excluderent ſubſtitutum, & inſtitutus ita demum admitteretur,ſi repudiarent,hæc hñr in l.qdam ita.ĩ.ad Treb.l.3.§.j. de adimen. lega. & dicit, quod hic iſte nepos admittitur ex ſubſtitutione,ſi eam eligit,ſed ſi uellet uenire ex tranſmiſſione,poſſet certe,ſi eſſent plures nepotes,q ſuccederent patri,ſecundum hoc non poſſet ille ſolus eligere, & excludere alios,ad quos fuiſſet hæreditas tranſmiſſa Nec placet dictum Bal.quod tollitur neceſſitas,& non ſuitas, quia dominium non continuatur in filium,niſi tanquam in hæredem, unde non poteſt dici ſuus niſi etiam ſit hæres ſuus, & iſtud qđ
8 ſit hæres ꝯſiſtit in neceſſitate.Br̄†iſte intellectus ad hanc l.non placet.nec puto,quod ſit uerus in ſe,& dico,quod per dationẽ ſubſtituti vulgaris non tollitur exiſten.ſui hæredis. nec quo ad ſuitatem,nec quo ad neceſſitatem,nec uidetur data licẽtia abſtinendi.Nam ſi filius habet licentiam a prætore, inde non expedit,ut detur a patre.Cum ergo pater ſubſtituit, ſi nõ erit hæ-

res, uidetur ſubſtituiſſe in caſu, quo a bñficio p̄toris abſtineat
cum abſtinere poſſit,non autem vr̄ date nouam licentiam ab-
ſtinendi,& hoc probat̄ in leg.Iul.ſi quis omiſ. cau. teſt. ubi de
hoc non vr̄ reprobari,licet Bar.conet̄ ibidem rn̄dere, & etiam
in l.ſi ſolus.de acq.hær.& dico de hoc eſſe caſum.q per nullum
Doc.ad hoc fuit ponderatus in l.fi.de cond.inſti.ante fi.uer al-
tera uero ſpẽs. nam ibi nepos fuit ſubſtitutus vulgariter filio,
& filius fuerat inſtitutus ſub ꝯditione p̄tātiua, quæ ultimo vi-
tæ ſpiritu poterat adimpleri,dr̄ ibi,ꝙ ſi filius decedat ꝯdōne nō
impleta,nepos non uocat̄ ex ſubſtitutione, niſi poſt mortem fi
lij,Rō eſt quia illa conditio quouſq; vixit,& in eo fuit ſp̄ũs, po
tuit per alium impleri,& ſi fuiſſet impleta antequam emitteret
ſpiritum ipſemet filius fuiſſet effectus hæres ex teſtō in articu-
lo mortis,& tranſmiſiſſet ad ſuos hæredes,& excluderet̄ ſubſti-
tutus. Ideo expectatur quouſq; in eo eſt ſpiritus,& nō admittit̄
ſubſtitutus,niſi ipſo perfecte mortuo.ſed ſi opi.Docto. eſſet ue
ra,ꝙ eſſet ſublata exiſtentia ſui hæredis,tunc admitteret̄ etiam
nepos in uita filij ſtatim dum inciperet mori, quia tunc ſuitas
nihil poterat operari, & iō licet ꝯditio impleret;ut per aliū eo
adhuc uiuente,qa tñ perdiderat uoluntatem eo ipſo,ꝙ incipie
bat mori,& ſic non poſſet adire,ut ĩ.qñ d.l.ced l.fi.non expecta
retur etiam tunc,ꝙ eſſet perfectè mortuus,immo ſtatim,quod
incœpiſſet mori,licet conditio poſſet adhuc impleri,quia tamē
per hoc non efficiebatur hæres per l. iure ſuitatis, ſed habebat
neceſſe fieri ex uoluntate,& uoluntatem iam perdiderat,& ſic
non poterat effici ſtatim,cum non incœpiſſet eſſe certum de-
feciſſe primum gradum inſtitutionis, & ſic admitteret̄ nepos
ex ſecundo gradu,cuius ꝯrium ibi dr̄, ergo ſequitur neceſſario,
ꝙ ſuitas non fuit ſublata,per quam potuit effici hæres in mor-
tis articulo ſine ſua uoluntate,ideo nepos habet expectare uſ
que poſt mortem,& hoc ſubtiliter ibi colligitur, ſi bene inſpi-
ciat̄.probat̄ etiam in l.Lucius.ĩ.de vulg.& pup.& ibi dicā. Poſ-
ſet aũt procedere intellectus Doc. in ſeruo, qui eſt neceſſarius
hr̄s,& non habet hoc etiam abſtinendi a prætore,ut ſi detur ſibi
ſubſtitutus vulgaris, cenſeatur data licentia abſtinēdi,alias fru
ſtratoria eſſet ſubſtitutio.Dicas ergo ſc̄m intellectum moderno
rum,ꝙ iſte filius non fuit ſuus hæres, quia poſthumus fuerat p̄-
teritus,& erat in utero,nec deſijt eſſe,quouſque filius vixit,ſed
poſt mortem eius deſijt,quia ergo teſtamentum poterat rum-
pi,quouſq. filius uixit,ſi naſceretur non fuit ex eo delata hære-
ditas ẽt iure ſuitatis,ut ĩ.de acq.hære.l.uentre,uer.ergo,ubi p-
batur,facit ĩ.de hær.inſti.l.ſuus quoque poſt prin.ibi cum & ſi
a patrem &c.& iō ſi nepos fuit ſubſtitutus per mortem filij,ᵃde-
ſtruitur primus gradus,& fit locus ſecundo,& erit nepos ſuus,
quia non præceſſit alius ſuus,ſi non habebat ſubſtitutū,nec co
hæredem, tunc in pũcto mortis etiam anteq̃ perfectè mortuus
ſit deſtituitur totum teſtamentum, quia incipit eſſe certum ne
minem ex eo poſſe hæredem eſſe,ideo deuoluitur hæreditas ad
cām inteſtati,& ipſe filius efficitur hæres ab inteſtato, & tranſ-
mittit hæreditatem ad ſuos hr̄des.Ita oportet intelligere uer.ꝙ
ſi nemo.alias fruſtra eſſet dicere, ꝙ effici hæres in puncto mor
tis,ſi non tranſmitteret,bene ergo probatur hoc, ꝙ exiſtentia
ſui hæredis operatur tranſmiſſionem ſecundum uerā opi. licet
gl.tenuerit ꝯrium. Et ad probandum hoc ultimum,ꝙ in pũcto
mortis efficiatur hæres, adducit caſum ſimilem in uerſi. ſicut
quando eſt inſtitutus ſub ꝯditione,quæ ultimo vitæ ſpiritu nō
pōt impleri,ut l.fi.de cond.ind.ſic ergo in primo caſu,& in ver.
ꝙ ſi nemo fuit filius purè inſtitutus,ꝙ etiam tenet gl.ſed Dy.&
Bar.tenent in uerſi.ꝙ ſi nemo,fuit inſtitutus ſub conditione.
¶ Sed opp.ꝯ primum dictum: nam pendentia natiuitatis poſt-
humi æquiparatur ꝯditioni,quę ultimo vitæ ſpiritu non poteſt
impleri,ut patet in ver.ꝙ ſi nemo iũcto uer. ſi ergo,ſi filius mo
ritur interim cum ſtatim incipit mori, eum incipiat eſſe certū
ipſum non poſſe hæredem eſſe ex illo gradu,& repetit ſe præte
ritum,quia nec inſtitutū,nec exhæredatū,ergo rumpit̄ teſtm̄,
& ſic ſubſtitutio vulgaris,cuius contrarium hic dr. Solu.eſt tūc
uerum,ꝙ illa pendentia æquiparatur illi conditioni, quandiu
filius inſtitutus non habebat cohæredem,uel ſubſtitutum, ita
loquitur in uer.quod ſi nemo. Nam tunc non uertitur fauor te
ſtamenti ſuſtentandi,ſed quando habet ſubſtitutum ſecus, qa
vertitur fauor teſti ſuſtinēdi,ne ruat ſubſtitutio præteritionis,
& ſic nullo tp̄e repetit ſe præteritum. Nam de ſui natura cum
non pendeat ex facto ipſius filij,ſed ex fortuito euentu, poteſt
exiſtere,quouſq.in eo uiget ſpiritus,& ſic conditio dandi,q̄ pōt
per aliū impleri,& illi æquiparat̄ hoc caſu ne ſubſtitutio ruat.
7 ¶ †Item adhuc opp.ꝙ immo iſte filius tranſmittat ad ſuos hære-
des ſc̄m tab.uel ꝯtab. poſtquam habebat ſubſtitutum in primo
caſu per l.illud.§.ſi.cum l.ſeq.ĩ.de ꝯtab.quæ fortiter obſt. huic
intellectui. Sol. intelligo iſtum primum caſum,qñ ex iſto filio
non extabat alius nepos,q̃ iſte ſubſtitutus,ad quē nepotē tranſ
mitteret,ſc̄m tab.uel ꝯtabu.in ſubſidiū. eum ergo poſſit uenire
ordinariè ex ſubſtitutione,non expedit,ꝙ ueniat extraordinariè,
p illam contra tab.uel ſc̄m tab.Sed ſi non extarent alij nepotes,
dicerem contrarium,ꝙ ad omnes tranſmiſiſſet,ſc̄m tab.in caſu,
quo poſthumus non naſcatur,uel ꝯtab.in caſu,quo naſcatur.q̃
veniat intentanda ꝯ ipſum ſubſtitutum,ut in l.cōtraria. & tūc
demum habebit locum ſubſtitutio, ſi alij hæredes filij repudia-
8 bunt ſc̄m tab.uel ꝯta.¶ †Sed tertio,& ultimo ꝯ prædicta opp.de
ver.ꝙ ſi nemo. So.ibi non habebat cohæredem, uel ſubſtitutū
ideo non tranſmittit ſecundum tab.uel ꝯtabu l.ſed deſtituitur
teſtamentum: ſed quando habet alterum ipſorum procedunt
ea,quæ dicta ſunt per illam l.& illum §.ſi.cum l.ſeq.qui difficilis
eſt,& intantum reddunt iſtum intellectum dubium, ꝙ Bar. in
cuius lect. a quibuſdam reperitur tactum,non ſtetit in eo, ſed
fuit ſecutus intellectum.Dy. ſed tu reſponde per iam dicta, ꝙ
iſte eſt uerus intellectus,alias iſta l.non faceret ad ti.Quid autē
per dationem cohæredis,an per eam tollatur exiſtentia ſui hæ-
redis?dic,ut l.ſi filius,qui patri.de vul.& pup.& de acq.hæred.l.
cum hæreditatem.

A D D I T I O.

a ¶Per mortem filij.Adde Doc.in c.non debet,de conſan.& affin. Doct.in arbore affinitatis.

---

1 *Medium inter mortem patris,& hæreditatis aditionem,ſeu acquiſitionem in ſuis hæredibus,an dari poſſit.*
2 *Teſtati cauſa nunquam deſinit,ubi ſemel locum habebit.*
3 *Dynus alter Accurſius dictus.*
4 *Subſtituti vulgaris conſtitutio ſui hæredis exiſtentiam tollit.Et quid de pupillari.nu.5.*
6 *Inſtitutus repudiare hæreditatem quando poſſet.Et an per ſubſtit.uulgarem tacitam in toto eo,quo filius inſtitutus eſt,abſtinendi facultas commiſſa uideatur.Et quid ſi in parte inſtitutus ſit.nu.7.*
8 *Suus ab emancipato uentre poſito pleno non differt.*
9 *Sui hæredis exiſtentiam quæ nam tollere dicantur.Et unde,ac in cuius fauorem inducta fuerit ſui hæredis exiſtentia.*
10 *Seruus abſtinendi beneficium num habeat.*
11 *Filius inſtitutus ſubſtitutum habens num mortuo patre,mox ſi purè inſtitutus ſit,patri ipſi neceſſarius hæres,ac ſi ſubſtitutum non haberet, fiat.*
12 *Conditione,ſi hæres non erit,quando impleri dicatur.*
13 *Suitatem per ſolam ſubſtitutionem non tolli,nec per ſolam ſuitatem ipſam ſubſtitutionem.*
14 *Hæredes duo ſimul inſolidum,an eſſe,& qualiter poſſint.*
15 *Sui ceſſorium edictum in ſuis hæredibus an locum habeat. Et quid de agnatis.nu.16.Et an de capite in caput.nu.17.*
18 *Filius ſubſtitutum habens,ſi antequam immiſceat, aut repudiat, deceſſerit, num ad ſuos hæredes patris hæreditatem tranſmittet.Et qualiter nu.ſeq.*
20 *Sui hæredis exiſtentia an per cohæredes extranei tollatur. Et qua tolli, aut non tolli dicatur.*
21 *Sui hæredis exiſtentia num conditionis poteſtatiuæ appoſitione tollatur.*
22 *Sui hæredis exiſtentia quo ad ſublationem,an locum in ſuo,& neceſſario hærede habebat,an in neceſſario tantum.Et an per ſubſtitutionem uulgarem ſeruo factam hæredis neceſſarij exiſtentia tollatur.*
23 *Filius in ſpetie leg.huius leg.Si filius.cur non fuerit hæres ex teſtō in ipſius uita.Et cur teſtamentum in mortis articulo deſtituatur.Item cur in filij uita,& antequam perfectè mortuus ſit teſtamentum deſtituatur.*
24 *Filius hæredem ab inteſtato effici quis ſit effectus. Et in caſu de quo hic, pro qua parte hæres efficiatur.*

Repetita per Paulum de Caſtro in curia Aue- 5
nionenſi, Anno M.CCCXCIIII.
Die xiiij. Octobris.

De liberis, & poſthumis. Senis per D.Paulum. M.CCCXC.

1 SI filius hæres. ¶ †Intellectus iſtius l. variatur multis modis in gl. ipſius, & alio modo intelligitur ſecundum Doctor. ſecundum intellectum, quem puto uerum,qui per gl.non tangitur, nec per Doctor. ſcribentes. Et hoc intendit in ſumma. ¶ Pendente natiuitate poſthumi præteriti filio non defertur hæreditas ex teſtamento paterno iure ſuitatis. Ideo ſi decedat interim, deuoluitur ad nepotem, ex eo, quòd ſibi vulgariter ſubſtitutum iure ſuitatis, ſi poſtumus poſtea non naſcatur. Si uero ſubſtitutum, uel cohæredem non habeat,tunc deſtituto teſtamēto in mortis articulo,defer-
tur

tur ipſi filio ab inteſtato, qui efficit ſuus hæres, ſicut ſi fuiſſet inſtitutus ſub ꝯdõne poteſtatiua, quæ vltimo mortis articulo nõ poſſit impleri, & ea non impleta deceſſerit. h.d. Diuidit principaliter in duas partes. Primo loquitur, qñ filio fuit ſubſtitutus nepos, poſthumuſq; pteritus, qui filius deceſſit, antequam conſtaret poſthumum naſci, vel non naſci, & poſt eius mortẽ conſtitit eũ non naſci, quia fecit abortiuum. Et hoc vſq; ibi, (quod ſi nemo. Intellige tñ ſanè, ꝙ tpe mortis filij venter erat plenus Sol. loquitur, qñ filius non habuit ſubſtitutum, vel cohæredẽ, & deceſſit ſimiliter, antequam conſtaret poſthumum naſci, vel non naſci, & venter erat plenus vſque in finem legis. ¶ Itẽ iſta ſecunda ſubdiuiditur in duas partes. Nam primo ponitur determinatio Iuriſconſulti. Secundo probat eius determinationẽ per caſum ſimilẽ. Secunda ibi, (ſicut euenire ſolet.) Et ſic intelligo principium l. & ẽt §. quod ſi nemo qñ filius ſuus purè inſtitutus, vſque ad verſiculum. (ſicut euenire. Ille aũt verſic. (ſicut euenire ſolet.) loquitur qñ fuit inſtitutus ſub conditione, & ponit ſimilitudinariè, vel ad denotandam ſimilitudinem eius, qđ determinatur in verſic. (quod ſi nemo.) ¶ Caſus, pater habens filium, & ex eo nepotem ambos in ptãte, vxoremq; prægnantem fecit teſtamentum, in quo filium iam natum hæredẽ inſtituit inſolidum, & ſi hæres non eſſet, ſubſtituit ſibi vulgariter dictum nepotem, poſthumum vero præterit. Deinde moritur pr̃, poſtea moritur filius, cum adhuc poſthumus eſſet in vtero, demum poſthumus non naſcitur, ſed abortiuus efficit. Nunc ergo quæritur de duplici hæreditate. ſcil. patris, ꝗ̃ filij, vtrũ deuoluatur ad nepotẽ, & quo iure? Rñdet Iuriſc. ꝙ dictus nepos tam patri, quàm auo efficitur ſuus hæres. Et ſic ſequit, ꝙ vtraque hrẽditas deferẽ dicto nepoti iure ſuitatis. Et hoc vſque ibi, ꝙ ſi nemo. ¶ In tex. ibi, ꝙ ſi interim, &c. expone l. antequã conſtaret poſthumũ naſci, vel non naſci, &c. Iñ verè erat in vtero, & ſic quouſque vixit filius, non fuit effectus hrs patris ex teſtõ, quia cum ſperatur rumpi per natiuitatem poſthumi, nõ defertur hæreditas ex eo, etiam iure ſuitatis, vt ĩ. de acq. hæred. l. ventre. verſic. ergo ſi ventre pleno. & ibi colligitur, & in verſicu. ſed ſi vacuo. Et ideo nepos non poſſet eſſe ſuus hæres ex ſubſtitutione, quia eo iure non pñt eſſe duo hæredes. l. quod contra. §. vni. duo. de reg. iu. Item quia in ſuis hæredibus nõ habet locum ſucceſſoriũ edictum, i. ꝙ ſi primus in gradu ſit effectus ſuus hæres, ſequens in gradu non poſſet eſſe ſuus hæres, ẽt ſi primus beneficio prætoris ſe abſtineat. ĩ. de ſuis, & legi. l. j. §. ſciẽ. C. vñ libe. l. qui ſe patris. ¶ In tex. ibi, poſthumo non nato. expone, ſ. poſt mortẽ filij. Et ſic determinat illa uerba ſequẽtia, non præcedentia, ut ſit ſenſus, ꝙ nepos efficiatur ſuus hæres tam patri, quã auo non nato poſtea poſthumo. Nã quouſque pendet, an naſcatur poſthumus, vel non, nepos non efficitur ſuus hæres auo, quia gradus ſubſtitutionis ſperatur rumpi, cũ ab eo ſit ẽt poſthumus præteritus, vt ſ. eodem l. ſi poſthumus a primo. in principio. & l. ſi a primo. Et ideo ſicut pendente dicta natiuitate non fuit delata hæreditas filio ex inſtitutione, ita nec nepoti ex ſubſtõne. Patri vero ſuo, eidẽque filio bñ põt nepos effici ſuus hæres ẽt pendente dicta natiuitate, quia quo ad illã hæreditatem dicta præteritio, uel pendentia nihil operatur, cũ illa pendeat ſolum ex teſtõ patris, eiuſque aui. Poſtquam vero cõſtiterit non naſci poſthumum, tunc nepos erit hæres vtriuſque ſuus, & ſic diuerſis temporibus hoc eueniet. ¶ Venio ad verſiculum (quod ſi nemo.) In quo ſic pone caſum, Inſtat quærẽs, ſi ponamus, ꝙ huic filio nullus fuit datus ſubſtitutus, nec cohęres, ſed ipſe ſolus fuit inſtitutus, poſthumuſq; pteritus, deceſſit dictus filius pendente natiuitate dicti poſthumi, cũ uenter eſſet plenus, vt dictũ eſt, Quid erit de hæreditate prędicta? vĩ. n. quædam iniquitas reſultare: Nam dictus filius, quouſque vixit, non fuit effectus ſuus hæres ex teſtõ, quia ſperatur rumpi, vt dictum eſt, nec etiam ab inteſtato, cum ſperetur effici ex teſtamento, ſi poſthumus nõ naſcatur. Si ergo decedat interim, priuabitur dicta hæreditate, nec trãſmittet eã ad ſuos hæredes, ſed deuoluetur ad alios venientes ab inteſtato, quia hæreditas non adita, vel non acquiſita non tranſmittitur. Hoc ũt erit valde iniquum, ꝙ filius ſine ſui culpa, vel defectu perdat hæreditatẽ paternã, qui nullã culpã cõmiſit, ſi non adiuit, cũ adire non potuerit, Præterea oſtẽditur iniquitas. Nam iſte filius, ſi vixiſſet, in oẽm caſum erat habiturus hæreditatem paternam, ſiue naſceretur poſthumus, ſiue non. Si. n. non naſceretur, habuiſſet eam totam ex teſtõ. Si uero naſceretur, habuiſſet dimidiam ab inteſtato. Et utroque caſu, ſi poſtea deceſſiſſet, ad ſuos hæredes tranſmiſiſſet. Sed nunc, ſi decedat pendente dicta natiuitate, nihil tranſmittet, quia nihil ſibi acquiſitũ eſt, ſed deuoluet ad alios venientes ab inteſtato ipſius pr̃is propinquiores, qui forte nõ erant hr̃des ipſius filij: qđ eſt iniquum, cũ non potuerit id filius ſibi conſulere in eius vita. Et ſic defectu pr̃is prætereuntis poſthumũ filius damnificabitur. Ad hoc rñdet Iuriſconſult. & dicit, quòd contra dictam iniquitatem prouidetur hoc mõ, quia in articulo mortis, cum incipit eſſe certũ neminem ex illo teſtõ fore hæredem, antequam ipſe perfectè moriatur, teſtm̃ illud deſtituitur, & annullatur, & perinde habetur, ac ſi factum non eſſet. Et ideo ipſe filius, antequam perfectè moriatur, efficitur hrs ſuus patri ab inteſtato, & ſibi acquiritur hæreditas ex legis diſpõne in ipſo puncto mortis, quam poterit ad ſuos hæredes tranſmittere. Et ſic ceſſabit dicta iniquitas, quia licèt non fuerit effectus hæres ex teſtõ, ꝙ ſperatur rũpi, tñ quia ſpes illius teſtamenti deficit, vel deficere incipit in puncto mortis, non expectatur, ꝙ perfectè moriatur. Imo ſtatim, ꝙ incipit mori, hr̃ pro defecto fauore filij, vt ceſſet dicta iniquitas, & ſuccedit cauſa inteſtati, ex qua efficitur hæres etiam ignorans, & trãſmittet. h.d. ¶ In tex. ibi ipſe ſolus &c. hoc ideo dicit, quia ſi haberet ſubſtitutum, vel cohęredem, non deſtitueretur teſtamentum, nec deuolueretur ad cauſam inteſtati hæreditas, quia hoc præiudicaret dicto cohæredi, vel ſubſtituto, qui pñt admitti poſthumo non nato, ſiue repudietur hæreditas per hæredes filij, ad quos tranſmitteret per ſubſtitutum, ſiue non repudietur hæreditas, quãtum ad cohæredes, ſed tũc filius decedens tranſmittit ſ̃m tab. vt infra de ꝯtab. l. illud. §. fi. & ĩ. dicam. Sic enim oportet cõſulere filio, quòd alijs non fiet iniuria ¶ In tex. ibi (inteſtato patri hrs extitit) intellige. ſ. p ea parte, q̃ ipſum tangit ab inteſtato inſpecto numero liberorũ, q ſunt in utero: vnde ſi vnus eſt, efficitur, hæres pro dimidia, ſi duo, efficit hrs pro tertia, & ſic de ſingulis, vt infra de acq. hær. l. cũ quidam §. ſuum hæredem Itẽ intellige, quod illam partẽ, in qua ſuus hrs efficit, tranſmittet ad ſuos hæredes quouſque. Alias. n. fruſtratoria eſſet prouiſio illius l. quæ momento duraret penès filium. argum. ĩ. de ſolu. l. qui ſic. & ſic benè probat hic, quod exiſtentia ſui hæredis ſine expreſſa immixtione operatur tranſmiſſionem hæreditatis, ut hic, & ĩ. de teſtam. mili. l. ex militari. §. fi. cum l. ſeq. de acqu. hæred. l. ventre. de reb. dub. l. duos. §. cum in bello. ad Trebel. l. 2. §. ſi quis ex liberis. C. de iur. delib. l. 3. de ſuis, & legi. l. apud hoſtes. neque enim poteſt ſe immiſcere filius expreſſe in puncto mortis, cũ careat voluntate. ĩ. qñ dies leg. ced. l. fi. Si ergo contingat, ꝙ poſtea non naſcatur poſthumus, tunc portio, quæ pertinebat ad poſthumũ, accreſcet hæredibus filij. Ad quod fuit tranſmiſſum ius accreſcendi vna cum portione hæreditatis. ĩ. de ſuis, & legi. l. pluribus. C. de acq. hęre. l. qui ex duab. Quod autem dixi filium tranſmittere hæreditatẽ. Intellige ſanè, ſcilicet eo mõ, quo erat apud eũ, videlicet reuocabiliter cũ beneficio abſtinendi, vt hæredes eius pñt abſtinere, ſicut poterat filius, ſi vixiſſet. infra de acq. hęr. l. ſi quis filium. §. ſi filius. Et ideo ſupra dixi, quod ſi filius haberet ſubſtitutum, non deſtitueretur teſtamentum, ſed tranſmitteret ſ̃m tabu. vel ꝯ. Et ad ſubſtitutum deuolueretur hæreditas non nato poſthumo, vnde non debet deſtitui teſtamen. in eius præiudicium. ¶ Venio ad ver. (ſicut euenire.) Inſtat quærens, quõ procedet hoc punctum, ꝙ iſte filius, cum fuerit inſtitutus, & nunquam ex teſtamento repudiauerit, efficiatur hæres ab inteſtato in puncto mortis? Reſpondet Iuriſconſultus, nõ mireris, nam & alias hoc cõtingit, cum filius inſtitutus eſt ſub cõditione ptãtiua, quæ vltimo vitæ ſpiritu impleri nõ poteſt. Puta, ſi capitolium aſcenderet. Nam ſi decedet, antequam dictam conditionẽ impleat, in articulo mortis, cũ incipit mori, & antequam perfectè moriatur, teſtm̃ deſtituitur, quia tunc incipit eſſe certum amodo conditionem non poſſe impleri. Et ſic neminem ex eo teſtamento eſſe hæredem, ideo ſuccedit cauſa inteſtati, & ipſe filius efficitur ab inteſtato ſuus hæres patris. h.d. ¶ In tex. ibi, (quæ in ipſius poteſtate erit.) dic, & erat talis, quæ vltimo uitæ ſpiritu impleri nõ poterat, alias autẽ, ſi poterat impleri non efficeretur hæres ab inteſtato in puncto mortis, quia quouſque uiuit, poſſibile eſt conditionẽ impleri, ẽt in ipſa exhalatione ſpiritus, & ſic quouſque viuit, poteſt effici hæres ex teſtamento, ergo non efficit ab inteſtato. infra de condi. inſti. l. fi. ¶ Expeditis textualibus, uenio ad declarationem legis, & materiæ in q̃a multũ elaborandũ, qm̃ multæ ſunt hic rationes antiquorum glo. & Moder. Docto. Idcirco non colligo notabilia, quia patebunt ex ſequentib. ¶ Capio primam partem legis uſque ad uer (quod ſi nemo.) Et opponitur hic dicitur, quod iſte nepos erit ſuus hæres tã patri ſuo, quàm auo. Inquantũ dicit de auo, vr̃ falſum, quod ſic probatur. Certum eſt, quod ſtatim, ꝙ auus fuit mortuus, ꝙ ipſe filius patri, nõ nepos fuit ſuus effectus auo hæres ex teſto ipſo iure, etiam ignorans. Inſti. de hæred. quali. & differ. §. ſui. infra ſi quis omi. cau. teſt. l. i. §. qui
1 ſunt in poteſtate. de acquir. hær. l. neceſſitatis. † Nam inter mortem patris, & aditionem, ſeu acquiſitionem hæreditatis in ſuis hr̃dibus non eſt dare medium. infra de lega. j. l. ſi poſt mortẽ. de ꝯd. & demon. l. Iulianus uidetur. Si ita eſt, ergo nepos non poteſt eſſe eidem auo ſuus hæres Tum quia duo non pñt eſſe hæredes eiuſdem perſonæ inſolidum, & eo iure l. quod ꝯ. §. ſi uni duo. ff. de re. iu. Cum in ſuis hæredib. non hẽt locũ ſucceſſoriũ

edictum ab inteſtato.l.j.§.ſciendum.ꝟ.de ſuis,& legi.C.vñ libe.
l.qui ſe patris. Ergo nec ex teſtõ,quia eadem ratio eſt,videlicet,
quia primus,qui fuit hæres,non deſijt eſſe hæres.ꝟ.de hær.inſt.
l.ei,qui ſoluendo.cum ẽt,quia dictus eſt tranſmiſſus iure ſuita-
tis ad ſuos hæredes.l.ex militari.§.fi.de teſta.mil.cũ alijs allega-
tis.Poſſibile aũt eſt,ꝙ alios hæredes habeat,ꝗ̃ dictũ nepotẽ,pu
ta extraneos, vel alios filios, qui oẽs debent hr̄e ex tranſmiſſione,
non aũt iſte ſolus nepos ſubſtitutus ex ſubſtitutione, ſicut in-
nuit arg.ꝟ.de adim.leg.l.3.§.j.in fi.¶ Horũ timore variat̃ princi
pium iſtius leg.quinque modis in glo. Sed ego reduco ad duos
principales. Primus intellectus eſt,vt fateamur iſtum filiũ fuiſſe
ſuum hæredẽ patri,eidemque auo. Secundus eſt, ꝙ ipſe nunꝗ̃
fuit ſuus hæres per iura primo loco allegata. Rñdetur ad ꝯtrium,
dum dr̃, ergo nepos non põt eſſe ſuus hæres per iura, & rõnes
ſecundo loco allegatas. Rñdetur,ꝙ verum eſt per ſeipſum prin
cipaliter,ſeu ex ſua perſona,quia tunc obſtarent rõnes ſupra ta
ctæ,ſed erit hæres ſuus mediante perſona filij. Nam filius fuit
ſuus hæres auo,& nepos eſt hæres filij. Ergo & aui,quia hæredis
&c.C.de hrd.inſt.l.fi.Item eo mõ,quo filius fuit hęres auo,quia
ſuus eodem modo diceт̃, & nepos mediante perſona filij, quia
talis habeor hæres qualis eſt is,per quẽ hæres efficior. ꝟ.de acq.
hær.l.qui in aliena.§.interdũ.¶ Iſte intellectus, & ſolutio tangi
tur in quinta gl.quæ incipit,(auo ex teſtõ &c.) Iſte intellectus
nõ eſt verus,quia ſi filius fuiſſet effectus hæres ex teſtõ,falſum
eſſet quod dr̃ in uer.(quod nemo).ſ.ꝙ in puncto mortis effice-
retur hæres ab inteſt.quia cã teſtati, & inteſtati non currunt ſi
a mul.l.quandiu.de acq.hære.¶†Conſtat.n.ꝙ cã teſtati nunquã
deſinit,poſtquam ſemel locum habuit.l.ei,qui.ꝟ.de hæt.inſtit.
Jõ ſecundus intellectus eſt.ꝙ iſte filius nunquã fuit ſuus hæres
auo.iõ non impedit̃ nepos effici ſuus hæres. Et ſic non obſt.iu-
ra,& rõnes ſupra inductæ ſecundo loco, ſed bene obſtant iura
primo loco inducta,quia filius ſtatim mortuo patre ſuus hęres
efficit̃. Quõ ergo eſt, ꝙ iſte non fuerit ſuus hæres? Sed ſuper
hoc ſunt tres intellectus. Primus eſt, ꝙ ideo non fuit ſuus hæ-
res quia fuit inſtitutus ſub ꝯdõne poteſtatiua quo caſu ceſſat
exiſtentia ſui hæredis,quouſque ꝯdõ ſit impleta.ꝟ.de ꝯd. inſti.
l.ſi de ꝯd.& dem.l.ꝯdõnib. Vr̃.n.pr̃ inſtituendo ſub ꝯdõne po-
teſtatiua, facere eum de neceſſario voluntarium. l. Cornelius.
& l.iam dubitan.de hær inſtit.de ꝯdi.inſti. l.verba.ꝯria ergo lo
quuntur,qñ fuit purè inſti.¶ Et ſi dicatur, in quo differt prin-
cipium iſtius legis a fine,qui loquitur, cũ ſub ꝯdõne fuit inſti-
tutus? rñdetur, quia principium loquitur, qñ ſub ꝯdõne quo-
uſq; vltimo vitæ ſpũ poterat impleri,finis,qñ non poterit. Vel
dic eꝯ,iſte intellectus ponitur in gl. ꝟ.ibi (alij dñr.) qui intelle-
ctus non procedit,quia tunc ſ̃m primum modum intelligendi
poſitum idẽ diceret per oĩa lex iſta,quod l. fi. ꝟ.de condi.inſtit.
Et ſic quaſi inutilis eſſet ſ̃m glo. & ſic iuxta ſ̃m modum non
procedat,quia ſi in fine fuiſſet conditio, quæ vltimo vitę ſpiri-
tu impleri poſſet,non efficeretur hæres ab inteſta.tantum, cu-
ius ꝯtrium hic dicitur in ver.(quod ſi nemo,)vt patet in d.l.fi.de
cond.inſtit.¶ Secundus intellectus eſt,ꝙ filius fuit purè inſtitu
tus,ſed ideo non fuit ſuus hæres auo,quia deceſſit in eius vita,
vt infra eo. l. Galli.§.& quid ſi tñ.& per totam legem, nam vi-
uens non habet hæredem. vt l.j. infra pro hærede.de hęred. vel
acti.vend.l.primo. Et iſte intellectus ponitur in gl. tertia ſuper
verſic.interim.ibi (vel viuente teſtatore.) ¶ Iſte intellectus nõ
procedit,quia tũc nepos non eſſet ſuus hæres filio, eidemq; pa
tri,ſicut hic dr̃,tam patri &c. Nã ſi filius deceſſiſſet in vita prĩs,
non poſſet hr̃e hæredem ex teſtõ, vel ab inteſtato, ſ̃m hæc iu-
ra,niſi in caſtrenſi peculio,& ex teſtõ. Et tunc licèt poſſet habe-
re hæredem,non tamen haberet ſuum hæredem, cum habeat
filios ſuos in poteſtate,ſed pater eius, vt patet infra eodem l.fi-
lius. ¶ Ideo eſt tertius,& vltimus intellectus, ꝙ filius fuit purè
inſtitutus,& deceſſit poſt mortem patris,& antequam eſſet hę
res. Qui intellectus tangitur in princip. glo. primæ. & in princ.
glo. ſuper ver. interim & in gloſſ.quæ incipit,auo.in fi.Iſte intel
lectus eſt verus,ideo ipſum reſeruaui vltimo loco,vt ipſum de-
clararẽ. ¶ Quæritur ergo, ex quo fuit purè inſtitutus, & deceſ-
ſit poſt mortẽ patris ſui, quare non fuit hæres, vt l.j. §.qui ſunt
in poteſtate. infra. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. Certè licèt iſtæ
gloſſæ ſic dicant, quod non fuit hæres, tamen non declarant,
quare non fuerit:vnde remanent omnes iſtæ gloſſæ confuſæ,&
3 intellectus iſtius leg. † Idcirco do. Dy.q fuit alter Accurſius ſuſti
nendo iſtum vltimum dictum, dicit,quòd ideo non fuit hæres,
quia nepos fuit ſibi vulgariter ſubſtitutus, quo caſu tollit̃ exi-
ſtentia ſui hæredis. Nã pr̃ dando filio ſubſtitutum vulgarem vr̃
dare filio licentiam abſtinendi, & facit eum de neceſſario vo-
luntarium. Ita tenet gl.in l.Papin.§ quoniam autem quarta. ſu
pra de inoffic.teſtam. Pro qua gloſſa eſt caſus hic, ſ̃m Dy. Idem
ſequitur Bart.& communiter omnes, vſque ad moderna tem-
pora. Allegat Bar. l.prima. §. ſi proponatur. infra ſi quis omiſ.
4 ca.teſtam.¶ † Ex hoc ergo colligendum eſt no.hic, quòd datio
ſubſtituti vulgaris tollit exiſtentiam ſui hæredis. Et ita ſumma-
tur per Dyn.& Barto. Et ſecundum iſtum intellectum ponunt
ipſi,quòd tempore, quo filius deceſſit, iam conſtabat poſthu-
mum non naſci, & ſic præteritio illius poſthumi nullum my-
ſterium iuris denotat,ſed ſolum facti accidentiam,quia totum,
quod hic dicitur, operatur ipſa datio ſubſtituti. ¶ Item ſecun-
dum iſtum intellectum diuidunt ipſi legem in duas partes, vt
primo loquatur, quando fuit purè inſtitutus, Secundo, quan-
do ſub conditione, quæ vltimo vitæ ſpiritu non poteſt imple-
ri. ¶ Secunda, (quod ſi nemo.) & tunc in verſiculo. fina. poni-
tur exemplificatiuè. Sed contra iſtum intellectum oppo. quòd
non ſit verus. Nam conſtat,quòd in pupillari expreſſa contine
tur tacita vulgaris, vt infra de vulgar.& pupilla l.iam hoc iu-
5 re.in princip. † Et tamen video, quod per ſubſtitutionem pu-
pillarem factam filio non tollitur exiſtentia ſui hæredis,quin-
imo per ipſam exiſtentiam ſui hæredis cõfirmatur ſubſtitutio,
vt infra de acquirenda hæredita. l.Iulian.de priuileg. credito.l.
ſi pater.Sol.fatentur ipſi,quòd per ſubſtitutionem tacitam nõ
tollitur,quia procedit magis ex interpretatione legis,quam ex
voluntate defuncti.vnde non poteſt dici,quòd per eam fuerit
data licentia abſtinendi, ſecus in expreſſa. ¶ Secundo ad idem
oppo.de eo,quòd opponitur,& eo,quod notat gl.infra de vul-
gari,& pupillari.l.ſi mater.§.fina. Sol.quod ſupra dictum eſt lo
cum habet quando ſubſtitutio facta eſt in hæreditate,ſi autem
facta eſſet in ſuitate,puta,ſi filius meus me viuo morietur,ſub-
ſtituo nepotem ſecundum ea,quæ habentur in l.Gall.infra eo-
dem.tunc non tollitur exiſtentia ſui hæredis, quinimo per exi-
ſtentiam ſui hæredis tolleretur, & irritaretur ſubſtitutio, quia
filius ſuperuiueret patri,& ſic ſi eſſet ſuus hæres,ſubſtitutio lo-
cum non haberet. Et ita loquitur glo.in dicta l.ſi mater. ¶ Ra-
tio eſt,quia cum cõcipitur ſubſtitutio in caſu, in quo filius mo-
riatur in vita patris,non poteſt dici, quòd ſibi ſit data licentia
abſtinendi eo caſu,quo adire non poteſt.infra de condition. &
demonſtratio.lege pater Seuerinam.in fine principij.Item cõ-
cipitur in defectum ſuitatis eo caſu, quo filius exeat de medio
in vita,& non incipiat eſſe ſuus,ergo non eſt intentio patris eã
tollere, ſed ita demum ſubſtituere, ſi dicta ſuitas omnino ceſ-
6 ſet,& non aliter. ¶ † Tertio ad idem oppo.nam video, quòd ſi
filio datus eſſet ſubſtitutus vulgaris, & ipſe idem filius rogatus
eſſet de reſtituendo hæreditatem alteri,quod ipſe non habet li
centiam abſtinendi, immo poteſt per fideicõmiſſum cogi adi-
re,velit,nolit.C.ad Trebellianum l.nõ iuſtam.infra ad Trebel-
lia.l.nam quod.§.primo.& leg.facta.§.Iulia. & tamen ſi videret̃
data licentia abſtinendi,nun poſſet cogi.leg.ſecunda.§.ſi pro-
ponatur.ꝟ.ſi quis omiſſa cau.teſtamen. ¶ Solu. dicit Bal.in d.l.
non iuſtam. quod ſupra dicta opinio locum habet, quando fi-
lius habet ſolum ſubſtitutum vulgarem. Si vero habet etiam
ſubſtitutum fideicommiſſ.videtur denegata licentia abſtinen-
di,vt ipſe poſſit cogere adire, & ſic vulgaris nihil operat̃ tunc.
¶ Quarto ad idem oppon. de lege, quæ probat expreſſe cõtra-
rium,infra ſi quis omiſſ.cau.teſta.leg.Iulia. vbi dicitur ꝙ ſubſti
tutio vulgaris videtur facta in caſu,ſcilicet quo hæres nõ ſit,nõ
autem, vt per eam videatur hæredi conceſſum arbitrium repu
diandi. ¶ Bar.ibi ſoluit,ꝙ interdum vulgaris fit filio,& tunc vi-
detur concepta ſolum in caſu,quo nolit eſſe hęres,non autem
in caſu,quo moreretur in vita patris,de quo caſu non eſt veri-
ſimile patrem cogitaſſe ꝑꝑ votum parentum.Ideo vr̃ data licẽ-
tia abſtinendi, ex quo videtur ſolum concepta in caſu volun-
tatis. Interdum fit extraneo, & tunc videtur concepta in caſu,
quo non poſſit,& ſic non videtur data licentia abſtinendi. Cer
te iſta ſolutio nulla eſt,quia etiam cum fit extraneo,videtur cõ
cepta in caſu voluntatis,& ẽt impotentiæ, vt l.cum proponas.
C.de hæredibus inſtit. Et tamen pro hoc non videtur data licẽ-
tia abſtinendi, ſed potius videtur ſibi non complacere, ꝙ hæ-
res nolit,tamen quia non eſt hoc in poteſtate ſua, ideo ſubſti-
tuit illum caſum, in quo nolit, & vult.tex. in d.l.Iulia. ¶ Poteſt
ergo dici,ꝙ ibi fuit ſubſtitutus ille, qui erat in poteſtate inſtitu
ti. Vñ volebat inſtitutus repudiare ex perſona ſua,& hr̃e ex pſo
na ſubſtituti,& ſic videtur fraudulenta, quæ non videtur per-
miſſa. Sed ſi ſubſtitutus eſt ex̃neus, ex cuius perſona non conſe
queretur inſtitutus,tunc benè videtur data licentia abſtinẽdi,
vt ad ſubſtitutum vadat hæreditas,quia tunc non videtur com
mittere fraudem, cum hæreditatem non habeat ex pſona ſua,
vel alterius:ſecundum hoc ergo videtur,quòd cum in hac leg.
fuerit ſubſtitutus nepos,qui erat in poteſtate filij, non videtur
per hoc ſibi data licentia abſtinendi. Et ſic non probaret iſta
lex intentionẽ Dy. Poſſumus ergo dicere ſuſtinendo opi.Dy.ꝙ
interdum repudiatio inſtituti tendit in ꝓiudicium legatariorũ
& tunc non vr̃ permiſſa, vt dicta lege.Iulianus. interdum non
tendit,niſi in ꝓiudiciũ ipſius inſtituti, & tunc vr̃ ꝑmiſſa ꝑ ſub-
ſtitutionem vulgarem, vt dictum eſt. ¶ Quinto oppo.ad idem
de l. ſi ſolus. de acquir. hæred. ubi habetur, quòd ſi aliquis in-
ſtitutus

ſtitutus in pluribus portionibus,& in aliqua earū habet ſubſtitutū vulgarē,ꝙ ipſe nō pōt alias acceptare, & illā in qua habet ſubſtitutū,repudiare. Et ſic non vr̄ data ſibi licentia abſtinendi,quia tunc poſſet.¶ Sol.dicit Bar. in d.l.ſui. qđ in d.l.ſi ſolus. neceſſitas in illa parte,in qua ſubſtitutum hēt, procedebat rōne aliarū portionū,quia una portio aliā ad ſe trahit.Iō per ſubſtitutionē non vr̄ teſtator tollere dictā neceſſitatē, quia nunquā vr̄ teſtator prohibere , ꝙ vna pars non ,trahat ad ſe alterā, niſi expreſſe hoc dicat,vt l.quoties. §. ſi duo.de hær. inſt. Iſta ſolutio non placet,quia ſatis vr̄ expreſsè dicere, cū ſubſtituit vulgariter,quia ꝑ hoc vr̄ prohiberi ius accreſcendi, tex. eſt expreſſus ꝯ eum ſ̄m ſuū & cōem intellectum ĩ.n.4. l. ſi ergo. Facit ĩ. de ſ̄m tab.l.ſecundo.§.ſi duo.& qđ nota ĩ.de acq.hær.l.qui pri. ¶ Volendo igitᷣ ſuſtinere opi. ſupradictam rn̄deri pōt ad l.ſi ſolus. ꝙ per ſubſtōnem vulgarem tacitā in toto eo , in quo filius eſt inſtitutus, vr̄ data licentia abſtinendi,& ita loquitᷣ opi.ſupra

7 dicta.¶ †Sed ſi facta ſit in parte,non pōt dici,ꝙ videatur data licentia abſtinendi illa parte , quia per hoc videretur ēt data licentia diuidendi,qđ facere non pōt teſtator expreſsè , niſi ipſemet hæreditatē diuidat in plures. Cū. n. unum inſtituit in tota hr̄ditate,ſiue enumeret partes,ſiue non, hæreditas non vr̄ per eū diuiſa , quia talis enumeratio partium potius vr̄ fieri cā demonſtrandi,ꝗ̃ diuidendi,ut no.in d.l.ſi ſolus.Cum ergo ipſe teſtator non diuiſerit,non poteſt dare licentiam,ꝙ diuidat,quia non pōt mutare legis diſpoſitionem, vt l.nemo. de leg.primo. Quæ legis diſpō eſt,ꝙ aut totam capiat , aut a tota recedat. de acq.hæred.l.j.& 2.Si ergo non poteſt expreſsè, ergo non poteſt dici,ꝙ tacitè videatᷣ voluiſſe dando ſubſtitutum , quia & ſi hoc diceret,nihil importaret. Et hanc puto veram ſolutionem ad l. ſi ſolus. ¶ Breuiter quicquid ſupra dictum , ſit. non puto fore intellectum iſtius legis,nec etiam ipſum eſſe in ſe verum,ut infra oſtendam.Et quod quantum , ad hanc legem nō procedat, patet manifeſtè:Nam ſecundum hoc præteritio iſtius poſthumi,de quo loquitur tex.nullum importaret iuris miniſterium, ſed ſolam facti accidentiam, quia ponunt , ꝙ tempore mortis filij iam conſtabat poſthumum non eſſe naſciturum, & ſic totum hoc operata fuit dato ſubſtituto . Sed certè non eſt veriſimile,ꝙ Iuriſconſultus de iſta præteritione tam fruſtratoriè fecerit mentionem . Præterea ſecundum hoc iſta l. nihil faceret ad materiā tituli, in quo ſituata eſt,ꝯ leg. Impetator,de in diem adie. ideo dico, quód totum , quod hic dicitur tam in princip. quam in verſiculo,(quod ſi nemo.) fundatur ſuper prǽteritione poſthumi , & ſuper pendentia natiuitatis eius,ut congruat materiæ,in qua ſituata eſt . Vnde dic , ꝙ tempore mortis filij, nondum conſtabat poſthumū non naſciturum, & quód vēter erat plenus,ſed poſt mortem filij factus eſt abortiuus. Tūc ego dico,ꝙ ipſe filius, quouſque uixit, non fuit effectus ſuus hæres ex teſtō,quia cum ſperetur rumpi naſcente poſthumo, nō fuit ex eo delata hæreditas iure ſuitatis,ut infra de acquit. hær. l. vē

tuere, nec ſufficit eum exhærédare, quia cum ſubſtitutione ne-
potis concipiat, ſi filius moriat teſtatore viuente, reperiet exhæ
redatus poſt mortem ſuam, & ſic tanquam exhæredatio, quæ
non potuerit confirmari in vita, habeē pro non facta. item ſi fi-
lius eſſet apud hoſtes, vel aliter incapax, & moreret, antequam
efficeretē capax, nec inſtitutio, nec exhæredatio de ipſo neceſſa
ria eſt ad valorem teſtamenti. Idem in eo, qui non tenet primū
locum in ſuitate tempore teſtamēti, nec poſtea incæpit tenere
teſtatore viuente, quia talis poteſt præteriri, & eius præteritio
teſtamentum nō vitiat h. d. in effectu. Et ſic ſunt tria dicta, ſeu
2 tres rāe, vt dicit gl. ¶ † No. regulam, ad quam ſemper allegatur
iſte §, ꝙ ad valorem teſtamenti filius eſt inſtituendus ſupple, vel
exhæredādus regulariter, vt j. eo. l. inter cætera. Sed in caſu iſto
qñ inſtitutio concipit poſt mortem filij, non ſufficit ipſum ex
hæredare per rationem, quæ ponit in tex. niſi haberet cohære-
dem purè datum, per cuius a ſitionem poſſet exhæredatio con
firmari, vt ſ. eodē l. filius a patre. Sed tunc contra, quia in tota
iſta l. oportet præſupponere, ꝙ filius habebat cohæredem, aliàs
fruſtratoria eſſet tanta inueſtigatio. Nā teſtm efficeret irritū p
ſolā mortē filij contingentē in vita patris, nec expectaſſet pu-
dere de nepote ſubſtituendo in dictum caſum, ne præteritus te
ſtm̃ rumperet, ut dix. ſm Bal. ſ. ea. l. §. 1. Sol. illud dictum Bal. nō
vr̃ uerum, ut patet per iſtum tex. qui neceſſario eſt intelligen-
dus qñ non habet cohæredem, alias non procederet. Et ad ꝯtriū
dic, ꝙ immo eſt neceſſe pvidere de nepote ſubſtituēdo, ſi filius
hic cohæredē ex teſtō. Item adhuc np. de notatis in prin. huius
l. ſm Bal. q tenet valere inſtōnem nepotis, licet filius non fue-
rit inſtitutus, qa præteritio non eſt ſibi nociua. Sol. intētio iſtius
tex. eſt dicere, ꝙ nō ſufficiat ipſū exhēdare, qa exhæredatio non
poſſet ꝯfirmari, & tñ eum ordiū exhēdatis, licet habeaē p præteri-
to, ex quo exhēdatio eſt nulla, talis præteritio non hr̃ pro tacita in
ſtitutione, qa fuit in iuſtoia, quatenus in teſtōre fuit. ſed ſi ipſū
non exhēdaſſet tunc licet non inſtituiſſet, ualeret teſtm̃. qa cē-
ſereē tacitē inſtitutus, & ita loquit opin. Bar. & iſto modo i ñde-
bā Bono. ad iſtū tex. dño Catoni de Papi. q tenebat ꝯ Bar. repe-
3 tēdo p iſtū tex. † No. ēt dū dicit ex aliqua parte, ꝙ iure iſto non
ſufficiebat filium inſtituere in re certa, ſi datus erat cohēs in u-
niuerſo, ſed debebat inſtitui in aliqua quota, ſm Bar. hodie ſuffi
cit, ut in Auth. ut cum de app. cogno. §. aliud quoque capitulū.
& no. in l. ſi qs prior. j. ad Treb. & l. quoties. C. de hær. inſt.

2 *Nepotes naſcituri poſt mortem teſtatoris poſſunt ex prouiſione Galli inſti-
tui, licet tpe teſtamenti eſſent poſthumi alieni, & per l. Velle ſi nati ſint ui
uente teſtatore, non rumpunt teſtamentum, ſi ſint inſtituti. & nu. 1.*
3 *Si habent filium tempore teſti, & eum inſtituas, & ſi te uiuo moriatur, ſub-
ſtituis nepotem ex eo naſciturum te uiuo, uel ſimpliciter, tunc ſi poſt teſta-
mentum moriatur filius, & deinde te uiuo naſcatur nepos, ꝙ talis nepos ad
mittatur ex ſubſtitutione, nec rumpat teſtamentum.*
4 *Si teſtator ſubſtituat omnes deſcendentes uirilis ſexus, qui ſui hæredes na-
ſcentur, ꝙ ſub iſtis uerbis comprehendantur etiam nepotes ex filio licet nō
ſint ſexus uirilis.*
5 *Si aliquis recepit emphyteuſim pro ſe, & ſuis deſcendentib. per uirilem ſe-
xum, ꝙ ueniant etiam fœminæ ex maſculis.*
Idem ſi dixiſſet pro ſe, & ſuis deſcendentibus uirilis ſexus.
6 *Quid ſi dixiſſet pro ſe, & ſuis deſcendentibus maſculis.*
7 *Suus hæres dicitur ille, quem nemo præcedit.*

1 §. Nunc de lege. † Hic incipit ſecunda pars prin
c palis huius l. in qua tractat de
l. Velle quæ uenit ad conſilium Galli qui fuit locutus de nepo
tib. q naſcunē poſt mortem teſtatoris uerè, vel fictè, de quibus
l. Velle. ſe non intromiſit, ut ſ. ea. l. § & quid ſi tantum. & §. ſi ei⁹.
ſed tractauit de natis uiuente teſtatore. & qui non fingātur na-
ti poſt mortem, & poteſt dici, ꝙ duret iſta pars uſque ad fin. l. nā
primo tractat de primo, & ſecundo capite l. Velle. uſque ad §.
videndum. Secundo ponit ſuppletiones Scæuolæ ad ſecundum
caput, uſque ad §. ille caſus. Tertio ſuppletionem Iuliani ad pri
mum caput. Item prima pars ſubdiuiditur in duas, quia primo
proſequitur de primo capite uſque ad §. etiam. poſtea de ſecun
do capite ſm verum intellectum, licet quidam dixerint, ꝙ de
ſecundo capite incipit tractare in uerſi. & bene. & dicunt, quod
in uet. etiam non eſt §. ſed ſic continuatur cum tex. præcedenti,
& quare hoc dicant, patebit j. ſed primus intellectus verior eſt,
2 & communior, & iſta prima pars. h. d. ¶ † Primum caput l. Vel-
leiæ prouidet de nepote, qui naſcitur poſt teſtamentū uiuente
teſtatore, & poſt mortem filij, & ſic naſcitur ſuus, qa tenet pri-
mum locum tempore, quo naſcitur, ut poſſit hæres inſtitui, li
cet tempore teſti ſit poſthumus alienus, & inſtitutus non rum
pat. h. d. in effectu, & diuide in quinque partes, quia primo ſe ꝯ
tinuat ad præcedentia ponendo mentem primi, & ſecundi ca-
pitis l. Velleiæ uſq. ibi (& uidetur.) Secundo ponit mentem, &
effectum primi capitis uſque ibi (ergo.) Tertio ipſum exempliſi
cat, uſque ibi (& non ſolum) Quarto tollit quoddam dubium,
quod fieri poterat uſque ibi (quid enim.) Quinto probat, quod
dixerat per uerba primi capitis, quæ formaliter ponit, & ea eis
infert ad id, ꝙ dixerat, & reputatur difficilis ualde, ideo ut oīa
4 ſint clara, pone caſum ſic. † Gallus prouidit de nepotibus naſci
turis, poſt mortem teſtōris, ut poſſint inſtitui, licet tempore te
ſti eſſent poſthumi alieni, quid ſi naſcantur teſtatore uiuente
dicit iuris quod de illis tractauit l. Velleia non Gal. quæ lex fuit
poſterior, & uenit ad ſuppletionem Galli, iō de ipſa uidendum
eſt, quæ uoluit in effectu tam in primo, q̃ in ſecundo capite. qđ
nati uiuentibus nobis, ſi ſint inſtituti, non rumpant ſicut Gal-
lus voluit de natis nobis mortuis, & hoc uſque ib (& uidetur.)
¶ Sed quæritur ſecundo, in quo caſu loquatur l. Velleia. dicit ſu
rſic. quod in primo capite loquitur de nepotibus, qui cum na-
ſcuntur nobis uiuentibus naſcuntur ſui id eſt quia nemo ipſos
5 præcedit in ſuitate, & hoc uſque ibi (ergo.) ¶ † Sed tertio quæ-
rit de exemplo, iuriſco. dicit, ecce exemplum, ſi tu habes filium
iam natum tempore teſtamenti, & nepotem ex eo naſciturum,
& inſtituis filium, & ſi te viuo morietur, ſubſtituis nepotē ex
eo naſciturum te uiuo, uel ſimpliciter, & poſt teſtamentū mo-
riatur

ciatur filius, deinde te uiuo naſcat̃ nepos ex ſubſtitutiõe admit tit̃, & non rumpit, & ſic ſuſtentatur teſtũ in hoc caſu ex primo capite legis Velle. non per legem 12. tabula. quia tempore teſtĩ ille nepos erat poſthumus alienus, & ſic non poterat inſtitui ſm̃ lege m illam, nec per Gallum, qui loquitur de natis poſt mortẽ teſtatoris, fuit ergo neceſſaria prouiſio l. Vell. hoc caſu, alias nõ potuiſſet inſtitui. & ſic tanq̃ prætetirus rumperet, & hoc uſque ibi (vt non ſolum) ¶ Sed quæritur quarto, an ſit neceſſe, ꝙ filiꝰ eſſet mortuus tpe teſti, ad hoc, ut talis nepos naſcat ſuus, ſm̃ ꝙ requirit primum caput l. Velle. rñdet quod non, quia ſuus naſcit non ſolum, ſi filius erat mortuus tpe teſti, ſed ẽt ſi moriat̃ poſt, anteq̃ nepos naſcat, & utrunq. caſum complectit̃ primum caput l. Velleiæ, & hoc uſq. ibi (quid enim.) ibi probat, ꝙ non ſit inſpiciendũ tp̃s teſti, ut tunc ſuus ſit mortuus, ſed ſufficiat inſpici tp̃s natiuitatis poſthumi, ut tunc mortuus ſit, uel aliter de medio ſubductus, per uerba primi capitis, q̃ ſic dicunt, ꝙ teſtator ſubſtituat quemcunq. virilis ſexus, qui poſt teſtamentum ſuus hæres futurus erit, i. naſceretur, ſed iſta verba verificant, ẽt quando filius viuebat tpe teſtĩ, non tamen tpe, quo naſcitur nepos. hoc dicit in effectu. Et quantum ad tex. difficultas conſiſtit in verſi. (vt non ſolum in duobus.) Primo quia quidam habent in text. (ſi nepos eo tempore inſtituatur, &c.) Quidam verò habẽt, (ſi nepos q eo tpe inſtituatur,) ſed prima litera planior eſt, ſm̃ verò aliam literam oportet text. tranſponere, & ſubaudiri vnum verbum, vt ſit bona grammatica, ne relatiuum, & antecedens regantur ab eodem verbo ſñ idem eſt ſenſus vtriuſque literæ, & hoc declara, vt habetur in gloſ. quæ incipit, aliàs deeſt qui. in prin. Item in alio conſiſtit difficultas, quia text. ibi dicit (verum ẽt ſi viuo patre naſcatur, & ſic innuit, ꝙ primum caput comprehendit etiam caſum, quãdo nepos naſcitur poſt teſtamentum viuente patre ſuo, eodemq; filio, & ſic non naſcitur ſuus, puta pater eius eum præcedit, cuius contrarium ſupra dixerat, & etiam patet in text. ſ. vnde videtur ſibi contrariari. pp hoc Hugo gloſſator, & etiam Moder. hoc fatentur, & dicunt, ꝙ iſte caſus comprehenditur non ex verbis, ſed ex mente, quia ſecundum verba non comprehenditur, niſi caſus quando naſcitur ſuus. & ſic filio de medio ſubducto, quod poteſt cõtingere duobus modis, vel quia erat ſubductus tpe teſtamenti, vel ſubducitur poſt, antequàm nepos naſcatur, quando autem nec tempore teſtamenti, nec ante natiuitatem, & tunc ceſſant verba. Tamen locum habet mens, & ſic primum caput comprehendit tres caſus, duos ex verbis, & vnum ex mente. plus dixit d. Azo. ꝙ ex uerbis non comprehendit, niſi vnum, ſ. quando filius erat mortuus tempore teſtamenti, & tunc propriè nepos dicitur naſci ſuus, ſed ſi moriatur poſt ante natiuitatem nepotis, dicit Azo ꝙ iſte caſus comprehenditur potius ex mente, q̃ ex uerbis. Iſtud dictum Azon. gl. reprehendit, quia ꝯ iſtũ tex. in in iſto uer. (vt non ſolum) ubi vult oſtendere ꝯtium, ꝙ primũ caput non ſolum comprehendit primum caſum, qñ erat mortuus tempore teſtamenti, ſed etiam ſm̃, qñ moritur poſt, añ natiuitatem nepotis, quia vtroque caſu verificantur uerba primi capitis, quæ requirunt, ut naſcatur ſuus. Nam ſuus dr̃ naſci, qñ cunque tempore, quo naſcitur, nullus ipſum præcedit in grado, & hoc contingit in utroque caſu, & hæc habentur in illa eadem gl. Bar. autem uidetur ſentire, ꝙ primus caſus, quãdo erat mortuus tempore teſtamenti, non comprehendatur in primo capite, quia tunc nepos naſciturus non poterat dici poſthumus alienus, quia ſi eſſet natus tpe teſtamenti, teneret primum locum, & ſic poterat hæres inſtitui per l. 12. tabu. vnde nõ fuit neceſſaria prouiſio Velleij. & illum uerſi. vt non ſolum intelligit iuriſcon. vt ibi ponat, qui ddat primum caput Velleij ad l. 12. tabu. quia illa l. permittebat inſtitui talem poſthumũ, ſi filiꝰ erat de medio ſubductus, ſed l. Velle. addit, ꝙ ẽt ſi non eſſet ſubductus, poſſet inſtitui, licet tunc eſſet poſthumus alienus. Pro iſto dicto vr̃ eſſe tex. expreſſus in §. ille caſus. verſic. denique. vbi dicit̃ expreſſe, quod in primo capite Velleius induxit, ut liceat inſtituere nondum natos, ſed hoc non poteſt verificari, niſi qñ filius præcedebat tpe teſtamenti, quia tunc non licebat inſtituere nepotem per l. 12. tab. ſed Velle. inducit, vt liceat, ergo ſolum iſtũ caſum comprehendit primum caput. Iſta opinio placet limitando tamen, ꝙ ſm̃ mentem, & verba iſtum caſum comp̃hændit, in hoc ſolo voluit prouidere, quia prouiſio erat neceſſaria, non autem qñ filius de medio erat ſubductus, quia tunc non erat neceſſaria, ſed attentis verbis duntaxat, & non mente etiam caſus non comprehenditur in primo capite, qa verba dicunt de nepote, qui naſcit̃ ſuus, vt inſtituat̃, & inſtitutus, non rumpat, ſed ſuus naſcitur etiam hoc caſu, ergo ſm̃ uerba comprehenditur, & ita intelligo verſic. (vt non ſolum) aliter, quam Bar. quia non vult ponere, quid addat primum caput ad l. duodecim tab. ſed vult dicere, quod uerba primi capitis ſunt ita generalia, quòd comprehendunt vtrunque caſum. ad aliud dicũt Hug. & etiam Azo, quod comprehendantur etiam tres caſus ex mente, ſ. qñ non naſcitur ſuus, quia filius, paterq́ue ſuus viuit tempore, quo naſcitur, licet gl. tranſeat cum eis, tamen non placet, qa uerba primi capitis ex toto ꝯtradicunt, unde non eſt dicẽdum, ꝙ Vellei. ſenſerit de caſu, cui uerba ſua omnino ꝯdicunt, & iõ dico, & mirandum eſt tam de gloſ. quam de Doctor. qui non tangunt, ꝙ iſte caſus eſt ille quem Iulianus ſuppleuit ad primum caput Velleiæ, ut patet in §. ille caſus. vbi Scæuola oſtendit, ꝙ iſte caſus non comprehendebatur in primo capite l. Velle. quia illud loquitur de nepote, qui naſcitur ſuus, & iſte non naſcitur ſuus, nec in ſecundo, quia illud loquit̃ de nepote, qui erat natus tempore teſtamenti, & non erat natus, ſed naſcitur poſt, iõ fuit neceſſaria ſuppletio Iuliani in hoc caſu difficili, & non prouiſio per aliquem alium; non ex verbis, nec ex mente, & iſta eſt veritas, põt tñ dici, quod Iul. ſuppleuit ex mente ꝯiectu rata, quia licet Velleius nõ cogitauerit de iſto caſu, ex quo verba repugnant, tamen eſt veriſimiliter, ꝙ ſi cogitaſſet, prouidiſſet, ſicut dicimus de tacita pupillari comprehenſa in expreſſa vulgari ꝯ vim verborum, vel econuerſo de tacita vulgari cõprehenſa in expreſſa pupillari, nam non ueniunt ex uera mente defuncti, q nun p̃ſumitur cogitaſſe, poſtq̃ uerba repugnant, ſed ex mente ꝯiectu rata, vt no. in l. precibus. C. de impu. & ſic põt ſaluari opin. Hug. Bar. aũt intellexit, ꝙ Hug. & Azo voluerunt dicere, quod primum caput l. Velleiæ. comprehendit ẽt ſm̃, ſeu caſum, de quo loquitur ſm̃ caput le. de nepote nato tpe teſtamenti, ſed non eſt credendum, ꝙ ipſi tantum errauerint, tunc enim ad quid fuiſſet neceſſarium ſm̃ caput, ut ẽt ipſemet Bar. dicit. Dico ergo, ꝙ ipſi non intellexerunt, dum dicunt de tertio caſu, ſ. de illo, qui comprehenditur in ſecundo capite, quãdo nepos eſſet natus tempore teſtamenti, quia fuiſſet una fatuitas, cũ primum caput non loquatur, niſi de naſcituro, ut patet in ver. ergo. dum dicit ſi filium habeas, & nepotem nondum natum tempore teſtamenti, ſed intellexerunt eo modo, quo ſ. dixi. de illo, qui naſcitur poſt teſtamentum, & uiuente filio, vt comprehendatur in primo capite: & moti fuerunt ad hoc dicendum ꝑ tex. iſtum, dum dicit, etiam ſi uiuo patre naſcatur, & ideo continuant literam vſque ad uerbum, & bene, uel uſque ibi poſteriore, vbi incipit tractare de ſecundo capite. Tu dic, ut dixi, & ad tex. reſpõde, dum dicit: ſi uiuo patre. intellige, ſ. patris ſui, eodemq; auo, ſeu teſtatore, ipſe aũt filius, q erat pater nepotis, iã erat mortuus, alias non naſceretur ſuus, & ita exponit Dyn. Et no. ꝙ in hac opin. Hugo. & Azon. fundatur gl. quæ eſt ſupra eadem l. §. ſi eius. verſi. quærendum. in gl. prima quæ tenuit, quod primum caput l. Velle locum habeat in nepote, qui naſcitur viuente filio, quam gloſſam ibi reprobaui, & contrarium tenuit alia gloſſa mag. illius. §. in uerſi. item Vellei, ceſſat. Et ex prædictis recollige quatuor caſus. Primus eſt, quando filius erat iam mortuus tempore teſtamẽti, & iſte caſus ſecundum Azo. & gl. pertinet ad primum caput l. Velle. ſecundum verba, & mentẽ, ſecundum Bar. non pertinet aliquo modo, ego autem dixi, qđ pertinet ſecundum verba, non ſecundum mentem per §. ille caſus. j. ſecundus caſus eſt, qñ filius viuebat tempore teſtamenti, ſed poſtea mortuus eſt, antequam nepos naſcatur, & nepos, naſcit̃ uiuente teſtatore, & iſte caſus ſm̃ Azon. pertinet ad primũ caput ſm̃ mentem non ſecundum verba. ſed ſm̃ gloſ. & Doct. pertinet ſm̃ mentem, & uerba. immo iſte eſt ille caſus, in quo ſolo prouidit primum caput l. Vell. quia neceſſaria erat prouiſio, ut §. ille caſus. verſi. denique. Tertius caſus eſt, quando filiꝰ viuebat tempore teſtamenti, & etiam tempore, quo poſt teſtamentum naſcitur nepos, ſed poſt mortem, uiuẽte teſtatore, ante nepotem, & iſte caſus ſm̃ Azo. & Hugo. pertinet ad primum caput ſecundum mentem, non ſecundum uerba, ſed tu dic, ut ſupra dixi, ꝙ nec ſecundum mentem ueram, nec ſecundũ uerba, & ideo fuit ſuppletio per Iul. ex mente coniecturata. Quartus caſus. qñ nepos iam erat natus tempore teſtamenti. nã omnes præcedentes quando nondum erat natus, & iſte caſus quartus nullo modo pertinet ad primum caput, ſed ad ſecundum, licet Bar. intellexit opin. Hug. & Azo. ꝙ noluerint dicere, dum loquuntur de tertio caſu, ꝙ pertinet ad primum caput ex mente, ꝙ intellexit de iſto quarto, & ſic, quod primum caput contineat ſecundum ex mente, quod eſt rediculum dicere, ut ſupra dixi. & ex his remanent omnes glo. expeditæ. Nam gl. quæ incipit, nam ſi uerba, tendit ad idem, quod ſupra dixi, quia exponit duobus modis uerſi. nam ſi verba, ſecundum primum modum effectus glo. eſt, ut iuriſcon. velit oſtendere, ꝙ primum caput cõprehendat non ſolum primum caſum, ſed etiam ſecundum, licet ſecundum aliam expoſitionem effectus gloſ. ſit, quòd uelit oſtendere, quod comprehendat non ſolum primum, & ſecundum, ſed etiam tertium ex mente. tene primam expoſitionem.

4 ¶ †Et no. ex illa eadem gl. in fin. quæ tenet in ſecunda expoſitione illorum uerborum, quòd ſi teſtator ſubſtituat omnes deſcendentes uirilis ſexus, qui ſui hæredes naſcentur, ſub iſtis uerbis comprehenduntur etiam nepotes ex filio, licet non ſint

ſexus

ſexus virilis, quia illa uerba debent intelligi, id eſt, de virili ſexu
deſcendentes, non ꝙ ipſe deſcendēs ſubſtitutus ſit ſexus virilis,
5 vt in caſu ꝓpoſito gl. perpetuo tene menti. Adq.† ſi aliquis re-
cipiat emphyteuſim pro ſe, & ſuis deſcendentibus per uirilē ſe-
xum: nam uenient non ſolum maſculi ex maſculis deſcenden-
tes, immo ēt fœminæ ex maſculis deſcēdentes. Idem ſi dixiſſet
pro ſe, & ſuis deſcendentibus virilis ſexus, quia exponunt eodē
6 modo, ut in hoc tex. cum gl.† Secus ſi dixiſſet pro ſe, & ſuis de-
ſcendentibus maſculis, quia non venirent fœminæ deſcenden
tes ex maſculis. Sed tūc quærit̃, an ſub illis uerbis, ꝓ ſe, & ſuis de
ſcendentibus maſculis, cōprehendat̃ nepos maſculus natus ex
filia, uel pronepos natus ex nepote, vr̃, quod ſic, quia uerba ve-
rificantur in eo. Eſt enim deſcendens, & eſt maſculus, ergo, &c.
Et ui det̃ eſſe caſus in uſibus feudorum. In titu. de eo, qui ſibi, &
ſuis hæredibus maſculis, & fœminis, &c. ꝯtium determinat Spe
cu. in ti. de loca. §. nunc uero aliqua. verſi. 146. quia illud verbū,
maſculis debet reſtringi ad deſcendentes ex maſculis, quod ꝑ-
petuo tene menti, & probatur per rationem. Nam mater ſua
non admitteret̃, ſi uiueret, quia non eſt maſculus, multo minus
debet admitti nepos ex ea, ne ſit melioris conditionis, q̃ mater
eius, quæ præcedit in gradu. argum. in l. ſi uiua matre. circa me-
dium. C. de bon. ma. ubi dicitur, ꝙ nepos non debet eſſe melio-
ris conditionis, quam filius, uel filia. hoc idem videtur tenere
Bal. licet non alleg. Specu. C. de cond. inſer. l. i. in j. colum. Iuan.
And. in addi. Specu. in ti. de teſta. ſuper rub. ante fi. dum recitat
diſputationem Rich. Malumb. & tene menti hanc rationem, ꝑ
quam reſpondebis in pluribus dubijs, & ego etiā pluries in iſta
ciuitate conſului ſecundum iſtam rōnem, & nullus ſciuit dare
7 reſponſum. ¶ †Vltimo no. unum aliud ex tex. ꝙ ſuus hæres dr̃,
ille quem nemo præcedit, nam nepos non dicitur natci ſuus, ni
ſi qn̄ filius eſt de medio ſubductus, ut hic patet. Iſtud multum
facit pro opin. illorum, qui dicunt, quòd licet filius in poteſtate
non poſſit inſtitui ſub conditione cauſali, uel mixta, iure iſto ſi
in eius defectum non eſt exhæredatus nepos, tñ etiam, ſi filius
iam mortuus eſt, & ſic tenet primum locum, bene poteſt inſti-
tui: nam l. ſuus quoq. j. de hære. inſti. in prin. dicit, ꝙ ſuus hæres
poteſt ſubſtitui ſub qualibet conditione excepto filio, ergo ſe-
quitur, ꝙ loquitur de nepote, & pronepote, in alijs non poteſt
verificari rña, ſed nepos non dr̃ ſuus hæres, niſi quando filius eſt
de medio ſubductus, ut hic, ergo etiam tūc poterat inſtitui ſub
tali conditione, & uidetur caſus in l. ſed in conditione. §. ſi ne-
potes. eo. tit. Contrariū tamen communiter tenet gl. ꝙ tunc ne
pos poſſit inſtitui ſub tali conditione, quando filius ipſum præ
cedit, quia tunc, ſicut omnimoda præteritio ipſius non reddit
teſtm̃ nullum, ut ſ. prox. §. fi. ita qualitas, ſed ad rationem præ-
dictam gl. reſpondet, quia nepos non eſſet ſuus hæres, ut hic, &
ſic uerificaretur regula poſita in l. ſuus quoque. nec eſt miran-
dum, ꝙ filius primi gradus in hoc ſit melioris conditionis, quā
nepos, nam & alibi hoc contingit. C. ad Trebel. iubemus. & tō
multi tenent opin. prædictam contra gloſſ. ut ſunt Doctor. Pa-
pienſes, ſi bene recordor, ut dominus Chriſtophorus de Ca-
ſtelliono.

1 *Tertium caput l. Velleia in quo caſu prouideat.*
2 *Exhæredatio de penitus extraneo eſt penitus inualida principio, ſed de ne-
pote, vel pronepote non. licèt non teneat primum locum a tempore teſta-
menti, quia ſperatur poſſe tenere.*
3 *Filius, uel alius deſcendens in poteſtate, qui tenet primum locum, dicitur eſ
ſe ſuus hæres, etiam viuente patre, vel auo.*
4 *Hæres vnde dicatur, & quot modis ſumatur, & quomodo uiuens poſſit ha-
bere hæredem. & nu. 9.*
5 *Si inſtituo Titium extraneum, & grauo ipſum, ſi deceſſerit ſine liberis,
quòd reſtituat hæreditatem tibi, & hæredib. tuis, qualiter ſumatur illud
uerbum, hæredibus.*
6 *Quòd requiratur, vt filij tui ſint hæredes tui, vt admittantur ex ſubſtitutio
ne, quando dixit teſtator, quòd bona deueniant in te, & hæredes tuos; vel
in te, & filios tuos, & hæredes, ſecus ſi in te, & filios tuos.*
7 *Eo caſu, quo requiritur, ꝙ ſint hæredes, an ad admittatur filia, uel nepotis in
ſtituta in re certa, & iuſſa amplius non petere.*
8 *Si ſubſtitutio fuit facta ſine illa coditione, ſi deceſſerit ſine liberis, ſed ſim-
pliciter dixit, ꝙ poſt mortem Titij inſtituti bona ipſius teſtatoris deueniāt
in te, & hæredes tuos, quomodo ſumatur illud uerbum, hæredes.*

1 §. Etiam. ¶ †Tertium caput l. Velle. prouidet de nepo-
te, uel pronepote natis tempore teſtamēti ꝓ-
uiendo, ut filio inſtituto ſubſtituant̃, ſi contingat ipſum teſta-
tore uiuente de medio ſubduci, ne ſuccedentes in locū eius
tanq̃ præteriti rumpant, & ſi nepos moriat ante filiū, pronepos
ſubſtitutus admittitur, ēt ſi nepos erat prætentus, ſi uero poſt
tunc, ita demum ſi nepos erat inſtitutus, uel exhæredatus: alias
tanq̃ præteritus ſuccedens in locum filij teſtamentum rupiſ-
ſet. h. d. & eſt ēt difficilis. Et diuide in quinque parte. Nam pri-
mo ponit mentem ſecundi capiti, dicens, ꝙ loquit̃ in nepote
nato patre ſuo. viuo. i. filio, ut ſit inſtitutus, & pr̃ poſtea teſtōre
viuente de medio ſubducatur, nō rumpit, ſed ex ſubſtitutione
vocet̃, uſque ibi, & ita. Scdo iſtud declarat. ꝙ habet locum, qn̄
nepos iā erat natus tpe teſti, & ponit exemplū, qn̄ qs habebat fi
lium iam natū, & nepotē, vel ēt ꝓnepotem iam natos tpe teſti.
& inſtituat filiū, & ſubſtituat pronepotem, ſi filius, & nepos
moriant̃ teſtōre viuente, & poſtea ꝯdō exſtat. Nam talis prone
pos non rumperet, licet ſuccedat in locum ſui hæredis. i. ꝑcedē
tiū, poſtq̃ eſt inſtitutus, licet ſecus ſi eſſet ꝑteritus vſq. ibi, & bn̄.
Tertio ponit verba ſecūdi capitis, q̃ uolūt in effectu, ꝙ fiat ſub
ſtitutio nepotis, vel pronepotis, qualitercunq. filius, uel alius, q
tenebat primum locum, & ſic erat ſuus hr̃s deſinat eſſe ſuus
hr̃s viuente teſtatore, uſque ibi, ad omnes. Ibi quarta, in qua cō
mendat prouiſionem huius ſecūdi capitis, quia loquatur ita ge
neraliter quo ad caſus, quibus præcedens deſinit eſſe ſuus hr̃s,
quod comprehendat non ſolum caſum mortis veræ, ſed etiam
mortis ciuilis, uel etiam emancipationis. quibus poteſt quis de
medio ſubduci teſtatore uiuente, quos caſus Scæuola ſupple-
uit ad conſilium Galli, qui non fuit locutus ita generaliter ſed
ſolum qn̄ exiret de medio per mortem naturalem, & ueram, vt
ſ. eadem l. §. & quid ſi tantum. ſed hic non expedit ſupplere ad
prouiſionem ſecundi capitis, quia loquit̃ ita generaliter, quòd
omnes ꝑdictos caſus comprehendit, & hoc uſque ibi, nec ſolū.
Ibi quinta, in qua remanet quoddam dubium, quod fieri poſ-
ſet circa exemplum ſupra poſitum in ver. & ita. quādo quis ha-
beat filium nepotem, & pronepotem, & inſtituit filium, & ſub-
ſtituit pronepotem, ſi filius, & nepos moriantur ipſo uiuente,
nam ibi dictum fuit, quod ſi iſta conditio eueniat, ꝙ ambo mo
riantur pronepos admittitur, & non rumpit, ſed utrum ſit ne-
ceſſe ad hoc, ut iſtud dictum habeat locum, ꝙ nepos moriatur
antequam filius, an aūt poſſit procedere ēt ſi ſuperuiuat filio,
& poſtea moriatur viuente teſtōre, dicit iuriſconſul. quod u-
troq. caſu ꝑt procedere illud dictū. ſ. ſi nepos ꝑmoriat̃ filio. &
tunc procedit clare, etiā ſi nepos fuit ꝑteritus, quia nunquam
incœpit tenere primum locum, & ſic non potuit tanquam ſuc
cedens in locum filij rumpere tanquam præteritus, vñ fuit ne-
ceſſe, ꝙ moriatur antequam filius iſto caſu, alias ſuccedendo
in locum filij rumperet, ut ſ. eadem l. §. item credendum. in fin.
& j. ti. primo. l. poſthumorum. poſtea ēt procederet, qn̄ nepos
ſuperuixit filio, ſed tunc eſt neceſſe ponere, quod fuerit inſtitu-
tus, uel exhæredatus ad hoc, vt teſtm̃ non rumpatur, ex eo, q
ſuccedit in locum filij. h. d. in effectu totus §. uſque ad §. uiden
dū. Et aduertendum eſt, ꝙ in hoc capite Velle. non prouidit in
ducendo aliquid de nouo. ſ. quod talis nepos poſſit inſtitui, q
cū eſſet natus, poterat inſtitui ēt per l. 12. tab. ſed conſuluit, ut
inſtitueretur in dictum caſum, uel exhæredaretur, & ſic hoc fa-
ctū fuit, & vetuit ipſum rumpere. h. d. tex. in §. ille caſus. verſic.
poſteriore capite. vbi declarat̃ primum, & ſcḋm caput l. Vell. me
lius, q̃ hic, & in hoc differt à primo capite, vbi induxit de nouo,
vt poſſit inſtitui nepos, q tpe teſti non erat natus, & pater viue
bar, & ſic erat poſthumus alienus, vt in illo eodemq; §. ver. de-
niq;. Poterat eſſe ratio dubitandi, ꝙ dictus nepos rumperet, li-
cèt fuerit inſtitutus. quia filius, q ipſum ꝑcedebat tpe teſti, ipſe
non erat ſuus hæres, & ſic fuit inſtitutus tanq̃ non ſuus hæres,
ſi poſtea filius exeat de medio viuente pr̃e, incipit nepos eſſe
ſuus hæres, ſed tanquā ſuus hæres nunq̃ fuit inſtitutus, ergo tā-
a quam nouus hō, & nouus poſthumus debet rumpere.† Sed iſta
ratio tollitur ꝑ l. filio quē pr̃. in fi. ſupra eodem. & ꝑ §. forſitan.
in fi. ſ. ea. l. nam ēt ſi non fuiſſet oīno extraneus tpe inſtitutio-
nis, & poſtea efficeretur ſuus, ſufficeret illa inſtitutio prius fa-
cta, vt non rumpat, fortius hic, quinimo ēt ſi fuiſſet exhæreda
tus, ſufficeret, vt in fine huius §. licèt ſecus in alio penitus extra-
neo, vt j. de contratab. l. non putauit. §. ſi quis emancipatum,
q a exhæredatio de penitus extraneo eſt inualida à prin. ſed de
nepote, vel pronepote non, licet non teneat primum locū tpe
teſtamēti, quia ſperat̃ poſſe tenere. & ꝑp dictam rōnem l. Vell.
in ſecundo capite vetuit talem inſtitutum rumpere, ut in §. il-
le caſus. Item ſcire debes, quod gl. in illo §. ille caſus in gl. prima
tenuit hoc ſcḋm caput habere locum, ſiue filius uiuebat tempo-
re teſtamenti, ſiue iam erat de medio ſubductus, ut ibi, dum di-
cit, nam aut inſtituo nepotem, eo tpe, quo iam mortuus erat
filius uel etiam uiuit, & habet locum ſcḋm caput Velle. &c. quod
non placet. De iſto caſu non expediuit, ꝙ Velle. ſe intromitte-
ret etiam per modum conſilij, quia ſuberat ꝑceptum l. 12. tab.
ut deberet nepotem inſtituere, poſtquam tenet primum locū,
ſed qn̄ non tenet, ceſſat dictum præceptum, quia non tenetur
inſtituere, niſi filium, qui ꝑcedit, ſed poteſt contingere, ꝙ filius
ſubducatur de medio. utile fuit ideo conſilium Velle. ut in di-
ctū caſum nepos ſubſtituat̃, & h. d. tex. expreſſe in l. poſthumo-
rū in fi. j. ti. primo patet etiam hic in uerſicul. & ita interpre-
tandum.

tandum: nam non ſine myſterio ponit, ꝙ tempore teſtamenti habeas filiũ,& nepotẽ &c.¶ In tex.ibi, (non vult l.rumpere teſtamentũ.) ſubaudi, ſi ſunt inſtituti, uel exhẽdati, ut in fi.¶ In tex.ibi,(& ita interpretandũ).i.intelligendũ, non.n.eſt propria interpretatio,cũ totũ,qđ ſequitur,colligatur ex uerbis, nã aliqñ interpretatio ſumitur largè pro ꝯgrua uerbi declaratione, ut l.i.§.qui operas.ꝟ.ad Ter.¶ In tex.ibi.(habeas.) ſub tpe teſtamẽti,& filium ſubſtituas,nepotem prætereas,& pronepotem ſubſtituas,filius & nepos te uiuo deceſſerint, & ꝯdõ exiſtat. Nam ſi nepos prius moriatur,ꝙ̃ filius non obſtante præteritione ipſius nepotis,ꝓnepos admittetur ex ſubſtõne, ut hic, & ꝟ.uerſi. nec ſolũ. ſed ſi filius prius moreretur ad hoc, ut pronepos admitteretur, nepos deberet eẽ inſtitutus, uel exhęredatus, alias non admitteretur pronepos, quia nepos inceꝑiſſet tenere primum locũ, & tanquam præteritus teſtm̃ rumperet, ut in fine

3 huius §.¶ In tex.ibi, (ſi quis ex ſuis hæredibus [a] ſuus hæres eſ-

a ſe deſierit.) Nota,ꝙ filius,uel alius decedens in ptãte,qui tenet primum locum, dr̃ eſſe ſuus hæres, ẽt uiuente patre, vel auo, quod patet,quia non poſſet deſinere eſſe ſuus hæres per mortem naturalem,uel ciuilem, niſi fuiſſet,quia priuatio ꝓſupponit habitũ.l.decem.de uerb. obl. ſed hic dr̃, ꝙ põt deſinere eſſe ſuus hæres uiuente patre,uel auo,& ita debet intelligi iſte tex. vt patet in §.ſi ergo.&c.Sed ꝯ de leg.primo. infra pro hære. vbi viuens non habet hæredem, ergo nec habet ſuum hæredem, quia ubi deficit ſubſtantia, non poteſt ſubeſſe qualitas, ut l. eius,qui in prouincia.circa fi.ſi cer.pet.& l.ſi ſeruum. §.primo.

4 de act.emp.† Sol.iſtud uerbum,hæres.idem ſignificat, quod dominus,quia dicitur ab herus,ꝙ eſt dominus,ut l.item Mela. §. legis.ſupra ad l.Aquil.& poteſt ſumi duobus modis. Primo ꝓpriè,pro ut eſt ſucceſſor in uniuerſum ius, ꝙ defunctus habuit, ut l.hæreditas.de verb.ſignific. & iſto modo uiuens non poteſt habere hæredem, ut in contrario. Sedundo ſumitur ſtrictè, & impropriè pro filio,uel nepote,uel alio deſcẽdente,qui teneat primum locum in ſuitate, & iſto modo uiuens poteſt habere hæredem, ſicut. n. filius uiuente patre dr̃ dominus bonorum paternorum, licèt impropriè, ut ſupra eodem.l.in ſuis.ita põt dici hæres,prout iſtud uerbum ſumitur pro domino, & iſte eſt caſus hic.Et ꝑp hoc Bar.hic tractat iſtum articulum, ꝙ quãdo iſtud uerbũ,hæres. ponitur in aliqua diſpoſitione inter uiuos, uel ultima uoluntate,intelligatur primo modo, uel ſecundo, & ponit longam diſtinctionẽ. Tu autem ſumas regulam, ꝙ re-

b gulariter verbum, hæres [b] ſumatur primo mõ pro quolibet hęrede, etiam extraneo, prout eſt ſucceſſor bonorum defuncti, vt l. ſciendum.de verborum ſignific. Fallit in quatuor caſibus, in quibus reſtringitur ad filios tantum, & ſic ſumitur impropriè. Primus eſt, qñ diſpoſitio confertur in tempus vitæ alicuius,quia tunc non põt hr̃e hæredem primo modo, vnde uerba debent aſſumi ſecundo mõ,prout poſſunt, quia Velle.ſe refert ad tẽpus vitæ teſtatoris, quo ſuus hæres deſinat eſſe, & ideo ſi ꝯcederem tibi,& tuis hæredibus quouſque vixeris rẽ aliquam, illud uerbũ,ſumeretur pro filijs per iſtum tex.& arg.in l.ſi quis Titio.cum ibi no.ſm̃ unam lect.ſupra de vſufr.accreſc. Secũdo fallit,qñ præfertur in materia,in qua extranei non ſuccedunt, vt in materia feudo.ubi verbum, hæres,ſumitur pro filio,ut in tit.de alie.feu.& §.ſi clientulus.& no.gl.in l.ex facto. §.fin. infra ad Treb.& Bal.in l.liberti,libertæque. C. de oper. liber. Tertio fallit,qñ apponeretur cũ adiuncta maſculis,ut ſi cõcedo rẽ aliquã tibi,& tuis hæredibus maſculis. Nam ꝑp hanc adiunctionem,etiam ſi ſit materia,quæ trãſit ad fœminas, veriſimile eſt me cogitaſſe de hæredibus proprij corporis, non de extraneis, ut ita dixit Rayn.de For.quem etiam Bal.ſequitur, ꝙ eſt notãdum. Quarto fallit,quando ſequeretur inconueniens, ſi aſſumeretur primo modo pro quibuſlibet extraneis hæredibus. Pone exemplum primo,quando apponitur in conditione, ut ſi grauo hæredem inſtitutum de reſtituendo tibi hæreditatem, ſi deceſſerit ſine hæredib. Nam quia ꝯdõ ſe debet habere ad eſſe,& non eſſe, ſi ſumeretur primo modo , nunquam haberet ſe ad eſſe,quia raro,vel nunquam quis decedit ſine hærede, ideo ſumitur ſecundo modo pro filijs, ut d.l.ex facto. in fi. & ibi no.

5 ꝟ.ad Treb.† Pone aliud exemplum notabile,ſi inſtituo Titium extraneum, & grauo ipſum, ſi deceſſerit ſine liberis,ꝙ reſtituat hæreditatem tibi:& hæredibus tuis, qualiter ſumatur illud verbum,hæredibus. & certè ſumitur pro liberis, aliàs ſequeretur inconueniens,quòd ſi prius decederet relictis extraneis hæredibus,poſtea decederet Titius ſine liberis, & relictis ſimiliter extraneis hæredibus , hæreditas ueniret reſtituenda hæredibus tuis extraneis,& ſic hæredes tui extranei præferrẽtur extraneis hæredibus Titij , quod non eſt credendum fuiſſe de mente teſtatoris,qui ſicut Titium prædilexit, quia ipſum primo loco inſtituit,ita eſt credendũ, ꝙ prædilexit extraneos hæredes Titij ſuis hæredibus extraneis.arg.in l.Publius. §. Titia.de condi. & demon.& ita publicè diſputando tenuit Rychar. Malumb. notabiliter,quem hic ſequitur Bar.& ſemper allegatur iſtud dictum,& Ioan.And.in addit. Spec. quem Bart.non allegat, refert iſtam quæſt.in tit.de teſtam.ſuper rubrica ante fin. non tñ. loquitur iſto modo,ſi benè inſpiciatur,ſed Barto.ita intelligit,

6 & eſt rationabilis intellectus. † Sed an requiratur, ꝙ filij tui ad hoc,ut admittantur ex ſubſtitutione, ſint etiam hæredes tui. Bar.in l.ſi is,qui ducenta.§.uerum.in quarta col.in articulo de copulatiua.in fi.tenet, ꝙ ſic, quod eſt uerum quando dixi modo prædicto,ꝙ bona deueniant in te,& hæredes tuos,idem ſi dixi in te,& filios tuos, & hæredes, quia requiritur vtrunque copulatiuè,& ita loquitur Bart.ibi, ſecus ſi dixiſſem in te, & filios tuos,quia tunc ſufficit,ꝙ ſint filij,per ea, quæ notat Bar.in l. vt iuriſiurandi. §.ſi liberi. de ope lib. facit infra de leg.primo. l.fi-

7 liusfam.§.cum quis.† Item eo caſu,quo requiritur, ꝙ ſint hæredes,an admittetur filia, uel neptis inſtituta in re certa, & iuſſa amplius non petere.Spec.determinat notabiliter, ꝙ ſic, plenè diſputando in tit.de teſt.§.in primis.uerſi.fi. & ſic admittentur pariter cum Inſti. in uniuerſa, quia non ueniunt, ut hr̃des, ſed ut filiæ,tñ ex eo,ꝙ hæredes dñr,licèt inſtitutæ in re certa,poſtquam ſunt de deſcendentibus, iuxta ea, quæ dixi ſupra eadem l.§.in omnibus. & quod no.in l.ſi quis priore. ad Trebel.in gl.

8 iuncta l.ut iuriſiurandi. §. ſi liberi. de oper. liberto. ¶ † Vltimo quæro circa prædicta, quid ſi ſubſtitutio fuit facta ſine illa conditione,ſi deceſſerit ſine liberis,ſed ſimpliciter dixi,ꝙ poſt mortem Titij inſtituti bona mea deueniãt in te, & hæredes tuos, quo ſumitur illud verbum , hæredes? Reſpondeo, ſi ille Titius erat de deſcendentibus meis idem per omnia , ꝙ ſupra, quia in illa ſubſtitutione ſubintelligitur conditio , ſi deceſſerit ſine liberis;ut l.cum acutiſſimi.C.de fideic. ſi autem erat penitus extraneus,illa conditio non ſubintelligitur, & ideo ceſſat rõ Bar. & Richard.Malum. qm̃ hæredes Titij tam filios , quam extraneos nullo mõ dilexit: & ideo vr̃,ꝙ uerbũ,hæredes tuos,intelligitur gñaliter de quibuſcũque extraneis, ideo ſi tu deceſſiſti, antequam Titius , relictis extraneis hæredibus , deinde Titius relictis filijs, uel extraneis,non curo,an hæreditas ueniat reſtituenda exñeis hęredib.tuis,quia hoc importat uerbũ,hr̃des. de proprio ſignificatu,ut d.l.ſciendũ. & non ſubeſt cã reſtringendi, de qua ſupra , & ita vidi , & audiui conſultum per egregios

9 viros. † tamen Spec. multũ notabiliter in dicto §. in primis. in fi.quę illi fortè non ponderauerunt, dicit notabiliter , ꝙ licèt in materia ꝯctuũ,& actuum inter viuos,verbũ,hæredes,vel hæredibus,ſumatur pro quocunque exñeo hærede , ut no. in l.in conuentionalibus.de uerborum obligationib.In ultima tñ voluntate etiam cum ponitur in diſpoſitione , ut in caſu prædicto, reſtringitur ad filios,& licèt magna ſit eius authoritas , tñ vr̃ e conuerſo dicendum, quia largior ſit interpretatio in ultimis uoluntatibus,ut l.in teſtamentis.de reg. iu. Et iſte articulus eſt mihi ita dubius, ꝙ vix auderem conſulere pro extraneis hæredibus,licèt ſignificatum uerborum hoc importet,quia non eſt

c veriſimile,ꝙ teſtator de talibus ſenſerit, præfata autem [c] ſubſtitutio intelligitur de te per prius,& de filiis tuis per poſterius, ſi tempore exiſtentis conditionis non reperiaris in rerum natura,ſed filij,& ſi reperiaris,videtur debere intelligi de te, quouſque uixeris, & de filijs poſt mortem tuam,& ſic nõ poteris alienari tanquam bona ſubiecta reſtitutioni , per ea , quæ dixi ſupra eadem l.§.primo. ¶ Oppo.contra fi.ꝙ licèt nepos ſuperuiuat filio,& ſit præteritus,hoc non noceat teſtamento,cum fuerit Inſtitutus pronepos,qui eſt de uenientibus ab inteſt. per l. poſthumum.§.idem & circa.infra tit.primo. cuius contrarium hic innuitur. Solu.nocet in hoc , quia ſuccedendo in loco filij rumpit teſtamentum de iure ciuili, nec illo iure reconualeſcit, licèt poſtea præmoriatur uiuẽte teſtatore,ſed non nocet, quominus reconualeſcat de iure prætorio,ut in contrario. ¶ Sed adhuc oppo.ꝙ dicto caſu,quando ſuperuixit, non profit exhæredatio,quominus etiam tunc rumpatur teſtamentum , ſicut ſi eſſet præteritus, quia inſtitutio pronepotis fuit concepta , ſi filius,& nepos moriantur teſtatore viuente , ut patet in iſto §. ibi vtriſque mortuis,pronepos inſtitutus,&c. iuncto §. in omnib.ꝟ.eadem l. Solu.intellige iſtum textũ in fine dum dicit , aut exhæredatus,vel ꝙ habebat cohæredem purè datum, ex cuius aditione poterat exhæredatio confirmari in uita,uel pronepos fuit,quia purè inſtitutus,& iſtę ſunt difficiles opin.

t Si fi-

ADDITIONES.

a Ex ſuis hæredibus. Adde an nepos poſſit dici ſuus uide, tex.in l.qui in aliena. in §.interdum.ꝟ.de acquir.hær.l.filius patroni. ꝟ. de oper.lib. Iaſ. in l. qui ſe patris.C.unde libe.

b Verbum,hæres. Adde , an appellatione hæredum ueniat ſingularis ſucceſſor , ſeu hæres filij,unde per Bal.in c.ſi pater.de teſt.lib.6.

c Præfata autem. Vide tu circa hoc do.Alex.de Imo.in conſi. 104. col.2. uerſi.cõprobatur etiam.in fi.in 1.vol.qui refert Pan.de Caſt.hic,& in conſ.43. in fi. in 5.vol. Franc.Cur.

1 *Si filius fuit captus ab hoſtibus uiuente patre, & poſt patris mortem mortuus eſt in captiuitate, fingitur exiuiſſe de medio, & deſiſſe eſſe ſuus hæres patre uiuente, & ideo nepos ſubſtitutus ſecundum conſilium l. Velle, in ſecundo capite, admittitur ex ſubſtitutione, & non rumpit.*

2 *Caſus fictus uenit non ex proprietate uerborum, ſed per interpretationem extenſiuam.*

3 *Inſtitutio de filio capto an neceſſaria, & ſi fiat ſub conditione ſi reuertatur ab hoſtibus, an ſimiliter ſubſtitutio nepotis cenſeatur facta ſub eadem cõditione, ſi reuertatur ab hoſtibus, & etiam ſub alia ſcilicet, ſi poſtea deſinat eſſe ſuus hæres.*

4 *Si iſte filius mortuus eſt poſt mortem patris, non tamen apud hoſtes, an admittitur nepos ex ſubſtitutione.*

1 **§. Videndum.** †Si filius fuit captus ab hoſtibus uiuente patre, & poſt patris mortem mortuus eſt in captiuitate, fingitur exiuiſſe de medio, & deſiiſſe eſſe ſuus hr̃s patre uiuente, & ideo nepos ſubſtitutus ſm̃ cõſilium l. Velle. in ſecundo capite admittitur ex ſubſtitutione, & non rũpit. h. d. Et primo format quęſtionem circa ſm̃ caput l. Velle, & quærit, an nepos admittatur, & rũpat uſque ibi, nõ nihil. Secundo probat, ꝙ admittatur, & rumpat inſpecta generalitate verborum ſecundi capitis, q̃ loquit̃ qñ ille, qui primo loco eſt inſtitutus, deſinit eſſe ſuus hr̃s, ut quia moriatur, & nõ diſtinguit quo tempore, an uiuente teſtatore, an poſt mortẽ, ergo nec nos debemus diſtinguere, non ergo eſt curandũ, ꝙ poſt mortẽ teſtatoris iſte filius mortuus ſit ad hoc, ut habeat locũ ſm̃ caput, & hoc uſque ibi, niſi ꝙ ibi reiecta dicta rõne tanquã non bona, ꝙ licèt ſm̃ caput non diſtinguat tp̃a. tñ ſanè debẽt intelligi, qñ deſiit eſſe ſuus hæres teſtatore uiuẽte, quia uoluit prouidere in caſu, quo nepos p̃teritus rumperet, ſed tunc rũperet, qñ teſtatore uiuente filius exiret de medio, aliàs ſecus, ut l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. ſup. eodẽ. & ideo reiecta illa rõne ponit aliam meliorem, pp̃ quam determinat idẽ, ut nepos admittatur, & nõ rũpat, & habeat locum ſm̃ caput, quia licet ſit mortuus poſt mortẽ teſtõris, fingitur tñ mortuus præambula hora captiuitatis, & ſic teſtatore uiuente, habet ergo locũ ſm̃ caput. h. d. in effectu. ¶ In tex. ibi, (liberi eius, & cæteri.) iſta verba deficiunt in §. præced. vbi recitantur uerba ſecundi capitis. l. Velle. ſed hic plenius. Et iſtud uerbũ, liberi. neceſſario reſtringit̃ ad filios, alias uerbũ, & cæteri, qđ ſtatim ſequit̃ eſſet ſuperfluũ, qm̃ appellatione liberorum,[a] continentur oẽs deſcendẽ
a tes, l. liberorũ. de verb. ſign. ergo fuit ſenſus ſecundi, capitis ꝙ inſtituatur filius, vel nepos, vel pronepos, qui teneat primum locum tempore teſtamenti, & ſic ipſe deſinat eſſe ſuus hæres, & ſubſtituat ſequentem in gradu iam natum deſcendentẽ ex illo inſtituto, ne præteritus ſuccedat in locũ patris ſui de medio ſubducti teſtatore uiuente, & rũpat. ¶ In tex ibi, (poſſit per
a interpretationem induci.) †No. ꝙ caſus fictus uenit non ex proprietate uerborum, ſed per interpretationem extẽſiuam, ideo
b non cõprehenditur in ſtatutis,[b] vt no. in l. tertia. §. hac uerba. de neg. geſt. Itẽ patet hic, ꝙ iſte caſus additur per Scæuolam ad ſm̃ caput l. Vell. & niſi adderetur de proprietate uerborum ſecundi capitis, non veniret, ſed contra, quia uerba ſecundi capitis ſunt ita gñalia, ut comprehẽdant omnes caſus, quos Scæuola ſuppleuit ad conſilium Galli, ut ſupra proxi. §. ibi, ad oẽs caſus, ſed iſti caſum fictũ Scæuola addit ad conſilium Galli, ut ſupra eadem l. §. & quid ſi is, ergo iſte §. eſt ſuperfluus. glo. ſi. huius §. uoluit notare differentiam inter iſtũ caſum, & illũ, ſed nõ rñdet formaliter. Dic ergo, ꝙ uerba ſecundi capitis ſunt ita generalia, ꝙ cõprehendunt oẽs caſus, in quibus filius exit de medio uiuente teſtatore, & uerè puta per mortẽ naturalẽ, vel ciuilẽ emancipationem contingẽtem uiuo teſtatore, nam oẽs iſti caſus ueniunt ex virtute uerborum ſecundi capitis, non ſic veniunt ex uirtute uerborum conſilij Galli, qui ſuit locutus magis ſtricte, qñ exiret de medio p̱ mortẽ ueriã, ideo alij caſus neceſſario fuerunt ſupplendi p̱ Scæuolã in §. & quid ſi tm̃. Sed ad ſm̃ caput nõ expediuit, ſupple dictos caſus, non aũt cõprehendunt dicta uerba præfatos caſus. qñ contingerent poſt mortẽ teſtõris, licèt fingantẽ cõtingere ipſo uiuente, & ideo ſicut Scæuola ſuppleuit iſtum caſum fictum ad cõſilium Gal. ita hic ſupplet ad conſilium Vell. ¶ †In tex. ibi, (ut ſi filium apud hoſtes
3 habens) ſubaudi tp̃e teſtamenti. Itẽ ſubaudi quem hæredẽ inſtituat ſub conditione, ſi ab hoſtibus reuertatur, vt no. glo. in d. §. quid ſi is in prima gl. & ſibi ſubſtituat nepotem iam natũ tẽpore teſtamenti ſm̃ formam ſecundi capitis l. Velle. videlicet ſi filius ſuus hæres eſſe deſierit, & contingit, ꝙ poſtea filius moritur apud hoſtes poſt mortẽ teſtatoris, & ſic fingitur mortuus non ſolũ teſtatore uiuente, immo ẽt ante factum teſtm̃, quia prius captus erat, ut hic patet. ¶ Sed oppo. quòd talis Inſtitutio de filio capto non fuerit neceſſaria, ut j. eod. tit. l. pen. & ſ. eo. ti. l. pe. & ſ. ca. i. §. in omnib. uer. ꝙ neceſſe. Sol. verum eſt inſpecto ſtatu, qui erat tẽpore teſtamenti, quia cum eſſet ſeruus hoſtiũ, habebatur pro mortuo, ideo eius præteritio non vitiat teſtm̃ a principio, ſimiliter nõ fuit neceſſaria inſpecto futuro euentu, ſi ibi moriatur, ſed quia poterat contingere, ꝙ reuerteretur, & tunc rumperet teſtm̃, ſi in eo reperiret ſe præteritum, fuit expediens, & vtilis: ideo poſui, ꝙ fuit inſtitutus. Sed tunc oppo. ſi ſua inſtitutio fuit facta ſub conditione, ſi reuertatur ab hoſtib. ſimiliter ſubſtitutio nepotis cenſetur facta ſub eadem conditione, ſi reuertatur ab hoſtibus, & etiam ſub alia. videlicet, & poſtea deſinat eſſe ſuus hæres, non enim p̃nt illa uerba uerificari, niſi ab hoſtibus reuertatur, quia tunc incipit eſſe ſuus hæres, ideo põt poſtea deſinere, ſed ſi non reuertatur, non incipit, ergo non poteſt deſinere, tunc ſi illa conditio, ſi reuertatur, non extitit, ergo ſicut deficit eius inſtitutio, ſimiliter debet deficere ſubſtitutio, quia defectus illius conditionis inducit ẽt defectũ ſecundæ conditionis, & ſi ita eſt, non debet admitti ex ſubſtitutione, cuius contrarium hic dicitur. Glo. & Doct. non tangunt, ſed dic, ꝙ illa conditio ſi reuertatur ab hoſtibus, benè reddidit inſtitutionem conditionalem, quia non poteſt ſortiri effectũ, niſi reuertetur, ſed non ſic reddit conditionalem ſubſtitutionem, quia illa poteſt ſortiri effectum, etiam ſi non reuertatur, nam intentio teſtatoris fuit obuiare, ne præteritione nepotis teſtamentum reddatur nullum, ſed nullum redderetur eo nõ reuerſo, ſicut eo reuerſo, & poſtea deſinente eſſe ſuo. Verba ergo illa appoſita in ſubſtitutione nepotis, ſi filius deſinat eſſe ſuus hæres. comprehendunt etiam caſum, in quo nunquã incipit eſſe, quia illa conditio erat neceſſaria ad actum, & ideo expreſſo uno caſu, uenit alius ſimilis, ut dixi in §. & quid ſi tantũ.
4 ¶ †Sed quarto, quid ſi iſte filius mortuus eſt poſt mortẽ patris, non tamẽ apud hoſtes, an admittitur nepos ex ſubſtitutione? Reſpondeo non, ſi fuit facta in ſuitate ſecundum formam conſilij l. Velleiæ, quia ſolum uẽdicat ſibi locum, ſi incipiat nepos tenere primum locum teſtatore uiuente, quo caſu, rumperet, ſi non eſſet inſtitutus, uel exhæredatus, ſed nunc nunquam incæpit tenere primum locum verè, vel fictè illo uiuente: vnde ſi fuiſſet præteritus, nõ rumperet, ut l. ſi quis poſthumos. §. ſi filiũ. ſ. eo. ideo ceſſat ſubſtitutio, & de hoc eſt tex. cum gl. in l. ſi mr̃. §. ſi. de vul. & pup. ſecus ſi fuiſſet facta in hr̃ditate, vt l. ſi hæres non erit. ut dixi. ſ. ea. l. §. & quid ſi tm̃. per l. ſi filius hæres ſ. eod.

ADDITIONES.

a ¶Appellatione liberorum. Adde l. nuptias. ff. de ritu. nup.

b ¶In ſtatutis. Et ꝙ fictio non habeat locum in ſtatutis maximè pœnalib. Adde Bar. in l. ſi hæres. infra de acq. hær. in l. 3. §. hac uerba. ſup. de neg. geſt. Bal. in l. meminimus. C. de legi. hær. & in l. 3. in prin. C. qui teſta. fac. poſ. & Abb. in conſil. 72. incip. in hac cauſa. Cur.

1 *Capita l. Velleiæ diſtinguuntur, & declarantur.*

2 *Dictio, in, quid importet remiſſiuè.*

a **§. Ille caſus.** †Nepos, qui non erat natus tp̃e teſtamẽti, ſed naſcitur, poſt uiuente teſtatore, & etiam viuente patre ſuo, eodemque filio inſtituto nõ pertinet ad primum, vel ſm̃ caput l. Velle. quia primũ loquitur de nepote, qui naſcitur ſuus, quia nemo eum præcedit tp̃e natiuitatis, ſed iſte non eſt hm̃õi. Secundũ vero loquit̃ de nepote, qui erat natus tp̃e teſtamenti, & iſte non eſt hm̃õi, & iõ ſubſtitutio facta de tali nepote non ſuſtentatur aliquo iure, nec per Velleium, ut dictũ eſt, nec per Gallũ, qui loquebat̃ de nepote nato poſt mortẽ teſtõris, & iſte non eſt hm̃õi, iõ talis nepos tanq̃ nõ inſtitutus poterat tm̃ rũpere, q̃a non ualuit eius inſtõ, cum tp̃e teſtamẽti eſſet poſthumus alienus, ſed Iulianus iuriſc. iſtũ caſum tanq̃ omiſſum ſuppleuit l. Velle. ex participatione vtriuſque capitis illius l. nam participat de primo, quod loquitur in nepote nondũ nato tp̃e teſtamenti, & iſte eſt hm̃õi, itẽ de ſcđo de nepote nato uiuente patre ſuo, ut in §. ẽt. in prin. & iſte eſt etiam huiuſmodi, licèt in alijs dicta capita non conueniant huic caſui. Idẽ Iulianus ſuppleuit, & ſuppletio fuit neceſſaria, quia caſus erat de ſe difficilis, cũ ceſſarent oẽs prouiſiones h. d. in effectu vſque ad uer. quatenus, ſic põt dici, ꝙ ueniat ad ſuppletionẽ primi capitis, cui magis ꝯuenit, quia inducit, ut poſſet inſtitui ille, qui nõ poterat, ſicut ipſum primũ caput, non ſic ſm̃ tamen quia participat de utroque capite, poſſet etiam dici, ꝙ veniret ad ſuppletionem utriuſq;. Et primo formatur quæſtio vſque ibi, (non enim.) ibi oſtendit, ꝙ nec primum caput, nec ſm̃ l. Velle. locum habeat in dicto caſu, uſque ibi porro. Ibi vr̃ ex hoc inferre, ꝙ de rigore iuris inſtitutio de tali nepote non valeret, tanquam facta de poſthumo alieno, & nullo iure ſuſtẽtata, vſque ibi, Iulia. ibi ponit determinationem Iul. In contrarium de benignitate, & ſic primo fuit ius Galli, poſtea Velleij, poſtea Iul. poſtea Scæuolæ, poſtea p̃torũ, qui permiſerũt poſthumum alienum inſtitui, ut Inſt. de leg. §. poſthumus. poſtea fuerunt

ſtea fuerunt conſtitutiones imperiales, quas nõ habemus hoc
i ſtem ſtatuentes, vt Inſti. de bo. poſſ. in pnn. poſtea tñſa ſutiſcon
ſultorum ſacientia de pdictis mẽtionem, ut ĩ. de le. ottimo. l. pẽ.
¶ In gl. j. ibi (eo tempore, quo mortuus eſt filius) iſta gl. in hoc
non bene loquitur, dixi ſ. ea. l. §. ẽt ſi parente. quia qñ tempore
teſtamenti filius erat iam de medio ſubductus, non loquit̃ ſ̃m
caput l. Vell. in alijs gl. dicit bene. ¶ In gl. quæ incipit, ſubaudi
naſcituros in fi. tene hanc vltimam, qa ſ̃m caput l. Velle. non p
mittit inſtitui nepotem, cum loquitur de nepote iam nato tpe
teſtamenti, quem ipſa l. 12. tab. permittit inſtitui, vñ nõ erat ne-
ceſſaria alia ,puiſio, ſed vetat eũ rũpere, ſi eſt inſtitutus. Sed cer-
te vr̃, ꝙ nec fuerit neceſſarium, quod uetaret eum rumpere, qa
poſtquam eſt inſtitutus, etiam ipſa l. 12. tab. uetat eum rumpe-
re, ſed certe ad hoc reſpondetur in tex. in uerſic. (ne ue ob eam
rem) quia l. 12. tab. permitteret eum inſtituere, tamen quia fuit
inſtitutus eo tpe, quo non erat ſuus, quia non tenebat pnmum
locum, & poſtea incepit eſſe ſuus filio de medio ſubducto, &
tanquam ſuus non reperitur inſtitutus, uidebatur pp hoc te-
ſtamentum rumpi, ſed Velleia. ,phibuit, ne teſt̃m propter hoc
minus ratum eſſet. i. quia ipſe nepos poſtquam ſactum ſucce-
dit in locum ſui hæredis, & ſic eſt hic tex. de eo, quod dixi in §.
etiã. ¶ Vltimo oppo. ꝙ iſte §. fuerit ſuperfluus quia caſus com-
prehendebatur in primo capite l. Velle. ut in §. nunc de l. ver. vt
non ſolum. ubi dicit, uerum ẽt ſi uiuo patre naſcatur. Sol. licet
Hugo, & Azo hoc dixerint ibidẽ, tñ illa opi. non eſt uera, & ille
tex. exponit̃ uiuo patre. ſ. ipſius filij, de quo ſ. immediate fuit lo
cutus, & ſic in auo, ſeu teſtatore, filius autem erat mortuus ſ̃m
Bar. & ſic Bar. hic ſentit illud, quod ego ibi dixi, quod Hugo, &
1 Azo ſenſerunt de iſto caſu, ibi videtur innuere cõtrariũ. ¶ † Vl-
a timo de ſignificatu iſtius dictionis, in ᵃ vide per Bart. qui ponit
pulchram diſtinctionem.

ADDITIO.

a Dictionis, in. Adde Ioan. And. in c. nobis. de iu. pat. Lud. Ro. conſi. 367. inci. nun-
quid ſub gratia. Et de iſta dictione p Bal. in l. 1. §. hęc uerba. ſ. de his, qui deie-
cerunt. vel effude. per Spec. in tit. de diſputa. & alleg. §. 4. uerſi. item clauſula. &
verſi. item non ob. cum uerſ. ſe. & p Ale. de Imo. in conſi. 21. in 4. uolum. & Ad
de ꝙ Car. in clem. 1. §. 1. de ætа. & quali. dicit, ꝙ ẽt denotat aliquid nõ eſſe pri
cipale, vnde eſt ſcm̃ mandatum ad prouidendum alicui in tali eccleſia, non in
telligitur, ꝙ poſſit prouideri illi de illa eccleſia. ita Car. in 9. q. alleg. c. cũ olim.
1 **§. Idemque.** † Si non adeatur hereditas ex paterno teſtõ, non poteſt obtineri hæreditas ex pup. ſubſt. h. d. cum §. ſeq. vſque ad §. ad ſubditos. Et primo loco loquitur, quando pup. fuit inſtitutus vna cum extraneo uſque ibi (& aſſe.) Secundo quando ſolus extraneus, & pup. exhæredatus. ¶ In tex. ibi (& ego patris hæreditatem repudiauero) ſimiliter pup. repudiauit, vel ſaltem non adiuit, nec ſe immiſcuit, ita intelligit gloſ. iſtum tex. ꝟ. ad Treb. l. ita tamen. § qui ſuſpecta. ꝙ incip. aliam Dyn. ſi autem adiuiſſet, vel ſe immiſcuiſſet, tunc licet ſuus hæres repudiauerit paternam: quia ſubſtitutio pup. eſſet confirmata per aditionem pupilla. non prohiberetur ſubſtitutus venire ex pup. & tunc cum hæreditate pup. habebit etiam portionem paternam, quam ipſe repudiauit, quoniam accreuit pup. vt in fi. hẽr in l. ſi ex parte. infra de acq. hær. Sed contra, ꝙ licet pupill. repudiauerit: quia tamen remanſit hæres domini, hoc ſolum ſufficit ad confirmandas tabu. pupi. vt infra eodem ꝟ. ſi filius qui patri. & l. Iulia. de acquirenda hæredita. Solut. illud eſſet verum ſi habuiſſet cohæredem ſuum, & dicta l. filius. per aditionem vero hæredis tollitur effectus exiſtentiæ ſui hæredis, quantum ad confirmationem eorum, quæ dependent ex teſtamento, caſus eſt hic ſecundum communem intellectum Doct. & l. apud Iul. §. idem Iul. ad Treb. & licet ad illum tex. bene poſſet reſponderi, ſi quis uellet tenere contrarium, ad iſtum tamen difficilis eſt reſponſio. Dicunt quidam, ꝙ iſte tex. vult aliud dicere ſcilicet, quod non poteſt ſeparare bona paterna a bonis impuberis, vt continuetur cum § præcedenti. qui loquitur, quando impubes fuit ſolus inſtitutus, hic quando pro parte, & illum intellectum etiam ponit glo. in illo §. qui ſuſpectam. pro quo facit tex. ibi dum dicit, idemque eſt, & ſic videtur cõtinuare, ſed repugnat tex. dum dicit, nec filij hæreditatem habere poſſunt. & ſic innuit. quòd non erat contentio de ſeparatione, ſed de tota hæreditate pupilla. an poſſet eam habere, poſtquam repudiauit paternam, & dicitur, quòd non: quia pupil. non fuit confirmata per aditionem alicuius: & ſecutus eſt iſtum communem intellectum tenere.

---

1 *Miles ſicut poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ita & poteſt facere filium ſuum pupillum eodem modo decedere, & numero 2.*
2 *Arrogator non poteſt ſubſtituere impuberi arrogato in bonis, quæ ad impuberem peruenerunt ab alio, quàm ab ipſo, & non contemplatione ipſius, licèt talis ſubſtitutio ſit fauorabilis.*
3 *In quarta debita arrogato benè poteſt ſubſtituere pupilla. ſed per fideicõmiſſum poſt pupillarem ætatem non poteſt.*
In alijs bonis, quæ prouenuunt ab arrogatore ex mera voluntate, poteſt fieri ſubſtitutio fideicom.
4 *Bona, quæ peruenerunt ad te ab alio mei contemplatione, cenſentur a me perueniſſe.*
Dona facta ſponſæ a conſanguineis ſponſi an ſol. mat. debeant ad ſponſam, vel eius hæredem redire.
5 *Dona facta Ambaſciatoribus an debeant reſtitui communitati, quæ ipſos miſit.*
6 *Contemplatione mei dicitur duobus modis, & qualiter.*

1 **§. Ad ſubſtitutos.** †Subſtitutio pupi. trahitur ad omnia bona pup. etiam quæ nunquam fuerunt patris, niſi facta ſit a milite contrarium diſponente, vel ab arrogatore: quia non trahitur, niſi ad bona, quæ prouenerunt ab arrogatore: voluntariè, vel ex neceſſitate, vel ab alio contemplatione arrogatoris. h. d. cum §. ſequenti. vſq. ad §. nemo. Primum dictum, ꝙ pupillaris trahitur ad omnia bona impuberis procedit etiam ſi ſit talis pupil. quæ non cõprehendat tacitam vulgarem, vt ꝟ. eodem l. paterſam primis tabu. ſecundum intellectum Dy. videbatur, quòd tunc non traheretur ad bona, quæ prouenerunt a teſtatore: quia non eſt cõiuncta
2 cum vulgari. † Item no. quod ſicut miles poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ita & poteſt facere filium ſuum pupi. eodem modo decedere, ratio colligitur ex l. ſecunda. §. prius. ſupra eodem quia eſt unum teſtamentum. ¶ In §. ſeq. no. quòd arrogator non poteſt ſubſtituere impuberi arrogato in bonis, quæ ad impuberem peruenerunt ab alio, quam ipſo, & non contẽplatione ipſius, licet talis ſubſtitutio ſit fauorabilis: & ideo videbatur, quod traheretur ad omnia bona: quia videbatur fauor pupil. vt non decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ſed dic, vt plenè no. in d. l. ſi arrogator. per Cy.
3 poſt Pe. ¶ † Item no. quod in quarta debita arrogato bene pôt ſubſtituere pupil. quia prouenit ab eo, licèt ex neceſſitate, ſed per fideicomm. poſt pup. ætatem non poſſet ſubſtituere in illa quarta: quia eſt grauamen, & in illa non poteſt grauamen apponi, ſicut nec in legitima iure naturæ. vt d. l. ſi arrogator. §. ſed ac impuberi, & l. cohæredi. §. cum filio. verſi. nec fideicom. ſed pupi. bene poteſt fieri in legitima iure naturæ, ut l. ex trib. C. de inoff. teſt. ergo etiam in iſta. In alijs autẽ bonis, quæ proueniũt ab arrogatore ex mera voluntate, poteſt fieri ſubſtitutio fidei-
4 com. & hoc etiam vult gl. & bene. ¶ † Vltimo no. fin. qui ſemp allegatur, quod bona, quæ proueniunt ad te ab alio mei contẽplatione, cenſetur a me prouenisse. Et ideo inducitur ad quæſtionem de bonis factis ſponſæ a conſanguineis ſponſi, vt ſolu. mat. debeant ad ſponſum, vel eius hæredem redire, ſicut ſi ab eo perueniſſet, de quo tangitur hic per Bar. certè ſi matrimonium ſolueretur morte mariti, talis donatio confirmaretur, & ſic non deberet redire ad heredes mariti, vt l. cum hic ſtatus. §. ſi. de do. inter vir. & vxo. procedit ergo illud dictum, quando ſoluatur morte mulieris: nam tunc donatio facta a marito reuocatur, ergo & facta ab alio contemplatione mariti. vel dic in hoc ſeruandam eſſe conſuetudinem loci, poteſt etiam colligi notabile alio mõ, ꝙ ea, quæ fuerunt tibi donata contemplatione mei cẽſentur iuiſſe donata mihi, & ſic tenearis reſtituere mihi, & pro hoc
5 l. a diuo. infra de acquired. hære. † Et tunc facit ad quæſtionẽ ad
a quam inducit hic gl. de donis factis ambaſciatoribus. * Mediolanenſi.

ADDITIO.

a De donis factis Ambaſciatoribus. Adde gl. in l. qui proprio. ff. pro ſoc. Bal. in l. ꝟ. §. in extraneos. C. de don. in apoſt. de conceſ. & præb. Cy. & Bald. in l. manifeſtiſſimi. in §. ſed cum in ſecundo, C. de fur.

6 lanenſibus per † Imperatorem Conſtantinopolitanum, ut de-
beant reſtitui communi, tanquam facta contemplatione cõ-
munitatis, quæ ipſos miſit, de qua quæſtione etiam no. in l. ſi ve
rò. §. unico. ſupra ſoluto matrimonio. & vide hic per Bar. quòd
duobus modis poteſt dici contemplatione mei, primo quãdo
ſunt cauſa immediata: quiá non donaſſet, niſi pp me, & tunc
procedunt ea, quæ dicta ſunt. Secundo, quando mediata, ut ga
pp me Titius habuit notitiã de re, quã aliàs non habuiſſet, ſed
poſtea pp notitiam tibi donauit, & ſic non contemplatione
mei, ſed ex amicitia tecum cõtracta, & tunc ſecus. & iſta diſtin-
ctio colligitur ex l. ſocium, qui in eo. §. fi. ſ. pro ſocio.

---

1 *Subſtitutio facta ſibypſi quando ualeat.*
2 *Subſtitutio facta ſibypſi continet utilitatem, ſi inſtitutio eſſet onerata le-
gatis, & ſubſtitutio non.*

1 §.Nemo. † Si aliquis ſubſtituatur ſibi ipſi, non ualet
ſubſtitutio, niſi contineat aliquam utilita-
tem, puta quia mutetur cauſa, uel ſubſtituatur in maiori por-
tione, quàm fuerit inſtitutus. hoc dicit in effectu, de hoc dic, vt
2 j. eod. l. fin. † Eſt & alius caſus, in quo continet vtilitatem, ſi in-
ſtitutio eſſet onerata legatis, & ſubſtitutio non, & tunc etiam
valeret, vt l. i. §. ſi proponatur. ſi quis omiſ. cau. teſtam. Declara
iſtum tex. vt in glo. nam dicitur mutari cauſa, quando erat in-
ſtitutus ſub conditione, & in defectum cõditionis ſibipſi ſub-
ſtitutus: non enim poteſt habere ex inſtitutione, niſi exiſtat cõ
ditio, ſed ex ſubſtitutione poteſt habere etiam ſi deficiat, & ſic
continet vtilitatem.

L E X XI.

1 *Capacitas, & incapacitas ſubſtituti pupil. inſpicitur tempore mortis pupil
li non teſtatoris.*
2 *Eſſe incapacem hæreditatis eſt quædam pœna.*
Statutum inducens incapacitatem dicitur pœnale, & odioſum.
Quòd iure ſſorum ualebat relictum nomine pœna.

1 SIis, qui hæres. ¶ † Capacitas, & incapaci-
tas, ſubſtituti pupil. inſpici
tur tempore mortis pupil. nõ teſtatoris. hoc dicit.
Ratio eſt, quia eſt ſubſtitutio conditionalis, ſi pu-
pil. deceſſerit in pupil. ætate, ſi ergo ſubſtitutus tẽ
pore mortis teſtatoris eſt incapax, & poſtea tempore mortis
pupil. reperitur capax, non nocet illa prima incapacitas, ſecus
quantum ad hæreditatem ipſius defuncti, ut l. ſi alienum. §. in
extraneis. ſupra tit. primo. iuncta l. liber homo. § ſi hæres inſti-
tutus. eodem titu. intellige tamen, quòd fuit capax tempore
teſtamenti, & tempore aditionis. ¶ In fin. tex. ibi, licèt in pa-
tris poteſtate non ſit. ut quia tempore mortis patris erat ca-
pax, & tempore mortis pupil. erat incapax: non enim prodeſt
2 illa capacitas. † Et no. hic tex. quòd eſſe incapacem hæreditatis
eſt quædam pœna: unde ſtatutum inducẽs incapacitatem di-
citur pœnale, & odioſum. ¶ Vltimo eſt hic una glo. quæ re-
probatur per omnes, dicitur enim, quod iſto tempore non ua-
lebat relictum nomine pœnæ, quod eſt falſum, ut j. de condi.
& demon. l. mulcta non committitur. & l. j. §. item ſi ita. ad leg.
Falc. tit C. de his, quæ pœnæ nom. l. unica.

L E X XII.

1 *Filius, quod poſſit paternam hæreditatem repudiare, & amplecti ſubſtitutio-
nem pupillarem: & ad quæ legata teneatur.*
2 *Nuda exiſtentia ſui hæredis confirmat ea, quæ tendunt ad utilitatem ipſius
filij, & quid ſi tendãt ad utilitatem alterius, & num. 8.*
3 *Exiſtentia ſola ſui hæredis non confirmat legata, & fideicommiſſa. fallit in
legato libertatis, & in relictis ad pias cauſas, fideicommiſſum etiam uni-
uerſale confirmatur, & tutelarum dationes.*
4 *Intentio creditorum non eſt fundata contra filium, quanquam hæredem, ni-
ſi probent, quod ſponte adiuerit, uel ſe immiſcuerit.*
In caſu huius legis an non poſſit fieri ſeparatio bonorum patris a bonis filij.
5 *A ſubſtituto exhæredati non poſſunt fieri legata.*
6 *Nudum nomen hæredis, quod remanet poſt reſtitutionem in integrum ad-
uerſus aditionem, an ita ſufficiat ad confirmãdas tabulas pup. & tutelas,
& fideic. uniuerſale, & legata ad pias cauſas, ſicut exiſtentia ſui hæredis,
& non ſic ad legata particularia.*
7 *Filius repudiando beneficium prætoris, an deſinat eſſe hæres de iure ciuili.*
Ius prætorium cenſetur pars iuris ciuilis.

1 SI filius, qui patri. † Filius a patre inſtitutus, &
fratribus pupil. ſubſtitutus po
teſt repudiare paternam hæreditatem, & amplecti pupil. ſe-
parando bona paterna a bonis pupil. & non tenebitur ad lega
ta, niſi quæ relicta ſunt in ſecund. habita ratione Falcidiæ ſi im
minet, in cuius computatione non ueniunt bona paterna, ſed
duntaxat pupil. hoc dicit iſta l. ſolennis, & difficilis, quam diui-
de: quia primo ponitur vnum dictum vſque ibi (iuſtus.) Secun
do remouet duas obiectiones, quæ poſſent fieri vſque ibi (præ-
ſertim.) Tertio confirmat primum dictum per nouam rationẽ
vſque ibi itaque.) Quarto infert ad deciſionem noui dubij, In
j. parte ibi (hæreditatem patris recuſet) ideſt illam portionem.
in qua ipſe fuit inſtitutus: & ſimiliter repudiare portionem,
in qua fuit inſtitutus impubes, & ſic ſeparare bona paterna a
bonis pupil. vt colligitur infra c. proxim. verſicu. in verbo ſepa-
rationem, & ita intelligit glo. iſtum tex. in l. quidam elogio. C.
de iure deliberan. dicitur ergo hic, quòd vtrunque facere po-
teſt, quod intellige, ſi pupil. non immiſcuit ſe paternæ, aliàs non
poſſet fieri ſeparatio, vt l. ſed ſi plures. §. filios. ſupra eodem glo.
hic, & in d. l. quidam elogio. videtur ſentire contrarium, quod etiã
ſi ſe immiſcuit, poſſit, & eſt ſpeciale in fratre propter rationem,
quæ j. ſubijcitur in verſicu. præſertim, quòd §. filios loquatur
in extraneo, ſed iſte intellectus communiter non tenet, & ille
verſicu. præſertim, vult aliud dicere: intellige ergo, quod pupil. re-
pudiet, ſed tũc non habet dubium, nec conueniret literæ: quia
ſeparatio iam eſſet facta ab ipſo pupil. per tex. j. qui vult, quòd
poſſit fieri ab ipſo ſubſtituto, dic ergo, quod pupil. nec adiuit, nec
repudiauit, & ſic portionem hæreditatis paternæ tranſmiſit ad
ſuum hæredem iure ſuitatis, non tanquam aditam, ſed vt adeũ-
dam, vt l. ſi quis filium. § primo. j. de acquirenda hæredita. & l.
ſi quis hæres. poterit ergo ſubſtitutus adire pupil. per prius, &
poſtea tanquam hæres pupil. repudiare paternam, ſicut poterat ip-
ſe pupil. ante verò quam adeat pupil. hoc facere non põt, quia ius
adeũdi, ſeu ſe immiſcẽdi eſt in hæreditate pupil. & ſi ſubſtitutus
repudiaret pupil. tranſiret vnà cum paterna ad propinquiorẽ
ab inteſtato, cui ſubſtitutus iſte non potuiſſet facere hoc præiu
dicium, iuxta no. in l. qui ſe patris. C. vnde lib. ¶ In tex. ibi (iuſtus
enim.) Hic poſſet opponi de l. ſed ſi plures §. ſi aſſe. ſupra eodẽ.
vbi ſi ſubſtitutus repudiat paternam, non poteſt habere pupil.
ſed reſpondetur, quòd ibi loquitur in extraneo in ſolidum inſti
tuto, qui ſi repudiat, non remanet hæres nomine, & ſic nõ eſt,
per cuius aditionem pupil. ſubſtitutio confirmetur, nos loqui-
mur in filio, qui licèt repudiauerit remanſit hæres nomine, &
iſta exiſtentia ſui hæredis confirmat tab. pupil. & ideo iuſtum
eſt ſibi concedere ſeparationem bonorum. In tex. ibi (etenim)
hic poſſet opp. quod idem ſit in filio: quia licèt per l. xij. tabul. effi-
ceretur neceſſarius hæres, prætor tamen per ſuum edictum de-
dit ſibi licentiam abſtinendi. propter quam redigitur ad inſtar
emancipati, vt l. nam nec emancipatus. de legatis primo, & ſic
cenſetur extraneus, ſicut emãcipatus, vt l. prima §. extraneum. C. de
rei vxo. actio. Sed reſpondetur, quòd ius prætorium emanauit ad
exonerandum filium, ne oneribus hæreditarijs implicetur, niſi
ſponte ſe immiſceat, & ſic ad ſui vtilitatem: non ergo debet ope-
rari id, quod ſit in dãnum eius, videlicet, vt faciat ipſum deſine-
re eſſe hæredem nomine quia nec hoc poſſet facere, cum tale
nomen inferatur a iure ciuili: & ideo iſtud nomen operatur in his,
quæ concernunt vtilitatem eius, ſcilicet, vt confirmet tabu. pu
pil. in quib. ipſe filius, qui abſtinuerit, ſubſtitutus erat. hoc dicit
tex. ſatis obſcurè, & melior quàm in aliquo loco habeatur in
2 iſta materia. † Et ſic nota, quod nuda exiſtentia ſui hæredis confir-
mat ea, quæ tendunt ad vtilitatem ipſius filij: ergo ſi nõ tende
rent ad vtilitatem ſuam, ſed alterius, videretur ſecus, vt ſi alius
eſſet ſubſtitutus, quam iſte frater. contrarium tamen tenent Doct.
nam ſufficit, quod ſit fauor pupi. vt ſibi ſuccedatur ¶ In tex. ibi
(præſertim.) ibi confirmat primum dictum tali ratione, ſi iſte
frater non eſſet ſubſtitutus, nihilominus poſſet obtinere hæ-
reditatem fratris pupil. ab inteſtato tanquam proximior legiti
mus: idem ergo debet eſſe, ſi fuiſſet ſubſtitutus, licèt repudia-
uerit inſtitutionem: quia non debet eſſe deterioris conditionis
ex eo, quod habuit voluntatem patris, quàm ſi non habuiſſet, &
ad iſtã rõnem facit l. Titia. §. fin. de legatis ſecundo. Et aduertẽ
dum. quòd nunc habet ex teſtamento, ſed ſi non eſſet ſubſtitu
3 tus, haberet ab inteſt. ¶ † In tex. ibi (duntaxat ex ſecundis ta-
bul.) quaſi dicat, non ex paternis, poſtquam paternam hæredita-
tem repudiauit, ſed ex ſecundis ſic: quia ipſa adiuit, & per ve-
ram aditionem confirmantur, ſed illa per ſolam exiſtentiam
ſui hæredis non confirmatur, vt eſt caſus hic, qui ſemper allega
tur, quod exiſtentia ſola ſui hæredis non confirmat legata, & fi-
deicom. quia tendunt in diminutionem hæreditatis, & non ſũt
fauorabilia, ſicut & ſubſtitutio pupil. concord. in l. i. in fin. j. vt
in poſ. ¶ In fi. tex. ibi (vt aliàs ſolet) .ſ. quando adiretur hæreditas
ex paterno, & ex pup. nam tunc omnia bona patris, & filij præ-

buerentur in cōputatione Falcidiæ,etiam ſi tractatur de lega-
tis relictis in ſecundis tab. ut ſ.ad l. Falc.l.in tōne. §. quod vul-
go.Quòd aũ dixit de legatis,fallit in legato libertatis quod cō
firmatur propter exiſtentiam ſui hæredis , ut l. quaſi §. ſed & ſi
quis.de fideic.lib.item dicunt Docto. in relictis ad pias cauſas.
argum.illius §.fideicom.etiam uniuerſale confirmetur,ut l.ita
tamen §.ſi pater,ad Treb.quia non tendit ad diminutionē hę
reditatis,ſimiliter tutelarum dationes:quę ſunt fauorabiles ſi-
4 cut ſubſtitutiones pupil.ut no.in l.ſi nemo ſ.de teſt.tu. ¶ †Vl-
timo iſte tex.in uerſ.etenim.alleg per quoldā,ꝙ ſit fundata in-
tentio creditorum ꝯ filium tanquā ꝯ hæredem, niſi per ipſum
probetur repudiatio, dum dicit non ſponte ſuſceptis liberare,
ſcilicet,per repudiationem, ſed iſte tex.potius facit contra, dũ
dicit non ſponte ſuſceptis, & ſic uidetur,ꝙ propter beneficiũ
abſtinendi, quod habet filius a prætore ſit ipſo iure liberatus a
creditoribus,niſi ipſi probent,quòd ſponte adierit , uel ſe im
miſcuerit,de hoc in l.neceſſariis. de acquir.hæred. & iſta uera,
ut no.in l.cum dotem.§.tranſgrediamur.ſolu.mat. ¶ Nunc op
po.ꝯ princip. l. ꝙ ſi filius extitit hæres patris , vt in tex.dicitur,
non,potuerit poſtea repudiare,ut l.iam dubitan, in fi. ſupra ti-
tulo primo , cuius contrarium hic dicitur hæreditatem patris
recuſet &c.Solu.duobus modis, ut in glo.j. & quęlibet poteſt
eſſe bona,tene primam : quia ſecũda continet diminutionem.
¶ Item oppo.contra uerſic.iſtius, ꝙ non poſſit fieri ſeparatio
bonorum patris a bonis filij,ut ſupra eod.l.ſed ſi plures.§.filio.
Solue.duobus modis,ut in glo.a.uſque ibi,item pone,ſed neu-
tra placet,prima licèt ſit vera in ſe:non tamen congruit literę:
quia ſi pupil.repudiauit facta eſt ſeparatio ab eo,& tex. vult,ꝙ
fiat ſubſtitutio , ſecunda eſt falſa:quia ſi pupil. adiuit, ipſe non
poſſet mero iure amodo ſeparare, niſi per reſtitutionem in in-
teg.eodem modo non poteſt ſubſtitutus eius,licèt ſit frater,ſi-
cut nec poteſt ſi eſt extraneus.& in illo §.filio. vnde dic ex glo.
ꝙ nec adiuit,nec repudiauit,ut ſupra dixi. Vel dic ſecũdum Ia-
cob.de Are.ꝙ iſte pupil.erat exhæredatus,& quòd iſta ſepara-
tio ſit per ſubſtitutum , eo ipſo quòd ipſe repudiat hæreditatē
paternam,in erat ſolus inſtitutus , & amplectitur pupillarem .
Iſtam lectu.reprobat Bald.quia ſecũdum hoc exiſtentia ſui hę-
redis filij repudiantis confirmaret exhæredationem. quod eſſe
non debet,ſed requiritur vera aditio,ut l.filium. §.ſed cũ exhæ
redatio.de contratab. Ang.eã ſuſtinet,& reprehendit Bal.quia
eſt caſus in l.ſi filius qui ſe paterna. infra de acquirenda hære-
ditate. Ad ꝯtrium rñde clarius , quàm Ange. ꝙ ſicut filius qui
repudiauit mero iure remanſit hæres nomine,ſed non in effe-
ctu,ita & confirmatio confirmatur ipſo iure, quantum ad va-
lorem teſtamenti,ſed non in effectu.quoniam poterit exhære-
datus ab inteſta. adire hæreditatem,nō quod efficiatur ſuus hę
res ab inteſtato,cum filius inſtitutus remãſerit ſuus hæres inſo
lidum ex teſtamento , & non poſſunt eſſe duo hæredes inſoli-
dum eodem iure,vel econuerſo,ſcilicet vnus ex teſtamēto, al-
ter ab inteſtato, ſed erit hæres voluntarius, & habebit vtilia iu
ra,vt l.defunctus.C. de legiti.hæred. & ſi adibit hæreditatē pa-
tris,ſubſtitutus non poſſet poſtea ſeparare,vt ſupra dixi,ſed hic
dēt intelligi,ꝙ non adiuit, ſed repudiauit,vel nec adiuit,nec re
pudiauit,ſufficit aũt ad vtilitatē exhæredationis , ꝙ potuit con
firmari viuente exhæredato, ſi inſtitutus, idemque ſubſtitutus
adiuiſſet:quia fuiſſet in effectu confirmata, iuxta ea quæ habē
tur in l.ſi ita. §.fin.de liber.& poſthum.Contra iſtam lect. facit
quia a ſubſtituto exhæredati non pſſit fieri legata,ut in l.pen.
de leg.& hic in fi.dicitur contrarium. vnde non videtur bona
in hac lege,ſed ſolue,ꝙ illud uerum,niſi ſubſtitutus fuerit etiã
inſtitutus a teſtatore primo tunc poſſunt fieri, in l. in ratione
§.fin.infra ad l. Falcid.etiam ſi repudiauit inſtitutionem , ut in
hac lege ſecundum iſtam lectu.quæ eſt notabilis ad hoc, & bo
na ſuppletio ad illum §. fin. ¶ Item ſecundò oppo. ad idem, ꝙ
non poſſit fieri ſeparatio de l.quidam elogio. C. de iure delibe
ran.quam ſeq.glo.uoluit allegare,ſed per errorem allegauit. l.
cum quæſtio.C.de legi.glo.non ſoluit iſtud contrarium,dic,ꝙ
ſi ſubſtitutus incipit ab aditione paternæ hæreditatis non po-
teſt poſtea repudiare pupilla.ita loquitur illa l.imo remanet
obligatus ad ipſam acceptandam, & iſtam obligationem trã-
mittit ad ſuos hæredes,vt infra de acquirenda hęreditate l.qui
patri.Sed ſi vult repudiare paternã, & amplecti pupil.tunc ha-
bemus plures leges de hoc tractantes,ſcilicèt iſtã,& l.ſed ſi plu
res.§.filio.& §.ſi ex aſſe.ſupra eodem.& infra de acquiren.hær.
l.Iulia.& l.filius.& l. quæſitum. ad quarum concordiam Dyn.
facit unam pulchram diſtinctionem quam refert & ſupplet
Bart.in plurib.infra de acquiren. hæred. l.fin.& per glo.in d.l.
quidam elogio. ¶ Nunc tertio loco principaliter oppo. quod
poſt q̃ iſte ſubſtitutus repudiauit tam paternã partem , in qua
erat inſtitutus , q̃ illam in qua erat ſubſtitutus pup. non poſſit
habere pupil. quia ſubſtitutio non eſt confirmata per aditio-
nem,quæ requiritur, ut l.2. §.adeo. ſupra eodem. & eſt text. in
l.ſed & ſi plures.§ ſi ex aſſe. Et iſtud contrarium format gl.ter-
tia,in princ. propter hoc glo. ſecunda dicit in uerſic. Item po-
ne,quòd hoc debet intelligi , quod habebat hæredem per cu-
ius aditionem fuit confirmata. Iſta eſt bona in ſe,ſed non con-
uenit literæ : quia tunc uerſic. etenim. ſuperfluè poſitus eſſet.
ideo glo.tertia dicit ſpeciale in fratre : hic uero declarando , ut
dixi ſuper tex.quia remanſit hæres nomine.,contrarium loqui
tur in extraneo. Alij dicunt poſſe poni caſum , ꝙ iſte ſubſtitu-
tus primo adiuit paternam , & poſtea fuit reſtitutus aduerſus
aditionem,unde remanſit hæres de iure ciuili, licèt deſierit de
iure prætorio, & illud ſufficit ad confirmandas tabu.pupil. In
prima gl.quæ hoc ſenſit ſecundum Bar.certè hoc eſſet verum,
etiam ſi ſubſtitutus eſſet penitus extraneus.ſed quia erat filius,
non eſt neceſſarium hoc dicere : quia factus erat hæres per le-
gem, non deſinit eſſe per repudiationem ex edicto prætoris .
6 †No.tamen iſtam lect.ſecundum Bart ꝙ nudum nomen hære
dis,quod remanet poſt reſtitutionem in integrũ aduerſus adi-
tionem,ita ſufficit ad confirmandas tabu.pupil.& tu. & fideic.
uniuerſale,& legata ad pias cauſas, ſicut exiſtentia ſui hæredis.
non ſic ad legata particularia. & ita loquitur l.tertia. ſupra de
cond.indeb.Bal.& Ang. hoc reprehendunt : quia reſtitutio in
integrum omnia reponit in priſtinum ſtatum,ut l.ꝙ ſi minor
§.reſtitutio de mino. certè tamen iſta nihil ualet. non quantũ
ad nomen hæredis illud autem nō auſertur, nec facit ipſum
deſinere eſſe hæredem,ut l.& ſi ſine. §. ſed quod Pap.de mino.
7 ideo tene opin Bar †Sed extra gl.oppo.ꝙ filius repudiando be
neficio prætoris.deſinit eſſe hæres de iure ciuil.quia ius præto-
rium eſt pars iuris ciuilis.ut l.nam & ipſum.ſupra de iuſt. & iu.
& conſtat, ꝙ ius ciuile poteſt facere quem deſinere eſſe hære-
dem ipſo iure.ut l.ſubſtitutione.& quod ibi no.infra,eodē. So-
lu.uerum eſt,ꝙ ius prætorium cēſetur pars iuris ciui. quia fuit
receptum pro iure a populo Romano , non ꝙ prætor haberet
poteſtatem.l condendæ.non enim poſitus erat ad hoc , ſed ad
ius dicendum,ut in iſto tex.dum dicit ius dicentis, tamen quia
per leges populi non prouidebatur plenè in omnibus caſib.p̃-
tores faciebant ſua edicta,quæ ponebant in publico in ſingu-
lis materiis,in quibus declarabant quale ius erant reddituri, cũ
caſus accideret,ad hoc, ut unuſquiſque ſe præmuniret , & iſta
edicta recipiebantur pro legibus, ut patet ex his , quæ habētur
in l. 2. ſupra de orig.iur. Fateor ergo, quòd ſi prætor habuiſſet
poteſtatem legis condēdæ per prius a populo, prout habebat
princeps.& ſenatus,& etiam iuriſcon.faciendo legem,ꝙ filius
poſſet repudiare,feciſſet ipſum deſinere eſſe hæredem ipſo iu-
re.ſicut & quælibet alia lex ciuilis, ſed non habebat:ideo ius
prætorium non erat tantæ authoritatis,quantæ ius ciuile con-
ditum a populo.ideo prætor non tribuebat iura directa, ſed
vtilia,& non faciebat quem hæredem, nec etiam qui erat , de-
ſinere,ut Inſtit.de bon.poſſ.§.quos autem. ¶ Vltimo ſcias, ꝙ
Bar.hic tenet,quòd exiſtentia ſui hæredis , non confirmabat ta
bu.ad commodum tertij extranei ſubſtituti filio exhæredato,
ſed ſi eſſet filius inſtitutus , tunc exiſtentia ſui hæredis ipſiuſ-
met & bene confirmaret ad ſuũ commodũ , ſed exiſtentia mei
non confirmat,niſi ad vtilitatem meam,quod nō placet , quia
exiſtentia confirmat fideicomm.uniuerſale , quod non tendit
ad commodum ipſius ſui hæredis , & etiam donationes tutela
rum factas etiam filio exhæredato. ſufficit ergo fauor teſtamē-
ti conſeruandi. hic non ſunt alia.

LEX XIII.

QVo gradu. Nota hic,quod ſicut in hæredi
tate mea poſſum facere plures
gradus. ita & in hæreditate pupilli mei.quòd ſi mo
riatur in pupilla.ætate, Titius ſit ſibi hæres, & ſi no
lit eſſe, Sempronius ſit. & ſi nolit Sempronius, Ca-
ius ſit,& ſic de ſingulis.idem in legatis , ut poſſit fieri ſubſtitu-
tio vulg.ut l.ut hæredib.& ibi no.de leg.3.

LEX XIIII.

1 *Tempus a lege ſtatutum patri ſubſtituendi pupil.non poteſt prorogari .*
2 *Iudex an poſſit prorogare tempus præfixum a lege,vel ſtatuto,puta , decē
dies datos ad appellandum remiſſiuè .*

1 IN pupillari. †Not. quòd teſtator non
poteſt prorogare tempus a
l.præfixum infra quod dat poteſtatem patri ſub-
2 ſtituendi pupil.†Quid in iudice,an poſſit prorogare
tem-

a tempus præfixum *lege, uel ſtatuto, puta x. dies datos ad appel
landum & ſic de ſingulis: tangit per Dy. in reg. indultum de re-
gulis iuris, la j.& per Bar. in l. 2. ff. de iureiurand. ¶ In glo. ibi §.
conditionẽ. per quem uidebatur quod verba directa relata ad plura
tempora. puta pupillaris ætatis, & etiam poſt reſpectu primi ſta
rent propriè, & reſpectu ſecundi deberent impropriari, ut tra-
hantur ad fideicomm. cuius contrarium gl. ſ. dixerat. Sed reſpõ
denit ſecundum Bar. quod ibi proprius, & improprius ſignifica-
tus tendunt ad eundem fi. i. ad prouidendum filio: nam ſicut
datio tutoris eſt prouiſio, ita & datio curatoris. hic uero tẽdũt
in contrarios effectus: quia pupil. ſubſtitutio eſt prouiſio, & iõ
grauamen. vt l. ex trib. C. de inoffi. teſt. ſed fideicomm. quod eſt gra
uamen non prouiſio: poſtquàm ergo verba directa ſemel po-
suerunt valere iure directo, poſtea non obliquantur. cætera
vide hic per Barto. ſuper iſta gloſ. qui examinat omnes caſus
quos glo. ponit.

ADDITIO.

a Tempus præfixum. Ad prorogationem de tempore ad tempus, vide per Docto. in c. de cauſis. de off. deleg.

LEX XV.

1 *Subſtitutio compendioſa facta a milite per uerba directa filio impuberi, an ualeat iure directo pupill. & quando iure directo militari.*
2 *Non dicitur decedere ſine liberis qui liberos habere non poteſt.*
3 *Compendioſa facta a pagano per verbum commune, valet iure directo infra pupil. ætatem, & poſtea iure fideicommiſ. etiam ſi mater ſit in medio, & quid in milite. & nu. 7.*
4 *Qui poteſt vti iure communi, & etiam priuilegio, in dubio videtur vſus iure communi.*
5 *Vna ſubſtitutio directa poterat transfundi in aliam directam, non ſic in fideicommiſſ.*
6 *Fructus in hæreditate reperti qualiter veniant in ſubſtitutionem militarem.*

5 CEnturio. †Subſtitutio compendioſa facta a mi-
lite per verba directa filio impube-
ri, valet iure directo pup. ff. pupi. ætatem, & trahitur
ad omnia bona impuberis, poſtea vero ualet iure
directo militari, non de iure cõi, ſed ex priuilegio
militis, & non trahit, niſi ad bona teſtatoris, & etiam fructus in
hæreditate repertos. h. d. iſta l. famoſa, in qua Bar. tractat mãm
compendioſæ factæ a pagano, quæ eſt utilior materia, quàm alicu-
ius alterius, quæ diuiditur in tres principales quæſtiones, ſ. qñ
fuit facta per uerba merè directa. item & qñ per uerba merè
obliqua. item quando per uerba cõia, de quibus plenè tetigi. in
2 l. precibus. C. eo. ti. dic, ut ibi. ¶ †In tex. ibi, ſine liberis. per illũ
tex. reprehenditur gl. quæ eſt in l. precibus dum dicit quòd qñ
iſta uerba ſine liberis, ſunt appoſita in compendioſa, teſtator
videtur ſe retuliſſe ad tempus, quo poteſt habere liberos. i. poſt
pupil. ætatem: quia non dicitur decedere ſine liberis, qui libe-
ros habere nõ poteſt, arg. in l. j. in prin. ff. de ſuis & leg. & ex hoc
infert. gl. quod talis compendioſa facta per uerbum commune oĩ
tempore eſt fideicommiſſaria, quia poſt pupillarem ætatem nõ
poteſt fieri directa, certè ſi hoc eſſet uerum, ſubſtitutio iſta fa-
cta in lib. non contineret pupil. ff. ætatem, poſtquam ad illud
tempus nõ uidetur ſe retuliſſe cuius contrarium ſtatim ſequit.
Præterea ſi uera eſſet gl. non valeret iure fideic. omni tempore,
ſed ſolum poſt pupil. ætatem, non ff. eam poſtquàm ad illam ſe non
uidetur retuliſſe, & tamen gl. ibi vult contrariũ, quod omni tẽ
pore. i. tam. ff. pup. ætatem, quàm poſt. ualeat iure fideicom. pro
batur etiam, quod dixi in c. ſi pater. de teſt. lib. vj. pro illa tamen
gl. facit l. credendum. §. ſi neto marirus. ſ. qui pe. ru. dic, ut ibi per
Bar. ¶ In tex. ibi (directo ſubſtituit) puta per iſta uerba talis ſit hę-
4 res. †Quid autem ſi per uerbum commune miles ſubſtituit, pu
ta talem ſubſtituto, gl. & Docto. uidentur ſentire, quod etiam tunc
ff. pupilla. ætatem valeat de iure directæ pupi. & poſtea iure di
rectæ militaris, ſicut dr̃ in hac l. poſtquam miles poteſt ſubſti-
tuere directo omni tempore: fallit tamen hoc caſu, ſi mater eſ-
ſet in medio, quia tunc fauore matris poſt pupilla. ætatẽ obli-
quaret, & iſtum dicit eſſe caſum in l. precibus. Sed quando per
uerba directa, non obliquantur propter matrem per iſtum tex. gl. lo
quitur indiſtinctè. Mihi non placet iſte intellectus ad l. precib.
ſed dico, quod tunc nõ uidetur miles fuiſſe vſus priuilegio milita-
ri, poſtquam nõ fuit uſus verbis directis, ſed uoluiſſe teſtari de
iure communi, & ideo ff. pupilla. ætatem valet iure fideicomm.
ſiue mater ſit in medio, ſiue non, ita intelligo illã l. licet ibi mẽ
eſſet in medio, ſed in hoc non eſt fienda uis: ſi. n. matre non exi
ſtente valeret iure directæ militaris, ut dicunt glo. & Docto. fa-
uore matris, non faceret eam obliquari, quia non meretur fauo-
rem in bonis mariti, ſed filij ſui tantum, ut ibi plene dixi, & ſic
eſt ibi caſus pro opin. quam tenet gl. Inſti. de pup. ſubſtit. §. qua
rõne, quod compendioſa facta a pagano per uerbum commune
ualet iure directo ff. pupill. ætatem, & poſtea iure fideicomm.
etiam ſi mater ſit in medio, ſed ſi eſſet facta per verba directa, &
4 poſtea nullo modo valeret, ut in l. precibus. cum ſua glo. ¶ †In
tex. ibi (iure communi capiet) not. quod ille, qui poteſt vti iure
communi, & etiam priuilegio, in dubio uidetur uſus iure com
muni, nam ff. pup. ætatem poterat iſta facere pupil. de iure cõi,
& etiam militarem de iure ſpeciali, & hic dicitur, quòd uidetur
feciſſe pupil. vnde facit, quod princeps in dubio videtur potius uo
luiſſe vti iure cõi, quam ſuprema poteſtate, & hoc voluit Bar.
in l. bonorum. C. qui admit. ad bonorum poſſ. facit l. in teſtõ. in
5 fin. C. de teſtam. mili. ¶ †In text. ibi (poſt eam autem.) not. hic,
quod vna ſubſtitutio directa poterat transfundi in aliam directã,
quia in habentibus ſymbolum facilis eſt tranſitus, vt l. ſed cum
patrono. infra de bono. poſſ. nõ ſic in fideicommiſſariam, quia
eſt ſpecies oppoſita, vt not. ſupra l. proxim. ¶ In text. ibi (ex pri-
uilegio militum.) qui poſſunt aliquem inſtituere ad tempus, vt
eo finito deſinat eſſe hæres ipſo iure, & poſt tempus inſtituere
alium, qui incipiat hæres eſſe, vt l. certi iur. C. de teſtam. milita.
non ſic paganus, vt l. hæreditas ex die. ſupra tit. primo. & iſta
ſecunda inſtitutio dr̃ ſubſtitutio militaris, de qua loquitur hic,
habebit ergo ſubſtitutus omnia bona, quæ fuerunt militis nul
la facta detractione, quare poſtquam eſt ſubſtitutio directa, cer
te etiam ſi eſſet obliqua, de teſtamento militis non detraheret,
tamen non tranſirent omnia iura in ſubſtitutum, & ſic utile
eſt, quod ſit directa, ut no. in l. precibus, in gl. ſi habebit ergo ne
ceſſe, quod iſte ſubſtitutus de nouo adiret, & nouum inuenta-
rium faceret ſecundum Ang. ¶ In tex. ibi (patris duntaxat) qua
ſi dicat non filij, quia poſt pupill. ætatem, non poteſt miles exer
cere ſuum priuilegium quantum ad bona filij, ne fiat filio præiu-
dicium, qui poteſt iam teſtari, ut auferat ſibi teſtamenti factio
nem: quia priuilegium eius non debet redũdare in alterius in-
iuriam, ut l. impuberi filio. de admin. tuto. ſed ff. pupil. æta. bene
poteſt de iure communi, quia non tendit in illius iniuriam, ſed
prouiſionem, cum ille teſtari non poſſit. ¶ In tex. ibi cum fru-
6 ctibus in hæreditate inuentis. †Contra iſtum tex. opp. quia ſi fi-
lius, quouſque uixit, fructus percepit, illi debent effici ſui, & nõ
uenire in ſubſtitutionem militarem. quia ſunt percepti iudicio
teſtatoris, ſed debet eos tranſmittere ad ſuos hæredes, ut l. in fi-
deicommiſſaria, ad Trebellia. dicit Bal. quod ibi loquitur in fi-
deicommiſſaria ſubſtitutione, hic in directa, quod eſſet notabi
le, ſi eſſet uerum, ſed Ang. dicit ſe non uidere rationem diuerſi-
tatis, & ideo intelligit iſtum tex. de fructibus, qui erant percep
ti per teſtatorem, ſed non conſumpti, qui fuerunt in hæredita-
te reperti, vnde quod iuris eſt de alijs rebus hæreditarijs, idem
dẽt eſſe de talib. fructibus, ut ueniant in utranque ſubſtitutio-
nem tam directam, ut hic, quàm fideicommiſſariam, ut l. ita tamen
§. j. ad Trebel. & ſi idem ante aditam hæreditatem fuerunt per-
cepti, vt ibi, & licèt poſtea per filium fuerunt conſumpti hære-
des tamen eius tenebantur ad æſtimationem huic ſubſtituto,
ſecus ſi fuiſſent percepti per filium poſt aditam hæreditatem,
quia cederent lucro filij, & hæredum ſuorum, vt d. l. fideicommiſ-
ſaria. ¶ Ex gl. mag. hic poſita colliguntur duæ opin. & una q. Pri-
ma opinio eſt de l. præmiſſi. Dy. hoc fatetur de plano. gl. cõ licet
ſub dubio forte. Tu dic ſine dubio: quia tex. dicit, quòd ualet
ex priuilegio militari, ergo iure directo, nam ſi iure fideicom-
miſſi, non ualeret ex priuilegio militari, cum illam facere poſ-
ſit etiam paganus. ad contrarium de l. precibus. reſpondet glo.
quòd mater erat ibi in medio, ideo eius fauore obliquatur: hic
debet intelligi, quod non erat in medio. ſimile dicit gl. quòd li-
cèt expreſſa vulgaris contineat tacitam pupilla. ut ſ. eodem l. iã
hoc iure, quando tamen mater eſt in medio fauore matris, ut
ſuccedat filio, non ſubſtitutis, non continet, ut l. ſi. C. de inſtit.
& ſubſtitu. Iſta gl. reprehenditur in duobus. Primo in ſolu. con
trarij: quia dicere, quòd hic mater non erat in medio, eſt diui-
nare, unde intellige ſimpliciter, ut iacet, etiam ſi erat mater. dic
ergo, quod hic loquitur. quando erat facta per uerba directa. quo
caſu non obliquatur, etiam fauore matris, ut ibi, quando per uer
bum commune ſubſtituo quo caſu obliquatur fauore matris,
ſed ſi non eſſet mater, ualeret iure directo, & hæc eſt commu-
nis opinio legiſtarum antiquorum. Tu dic, ut ſ. tetigi, quod ibi, et
ſi mater non eſſet in medio poſt pupill. ætatem, eſſet fideicom-
miſſaria, & quod licèt ibi teſtator fuerit miles, idem tamen ſi fuiſ-
ſet paganus, ut in ult. quæſtione gl. dicam, quod etiam tenet lo.
An. in capitu. ſi pater. de teſt. lib. vj. intelligit tamen ipſe, quod
ibi teſtator fuit uſus uerbis directis, tu dic ſecundum noſtros
Doct. quod immo uerbis communib. & ſic eſt ibi caſus contra
determinationem iſtius glo. in vlt. quæſtione. Item deprehen-
ditur in alio, dum dicit, quod vulgaris expreſſa non cõtinet ta-

etiam pup quando mater eſt in medio, tu dic, ꝙ immo cõtinet, licèt non admittatur contra matrem per illam eãdem l. ſi. quam gl. allegat. in ſi. vbi probatur, quod ſi mater exiuit de medio ratione tacita pup. reaſſumit uires, ſed ſi non cõtineretur ex poſtfacto, non inciperet contineret, argu. in l. quod ab initio. de regu. jur. & iſtud eſt magni effectus: & iſtam opi. tenet Bar. ſecundũ contrarium eſt in l. præcedenti, & de l. verbis ciuilibus. p quas vr, quòd poſt pup. ætatem nullo modo valeat. Sol. ibi fuit facta a pagano per uerba directa, unde poſt pup. ætatem nec poteſt valere iure directo propter impotentiam teſtatoris qui directo ſubſtituere non pòt poſt aditam hæreditatem, & poſt pup. ætatem, nec iure fideicomm. ne una ſpecies ſubſtitutionis, ſ. directæ trahatur ad contrarium ſpeciem, ſ. fideicomm. hic quando a milite, qui poteſt ſubſtituere directo poſt pup. ætatem, vnde non trahitur ad contrarium ſpeciem, ſed ſimilem, licèt diuerſam: quia j. pup. valet de iure communi, & trahitur ad omnia bona poſtea de iure ſpeciali, & non trahitur, niſi ad bona mili-

7 tis. ¶ † Vltimo quæritur, quid ſi ſacta eſt compendioſa a pagano per uerbum commune, ſubſtituo. iſta qõ differt a caſu j. in duobus, quia lex loquitur de milite, quæſtio loquitur de pagano. Item l. loquitur, quando per uerba directa, quæſtio quando per uerbum commune. In hac quæſtione non eſt dubium, ꝙ poſt pupillarem ætatem valet iure fideic. ſed eſt dubium, an j. pupillarem ualet iure directo pup. & ſic loquitur, qñ facta fuit pupillo, ſi autem maiori non haberet dubium iſta quæſtio: qa omni tempore ualeret iure fideic. idem ſi erat talis pupillus, cui non poterat ſubſtituere pup. quia non erat in poteſtate: ſtat ergo quæſtio, quando erat pup. & talis, cui poterat pupillariter ſubſtituere. gl. hic tenet, & etiam in l. precibus. quòd etiam j. pup. ætatem valeat iure fideicommiſſi, non iure directo pupilli, quia hæc interpretatio facit hanc ſubſtitutionem ſemper eſſe uniformem, & ſaluari verbum cõe, quod ad utrunque tẽpus adaptatur, ſed in §. qua ratione Inſti. de ſubſtit. tenet, ꝙ valet iure directo pup. & poſtea iure fideicomm. Bar. diſtinguit, aut erant aliqua verba, ex quibus poteſt conſtare de intentione teſtatoris, ꝙ voluit ualere iure directo, vt quia dixit, quòd omnia ſua bona, & ſine quacunque diminutione peruenirẽt ad ſubſtitutum, & tunc habebit locum gl. in §. qua rõne: aut non pt apparere ex aliquibus uerbis, & tunc ſi mater eſt in medio, vel ẽt alij uenientes ab inteſta ipſorum fauore, uel ſuccedant pupilli & retineant legitimam, & Trebellianicam, ualebit iure fideic. & ſic habebit locum iſta gl. & etiam gl. in l. precibus. aut non erat mater, uel alij uenientes ab inteſta. & tunc ualebit iure directo. Bar. dicit, ꝙ de rigore iuris uera eſt opin. iſtius gl. quod ſp valet iure fideicommiſſi, & pluries dicit ſe conſuluiſſe, & idem audiui ab antiquis Docto. Flor. ſed de æquitate dicit, ſaltem in eo caſu, quando mater eſt in medio tenendam opi. Bar. nõ ſic, quando alij uenientes ab inteſtato, quibus hæreditas pupillo non eſt ita luctuoſa. ſicut matri: tu dic, quòd ſiue mater ſit in medio, ſiue non, tenenda eſt opini. gl. quę eſt in §. qua ratione. quod infra pupil. ætatem valeat iure directo pupil. & poſtea iure fideicommiſſi, & dico de hoc eſſe caſum in l. precibus. ubi fuit facta per uerbum commune ſecundum noſtros Doctor. & mater erat in medio, & tamen valet iure directo pupil. nec obſt. quòd ibi erat miles, nam idem ſi fuiſſet paganus, & in hoc non ſtat vis illius legis ſecundum Ioan. And. in d. c. ſi pater, & bene, qui etiam vltra dicit, quod ſi ſit ſacta etiam per verba directa a pagano, prout loquitur illa l. ſecundum eum valet j. pupillarem iure pupillari, & poſtea obliquatur, ſed iſta ſententia non approbatur per noſtros Doct. ut dixi in l. verbis ciuilibus. quando autem per uerbum commune, tene quod dr per illam l. & per c. ſi pater. ubi eſt etiam caſus, & licet Bar. conetur rñdere, ſuæ tamen reſponſiones non ualent, ut dixi in illa l. precibus

a & iſtam opin. tenent mod. Docto. & pluries ſecundum eã conſului, & a Modernis Do. fuit conſilium ſubſcriptum, & audio, quòd Do. Bart. de Saly. tenet iſtam opi. in qua ſemper fui etiam cum eram ſcholaris.

ADDITIO.

a Et iſtam opin. Adde ꝙ hanc eandem opin. tenet Alex. de Imo. in conſi. 12. col. 4. in ſi. in 3. Vol. & adde ꝙ ipſemet Pau. de Caſt. in conſi. 142. in antiquis. incip. viſo teſtõ ſer Baltiam. tenet opi. Bar. § Bar. tñ tenet idem Pau. de Caſt. in conſi. 22. incip. primum vr dicendum. in nouis, & hanc eandem opi. ꝯ Bar. tenet etiã idem Alex. de Imo. in conſi. 17. volum. 3. ver. ſi diceremus. in 3. vol. Fran. Cur,

LEX XVI.

1 *In tabu. pupil. poteſt reuocari legatum, quod erat relictum in tabulis paternis.*

SI quis eum. † In tab. pupil. poteſt reuocari legatum, quod erat relictum in tabulis paternis. h. d. in effectu. ¶ In tex. ibi {quaſi legato adempto} hæc ademptio ſortitur effectum demum, ſi exiſtat conditio pup. ſubſtitutionis, & ſubſtitutus ex pupilla. adeat, a quo fuit libertas relicta, non ante, & hoc uult gl. 1. p l. ſi ſeruus cõis. in fin. j. eodem. interim ergo erit apud illum, cui fuit legatus in teſtõ paterno, & ita intellige primam gl. ſed gl. ſecunda ſentit, quòd ſtatim & purè facta ſit ademptio, quod non eſt uerum per d. l. ſi ſeruus. in ſi. vbi eſt caſus contra eam. ¶ In ultima glo. in ſi. ibi, l. ſi mihi. §. ſi. dic, ꝙ ibi præcedens voluntas continebat clauſulam derogatoriam: ideo nõ ſtatur vltimæ, niſi illius clauſulæ ſpecialiter pœniteat. hic uero debet intelligi, quando præcedens voluntas non continebat uerba derogatoria, & ſic indiſtinctè ſtatur ultimæ.

1 *Teſtamentum paternum non rumpitur per pup. diuerſo tempore factum, per aliud paternum bene rumpitur, & etiam pup. quod ab ipſo pendebat, niſi ſecundum ſit inutile, ſeu nullum, puta ratione præteritionis.*

2 *Teſtamentum patris, & filij non cenſetur unum, ſed duo, & quòd etiam dicantur diuerſæ perſonæ.*

Teſtamentum paternum, & pup. poſſunt fieri diuerſis temporibus, & etiã diuerſis formis, unum in ſcriptis, aliud per nuncupationem.

3 *Si feci primum teſtamentum, in quo Titium inſtitui, poſtea ex interuallo facio aliud, in quo inſtituo Sempronium ſub conditione, ſi Titius me uiuo morietur, an primum teſtamentum ſtatim ſit ruptum per ſecundum, an iſtud ſecundum habeat uim ſubſtitutionis vulgaris.*

4 *Si actus durauerit per plures horas continuatas, quam horam debebit ponere notarius, cum dicit actum, &c. ponet horam, in qua eſt conſummatus, ſi uult ponere horam.*

1 §. Si ſub teſtamento. † Teſtamentum paternũ non rumpitur per pupil. diuerſo tempore factum, ſed per aliud paternum bene rumpitur, & etiam pup. quod ab ipſo dependebat niſi ſecundum ſit inutile, ſeu nullum: puta ratione præteritionis. h. d. in effectu.

a ¶ † In tex. ibi, {nihilominus idem ualebit} in hoc ergo teſtamentum patris, & filij nõ cẽſent unum, ſed duo, quia ſi eſſet unum, deberet fieri uno contextu, nec poſſet fieri diuerſis temporib. hoc dicit gloſſ. quæ incip. {oppo.} & bene. Not. ergo quòd teſtamentum paternum, & pup. poſſunt fieri diuerſis temporibus, adde & etiam diuerſis formis, unum in ſcriptis, aliud per nuncupationem, ut j. de ſecund. tabu. l. ſi ita. §. fin. uel eadem forma, puta in ſcriptis, ut j. eodem l. patris & filij. & tunc requiritur duplex forma, id eſt, ꝙ iterum adhibeantur teſtes ijdem, uel diuerſi, debet tamen hoc caſu præcedere paternum, alias non ualeret pupilla. ut l. 2. §. prius. ſ. eodem. quod dic, ut ibi dixi. In tex. ibi (ratum manebit) per hoc apparet, ꝙ teſtamentum pupillare non ſolum dicitur diuerſum a paterno, immo etiam dñr diuerſę perſonæ, alias per ipſum tolleretur paternum, quia qñ eadem perſona facit duo teſtamenta diuerſis temporibus, ſm tollit primum, ſed hic non tollit: ergo reputatur factum a perſona diuerſa. ¶ In tex. ibi (nam ſibi, & filio pater teſtamentum feciſſet, &c.) ſupple eodem tempore, uel diuerſis, ut conuenĩãt præcedentibus. ¶ In tex. ibi, (utrunque ſuperius rumpetur) in hoc paternum & pup. cenſetur unum ratione dependentiæ, q̃ habet pupil. a paterno, alias per rupturam unius non rumperetur aliud penitus diuerſum, ſic ergo quo ad quid cenſetur unum, quo ad quid plura, quod dic, ut j. eodem l. patris, & filij. ¶ In tex. ibi (ſed ſecundum teſtamentum) in hoc uer. ponitur caſus duobus modis, primo, quòd in primo teſtamento paterno filius pup. fuit inſtitutus, poſtea in ſecundo teſtamento ſimiliter paterno fuit præteritus, & quidam extraneus inſtitutus ſub conditione ſi filius uiuo teſtatore deceſſerit. & ſic illa uerba, ſi uiuo. ſunt uerba teſtatoris, dicitur hic, quòd iſtud ſecũdum non ualet ratione præteritionis, & ſic non rumpit primũ & tunc uidetur hic caſus contra gl. in l. Gallus. in prin. de libe. & poſth. Nam iſta præteritio non eſt filio nociua, cum iſta inſtitutio non ſic facta, niſi in defectum primi teſtamenti, & nihilominus ipſa præteritio uitiat teſtamentum, cuius contrariũ vult ibi Bar. ſed ipſe non tenet iſtam lectu. ſed tenet ſequentẽ, ut effugiat hoc contrarium. Sed propter aliud adhuc uidetur, quod iſta lectu. non ſit bona: quia iſta uidetur quædam uulgaris ſubſtitutio facta filio, ſed quando filius eſt inſtitutus in primo gradu, poteſt præteriri a ſecundo, ut ſ. de libe. & poſthu. l. ſi poſthumus §. quòd uulgo. Sol. volendo tenere iſtam lect. dic, ꝙ contrarium procederet, quando in eodem teſtamento ſubſtitutio eſſet facta, ſed hic fuit facta diuerſo tempore, unde magis dr ſecundum teſtamentum, quam ſubſtitutio vulgaris, ideo vitiatur ex præteritione ſecundum Bald. qui hoc tenuit, & ſic

eſſe

3 eſſe ſingulare,& menti tenendũ.¶ †Et ex hoc infero vltra Bal. q ſi feci primum teſtamentum. in quo, Titium inſtitui, poſtea ex interuallo facio aliud,in quo inſtituo Sẽpronium ſub ꝯdõne,ſi Titius me uiuo morietur, primum teſtamẽtum ſtatim eſt ruptum per ſecundum, quia duo teſtamenta nõ poſſunt ſimul ſtare diuerſis temporibus facta ab eodem,& nihilominus in ſecundo non poterit eſſe hæres,niſi Titius uiuente teſtatore deceſſerit, cum ſit inſtitutus ſub iſta conditione: ſed ſi hoc ſcd̃m haberet uim ſubſtitutionis vulgaris, per ipſam non tolleret inſtitutio prima, & ſic Titius poſſet eſſe hæres, ſi non decederet viuente teſtatore,ſed hic erit ſecus,quod perpetuo tene menti, & eſt extraneus,ſeu nouus caſus,quem nunquam reperi tactũ per aliquem, ideo tene menti,quia poſſet de facili contingere. Alio modo ponitur caſus,q illa ſint verba iſtius l.non teſtatoris,& quod in ſecundo teſtamento extraneus fuit inſtitutus pure,& filius pteritus,tunc non ualet hoc ſecundum, nec reconualeſcit,licet filius viuo teſtõre deceſſerit,ut hic,& l.ſi filius,q in pte de lib. & poſth. ideo non tollit primum,in quo filius erat inſtitutus pro parte,uel exhæredatus:ſi aũt inſolidum,tunc effectum iritum per mortem filij vñ fruſtra dubitaretur, an tollatur per ſecundum. Sed retenta iſta lect.opp.q immo reconualeſcat vt l.poſthumus,de inuſt.teſt. Sol. ibi, quando fuit pteritus poſthumus, quo caſũ diſtinguitur, an poſtea decedat viuente teſtatore,uel poſt mortem, quando autẽ iam natus indiſtinctè non reconualeſcit,niſi fuerint inſtituti uiuentes ab inteſtato,& deceſſerit teſtatore uiuente,vt in §. idem, & circa in eadem l. ſed licèt iſta diſtinctio adhibeatur quantum ad hoc. vt ſciamus,an reconualeſcat,uel non, non tñ adhibetur quantũ ad hoc,ut ſciamus,an tollat primum,uel non: quia indiſtinctè non tollit,ſiue fuerit præteritus iam natus,ut hic, ſiue poſthumus,& poſtea deceſſerit uiuente teſtatore:quia reconualeſcat, tñ quia non niſi de iure pto.nõ tollit primum ualidum de iur. ciu.hoc uult hic gl.magn.ſi. in effectu,q per oẽs reprehenditur inquantum dicit,q qñ eſt præteritus poſthumus primum non tollitur,quia hoc eſt ꝯ caſum in l.3 §.ſed ſi ſtãte.de inīu.teſt nã ex iſto teſtamento potuit adiri hæreditas de iure ciui. ſi poſthumus non fuiſſet natus,& hoc ſufficit,ut primũ rumpatur,licet natus fuerit,ut l.cum in ſcd̃o.eo.ti.innuit etiã gl. aliud q iſtud ſecundum reconualeſcat de iur. præto.& tamen non tollat primum,quod eſt falſum, immo non reconualeſcit,ſi a princ.fuit nullum in præiudicium primi teſti,quod dic,ut dixi in d.l.ſi filius,qui in poteſtate,& in d l.cum in ſecundo.¶ †In gl.quæ incipit (oppo) ibi, (rñdent alia hora) ſ.continuata. Sed quæritur ſi actus durauit per plures horas continuatas. quam horam debebit ponere notarius,cum dicit actum tali &c.ſi vult etiã ponere horam dicit Bal.q horam,in qua conſummatus eſt actus, nõ illam,in qua eſt incnoatus: quia tunc dr̃ actus perfectus cũ recipit vltimam cõſummationem,vt l.ꝯctis.C.de fid.inſtrumẽ, & alleg. Inno.in c. conſuluit.de offi. deleg. hoc tene menti.

LEX XVII.

Vbſtitui. Filio poteſt ſubſtitui etiam naſciturus poſt mortẽ ipſius filij.h.d.gl. aũt vr̃ intelligere per ꝯtrarium.ſ.q poteſt inſtitui hæres naſciturus poſt mortem ſubſtituti,quod nihil eſt,vñ dũ dicit,ſubſtituri.dic immo filij inſtituti,ut ſ.e.l. a. §. ſi prius in fi. & ad ꝯtrarium,quod format de l.qui plures.de uſufru.leg. Rñdeo, ut no.ĩ.eo.l.ſi pater filium.circa fi.gl.magnæ.ſecun. Dy.

LEX XVIII.

1 *Seruus communis ſubſtitutus impuberi,quando ſit neceſſarius, uel uoluntarius.*
2 *Inſtitutio de ſeruo communi facta cum libertate ualet, ſecus ſi eſſet in totũ alienus.*

1 I ſeruus. †Si ſeruus cõis ſubſtituat̃ ĩpuberi efficit̃ ei neceſſarius,ſi p teſtõrẽ fuit redẽptus ſeruus,ſi p impuberẽ,vel p ipſummet ſeruũ, tũc erit volũtarius.h.d.¶ In tex.ibi(ſi ſeru⁹ cõis)ſup 2 ple inter teſtõrem,& quendam tertium.¶ †In tex. ibi(cũ libertate)no.q ualet inſtitutio facta de ſeruo cõi cũ libertate, ſecus ſi eſſet in totum alienus,ut ſ.in l.ſi alienum ſeruũ.qd̃ dic , ut l. ſed in dõne.§.ſi ſeruum cõem.eo.ti.p gl. ¶ In tex. ibi (a parte fa. fuiſſet redẽptus),ſ.qa ipſe teſtõr redemit partẽ ſocij,ſi tpe mortis ſuæ erat eius ſocius inſolidũ unde ſi potuit fieri neceſſarius ipſi teſtõri,ita & impuberi,ut l.ſed ſi plures.§.quos poſſum.ſed in duobus caſib.ſequentib. ſecus,qa non erat ſuus inſolidũ tpe mortis ſuæ.¶ In gl.q̃ inci (ſufficit):ibi,& no. quod hodie eſt uerum in omni caſu.ſ. q unus ex ſocijs poſſit dare libertatẽ ſeruo cõi,& redimere partem ſocij eo inuito, quod olim in re iſto nõ erat.niſi cum inſtituebatur , uel ſubſtituebatur cum libertate pp duplicem fauorem,ſcilicet libertatis,& teſtamenti,ut in caſu huius l.hodie ſufficit fauor ſolius libertatis,& hoc vult dicere gl.in effectu per illam l.de ſeruo com.ma.

§.Si Titio. Si ſeruus legatus ſubſtituatur filio,uel inſtituatur cũ libertate, cenſetur legatũ de ipſo ſcd̃m reuocatũ adueniẽte ꝯdõe ſubſtitutionis, uel inſtitutionis non prius.h.d.adde,quód dixi ſ.eo.l.ſi quis eum in prin.in ĩ.gl.

LEX XX.

1 *Teſtamentum patris,& filij quando habeatur pro uno.*
2 *Teſtamentum paternum,& pupillare,quando fiunt ſimul uno contextu ex quib reſpectib.dicantur unum,& ex quibus dicantur plura, & quid ſi fiat in diuerſis ſcripturis,& temporibus.& nu 4.*
3 *Teſtamentum uiri,& vxoris poteſt fieri uno contextu,& eo. inſtrumento, & eadem forma,& diſpoſitione.*

1 PAtris, & filij. †Teſtm̃ pr̃is, & filij hr̃ p vno: ẽt cũ fiunt in diuerſis tabulis, & in diuerſa forma q̃tum ad hoc vt remota ſolennitate teſti pup. ſi nõ eſt remota de paterno remaneat firmũ.h.d.ſm̃ itelſm̃ quẽ puto verũ. Et ſic tota l.loq̃t,qñ facta ſunt diuerſis tpib.alias non video, quaſi pcederet ver. (nã vt̃,) licet gl.& Doc.vñt intelligere illũ ver.qñ in eodẽ tpe,& eiſdem ta.& tũc oportet violare lr̃ã,vt patet ex gl.a. ſup verbo (reſignate.)Dic ergo p decĩone tex.& gl.q interdũ teſtm̃ pr̃nũ & pup. fiunt ſimul in uno ꝯtextu. Interdũ tpib. diuerſis eadem forma, vel diuerſa,qd̃ pót fieri,vt hic,& ſ.e.l.ſi quis tũ.§.fi.In primo caſu.pñr dici vnũ ex trib. uel quatuor reſpectib. Primo dñr vnum reſpectũ cãæ efficientis,qa vn⁹.& idẽ teſtõr facit vtrunq. re uera vt in gl. Scd̃o reſpũ ſolennitatis,qa ſufficit vna ſolennitas teſtiũ puta 7 teſtes: non aũt 14. Tertio rõne ſubſcriptionũ.qa ſufficit, q teſtes in ſuis ſubſcriptionibus faciant mẽtionẽ ſolũ de pr̃no dicẽdo ſe fuiſſe præſentes,huic teſtõ Titij,abſque eo,q de teſtõ pup.faciant mentionẽ p iſtum tex. dum dicit, (& ſeptem ſigna patris ſufficiunt.&c.)licèt nullus Doctor hoc tangat. Sed ſi eſſent diuerſa teſtã contenta,ẽt in eadem ſcriptura ,qd̃ fieri põt, vt tenet hic Bar.poſt Dyn. Cy.& Pe.& facit l.eo.q a mutis.C.ſi cer.per.licèt ſeptem teſtes ſufficiant ad oĩa prædicta teſtã ſolennizanda ſm̃ eos per l. ſi qs ex argentariis.§.ſi minimum ſ.de edẽ. qd̃ eſt notandum,dico,q teſtes in ſuis ſubſcriptionib.debebũt facere mentionem de quolibet teſtõ per l.pen.ſ.de teſt.qa ſunt teſtã diuerſa,ſed hic repreſentatur unum,& ita intelligo quod 3 no.Do.licèt ipſi hoc nõ tãgãt †& habui de facto,q vir, & vxor fecerunt teſtm̃ eodem ꝯtextu, & eodem inſtr̃o , & eadẽ forma, & diſpõne.& dubitabat,an illud potuerit fieri, & dixi,q ſic, p id,qd̃ no per Doc. Item & quarto dicunt unum rõne dependentiæ,qa ſi teſtm̃ pr̃nũ,qd̃ eſt principale, ſit nullũ a pricipio, vel ex poſtfacto annullet̃ ipſo iure,ſit̃ & pup.reddit nullũ,ut l. ſi quis eũ.§ fi.ver.nam ſi ſibi. Sed plura poſſunt dici alijs reſpectib.primo licèt re uera ſit unus teſtõr,fingũt̃ plures,quia pup. fingit ſcm̃ a pupi.& hoc prodeſt ad id,q hr̃ in d.§.fi verſi. & tñ patris.ut ibi dixi.Item pp duas hæreditates,ex quo ſeqnit̃, q pt vna repudiari,& altera acceptari interdum,ut ſ. eo.l. ſi filius,q patri.cũ ſua materia . Sed ſi eſſet vna hæreditas ex unico teſtõ, non poſſet pro parte adiri.& p parte repudiari per eundẽ,vt ĩ. de acqu.hær.l.1 cum l ſeq & hoc voluit hic gl.magna in ult.uer. ver.ibi, item qa inſtitutus.& tertio,qa expugnato paterno pro parte per querelam non ppea expugnatur pup. pro parte, ſed totum remanet firmum,quod non eſſet , ſi omnino eſſet idem cum pr̃no,& hoc voluit hic gl.in uerſi.item, quia expugnatio iure ciuili.Item quarto, quia expugnato pr̃nu de iure ptorio tm̃,non ciuili,& ſic in effectu non ipſo iure,non propterea expugnatur pup.ẽt de iure ptorio,vel in effectu , immo remanet firmum oĩ reſpũ,& hoc uoluit gl.in uer. item quia expugnato 4 teſtõ pr̃no q̃ ita declara.†Scd̃o caſu qñ in diuerſis ſcripturis,& diuerſis tpibus tunc dñt diuerſa, non ſolum p̃dictis reſpectib. de quib. ſ. immo ẽt alio reſpectu , quia duplex ſolennitas req̃rit̃.ut l. ſi quis per eum §. fi. ſ. eo. dicunt enim iterum adhiberi teſtes,ſed adhuc tunc põt dici unum alio reſpectu , qa facta ab eodem teſtatore. ut in prin. huius l. & qa ſi facta fuit in diuerſis ſcripturis,& in ſcriptis,licèt ſigna,ſeu ſigilla fuer.nt remota de pu.ſi tñ non de pr̃no.remanet firmũ adhuc pu.ut in ver.(nã ut Marcellus)non ſic ſi haberent p diuerſis oĩno, ut C. de teſt. l.ad teſtiũ.§.ſi ſigna.& ex p̃dictis remanet gl.q̃ eſt hic declarata.

LEX XXI.

1 *Subſtitutio pup poteſt fieri ad minus tempus, quam pup. ætatis.& ultra iſ ſed non habebit effectum.*
2 *Subſtitutio facta uno tempore ad aliud non porrigitur,ſed facta uno caſu bene porrigitur ad ſimilem caſum.*
3 *Conceſſum uno tempore in alio eſt prohibitum.*

1 L. Si ita quis. †Subſtitutio pup.pôt fieri ad minus tp̄s. q̄ pup. ætatis,& illud nō habebit effectū.
2 h.d.¶ † Et ſp allegaẽ,ꝙ ſubſtō facta vno tpe ad aliud non porrigitur,vt etiam no.ꝟ.eo.ti.l.ſi mater.§.fi. ſed facta uno caſu bene porrigitur ad ſimilem caſum, vt l.Gallus.§. & quid ſi tãtum,
3 cum ibi no.de lib.& poſth. † Item allegatur,ꝙ conceſſum uno tpe in alio eſt prohibitum,ad hoc ꝟ.de le.2.l.ſtatu.li.§. Sthicū. ¶ In tex.ibi[bono poſ.] ſupple,nec etiam adire de iure ciu.No. ergo,ꝙ licèt teſtõr non poſſit ſubſtituere ad maius tp̄s pup.ętatis vt l.in pu.ſ̃.eo.bene poteſt ad minus,& ſic non eſt eadem rō ꝯtrariorum.Item ſubſtituendo ad minus,quia non utitur licentia ſibi data a iure uſque ad annum 14. derogatur illi ſententiæ a iure datæ,quia ſubſtitutio non extenditur vltra tp̄s ab ipſo expreſſum,& hoc vult dicere gl. hic,dum dicit,& no. ꝙ ſpecialis prouiſio,&c.¶ In fi.gl.ibi(arg. contra de cond.ob cau.l.ſi extraneus)illa magis concor.quia caſus omiſſus non hr̃ ibi pro expſſo,ſed relinquitur diſpoſitioni iuris cõis,ita,& hic tp̄s omiſſum a teſtatore non hr̃ pro expreſſo.ad ll.autem ſeq. reſponde,ꝙ in illis fuit facta ſpecificatio ſpecierum gratia exemplificandi, nō reſtringēdi generalitatem,hic vero tempus fuit expreſſum gr̃a reſtringendi ſubſtitutionem ad illum duntaxat.

LEX XXII.

1 *Qui expugnat teſtamentum per contra tab.ſiue obtineat,ſiue ſuccumbat,tã quam indignus priuatur commodo ſubſtitutionis pup.*

1 SI quis. aliâs. Is qui. †Qui expugnat teſtm̃ p ꝯ. tab.ſiue obtineat, ſiue ſuccumbat, tanquam indignus priuatur commodo ſubſtitutionis pu.h.d.In gl.fi.ibi(reſpondeo,nec ibi expugnatur) iſta eſt bona,tamen dat meliorem,ꝙ ibi fuit ſubſtitutus alius, non ille,qui expugnauit,vñ quia ꝯta. intentata poſt aditam hæreditatem non inducit rem ad cãm inteſtati,nec facit hæredem deſinere eſſe hæredem nomine remanent firmæ tab.pup. pp nudum nomen,ut ſ̃.eo.l.ſi filius,qui patri.ſecus ſi fuiſſet intentata añ aditam hæreditatem, & pp hoc hæreditas non fuiſſet adita,qa reduceretur res ad cauſam inteſtati,ut no. in l. libetis.C. colla.in prin.ſic irritarentur tab.pup.

LEX XXIII.

1 *Spes ſubſtitutionis breuiloqua quod non tranſmittitur ad hæredes.*
2 *Subſtitutio etiam in perſona aliorum præfertur iuri accre. in perſona alterius.*
3 *Si teſtator aliquem ex hæredib.facit executorem, & ille repudiat hæreditatem,poterit eſſe executor,ſi appellauit ipſum nomine proprio.*

1 QVi plures. †Spes ſubſtitutionis breuiloquæ non tranſmittitur ad hæredes, & in dubio cenſetur facta p nomina appellatiua,ſolo ſũ illi,qui ſunt hæredes, vocanẽ ex ea pro hæditarijs portionib h.d cum l.ſeq.¶ In gl.quæ incipit(tñ)ibi (licet ſecus ſit in iure accreſc.Iſta gl.innuit, ꝙ iſte, qui deceſſerit,bñ tranſmittit ad ſuos hæredes ius accreſcendi p parte, quæ ipſum tangit de portione poſtea repudiata per alium cohæredem,ſed hoc non eſt uerum,qa tota illa portio ptinet ad ſupſtites,ut hic dr̃ in tex.illud aũt,ꝙ gl dicit,pcederet,ſi nō eſſet datˀ alius cohæres huic repudianti,q̃ ille,qui deceſſit:tunc enim,licet ſi ſuperuiueret,hr̃t portionem repudiatam tam a iure accr. q̃ a iure ſubſtõnis,qa ſunt ſimul coniunctæ,vt l.ſi qs hæres inſtitutus.de acq.hær & in l.teſtamento Cẽturio.eo.ti.cum ibi no. Si tamen decedat,anteq̃ portio repudietur,tranſmittit ad ſuos hæredes ius accreſcendi,non ſpeciem ſubſtõnis,ut no.ꝟ.de acq. hær.l. qui patri. Item ſi fuerunt plures dati cohæredes, tñ non fuerunt inuicem ſubſtituti:tunc enim quilibet eorũ decedens poſt aditam hæreditatem tranſmitteret ad ſuos hæredes ius accreſ. p rata de portione, quæ poſtea repudiabitur,ſed ſi fuerũt inuicem ſubſtituti,ille,qui deceſſit,nihil tranſmittit,nec ius acreſcendi, ut qa illi iuri derogatur per ſubſtitutionem, in qua ſupſtites ſunt potiores,nec ius ſubſtitutionis: quia illud nō trãſmittiẽ ad hæredes,& iſte caſus iſtius l.& l.ſed ſi plures.in prin.ſupra e.†Et ſic no.ꝙ ſubſtitutio ẽt in pſona aliorum pfert iuri accreſcendi in perſona alterius,ut hic patet,quod eſt ſubtile.¶ In gl. ibi,nec ergo repudians,ſed contra de l.ſi tu ex parte. vet. item ſi tu.de acq.hæredi. Solut.ibi cohæres fuit ſubſtitutus p nomen proprium,puta inſtituo Titium, & Seium, & ſi Titius non erit hæres,ſubſtituo ſibi Seium.tunc licèt Seius repudiet partem,in qua fuit inſtitutus Titio poſtea repudiante,admittitur ex ſubſtitutione vulgari ad partem ipſius Titii cum illa tñ habebit partem ſuam repudiatam, quæ illi accreuit,vt ibi,& ſ̃.ti.i.l. liber homo.§.fi.hic fuerunt inuicem ſubſtituti ſine expreſſione pro
priorum nominum,& ſic videntur ſubſtituti ſub nominib. appellatiuis,& tanquam cohæredes, vnde niſi adeant ex inſtitutione,nō admittunẽ ex ſubſtõne,vt hic in fin. & l.qui liberis,in
3 prin.ſ̃.eod.facit l.Lucius ꝟ.de fideic.lib. † Et iſtud facit ad q. ſi teſtator aliquem ex hæredib. facit executorem, & ille repudiat hæreditatem,an poſſit eſſe executor? & vr̃ dicendum, ꝙ ſi appellauit ipſum nomine proprio,poſſit, ſecus ſi ſub appellatiuo tanquam hæres,vt d.l.Lucius.¶ In gl.ſeq ibi, ſuam portionem amiſerit.ſiue per,repudiationem,vt in tex.præced.ſiue per mortem,& hoc vult dicere iſte ver. qñ. dum dicit in omnem cãm, ſm gl.per hoc apparet,ꝙ iſte tex. non facit pro illis,qui dicunt, ꝙ ſubſtitutio reciproca comprehendit etiam fideicommiſſariam ſubſtõnem,& mouentur per iſtum tex.dum dicit,in oẽm cãm exponunt,ſ.tam vulgarem, q̃ fideicom. ſed hoc eſt falſũ, quia non comprehendit,niſi directas, puta vulgares, & etiam pup.ſi facta eſt inter impuberes,vt ſ̃.e.l.iam hoc iure §.4. niſi cõferatur in tp̄s mortis,& fiat ſub forma compendioſa, puta qñcunque deceſſeritis ſine liberis,vos inuicem ſubſtituo,ut no.in l.Lucius.ꝟ.eo.in materia reciproca per Doct.

LEX XXIIII.

SI plures. Summatur in præcedenti l.quæ incipit,qui plures &c.¶ In gl.quę incipit(videbitur)ibi (& ſic remanent tres vnciæ vacantes), certe ſi diuidanẽ illæ tres repudiatæ in 11.partes de quibus dentur 8.ei, qui fuit inſtitutus in 8.& vna ei,qui fuit inſtitutus,in una,illæ tres, quæ ſupſunt accreſcunt eiſdem pro rata, & ſic tantum ualet una diuiſio,quantum altera in effectu.

LEX XXV.

1 *Primo loco ſubſtituti primo loco vocãtur,& poſtea ſubſtituti vltimo loco.*
2 *Licèt teſtator non apponat,niſi vnum verbum,ſi adiungit verbum, inuicem videtur facere duos gradus.ſ.inſtitutionis,& ſubſtitutionis,& ſi dicat,vos inuicem inſtituo, vel vos inuicem ſubſtituo, quia vtroque caſu videtur inſtituere, & ſubſtituere.*
3 *Subſtitutio quando fuit facta duobus ſub expreſſione nominis collectiui, puta, ſi vterque vel ambo deceſſerint in pupillari ætate. tunc licet primus decedat, non vocatur ſubſtitutus, ſed cum alter poſtea deceſſerit,& quid ſi fuit facta ſine expreſſione nominis collectiui.*
4 *Poſito, quod ſubſtitutio eſt facta vltimo morienti,tamen inſtituti non fuerunt inuicem ſubſtituti expreſſe, an cenſentur per hoc tacite ſubſtituti ad inuicem,& ſic an poſſint alienare partes ſuas.*

1 SI pater. †Primo loco ſubſtituti primo loco vocanẽ,& poſtea ſubſtituti ultimo loco.h.d.¶ In tex.ibi (inuicem ſubſtitueris)& ſi continet vul. & pup. ſubſtitutiones iſta reciproca. ¶ In text.ibi, (Titium) ſubaudi,& poſtea vnus ex fratrib mortuus eſt in pup. ætate, q̃ritur quis vocabitur ad hæreditatem eius,an Titius una cum fratrib.& videtur, ꝙ ſic, quia etiam Titius videdatur ſubſtitutus primo,licèt fuerit ſubſtitutus vltimo morienti,vt ꝟ.e.l.ſi Titius,ſed illud eſſet uerũ,ſi fratres non eſſent in medio,ſed quia ſunt illi præferuntur,quia primo loco fuerunt vocati,& hoc eſt.ꝙ ſequiẽ. ¶ In tex.ibi(huius inſtitutionis)expone.i.ſubſtitutionis,quorũ unus fuit ſubſtõnis reciprocæ,alter ſubſtitutionis ſimplicis factę vltimo morienti, ſi autem computares inſtõnem factam de impuberib.
2 non eſſent duo gradus,ſed tres,& hoc voluit gl.fi.¶ †In glo.vr̃, eos inſtituere,& ſubſtituere breuibus uerbis. ¶ No.iſtam glo. diligenter,ꝙ licèt teſtõr non apponat,niſi vnum verbum,ſi adiungit verbũ,inuicẽ, vr̃ facere duos gradus,ſ.inſtitutionis, & ſubſtitutionis,vt ſi dicat,vos inuicem inſtituo,vel ſi dicat, uos inuicem ſubſtituo.qa vr̃ vtroque caſu inſtituere,& ſubſtituere,
3 ꝙ no.¶ † In fi.gl ibi.C.eo.l.pe.illa l.non bñ pbat id, qđ dicit gl. quia loquiẽ, qñ ſubſtitutio facta fuit duobus ſub expreſſione noĩs collectiui,puta ſi vterque uel ambo deceſſerint in pu.ætate. tunc.n.licèt primus decedat,ſubſtitutus non vocatur,quia nō eſt adhuc verum,ꝙ vterq.deceſſerit, eum autẽ poſtea decedat alter vocabiẽ,& ſic cenſeẽ facta vltimo morienti,ſed qñ gl.loquitur,qñ fuit facta ſine expreſſione noĩs collectiui, ut ſi deceſſerint in pup.ætate vñ vr̃,ꝙ tunc ad hæreditatem primi morientis voceẽ ſubſtitutus,qa illa pluralitas vr̃ reſoluenda in ſingularitates,ut l.ſalla.§.fina.de ꝯd. & dem.ut pinde ſit,ac ſi cuilibet fuiſſet iſte ſubſtitutus ſingulariter, quo caſu clarũ eſſet, ꝙ admitteretẽ,ut l.pe.ſ̃.de inu.te.licèt illa loquaẽ in vulgari, ſed idẽ in pu.& p hoc vr̃ tex.in l.Lucius.§.Caio.ꝟ.ad Tre.ſed illa loquiẽ in fideicõmiſſaria facta duob.ſine expſſione noĩs collectiui.gl. vero loquiẽ in pup.quo caſu iō non uocaẽ ſubſtitutus,quia ſupereſt frater,qui ex pſumpta voluntate defuncti pferẽ ſubſtituto:quia credendum eſt teſtõrem ipſum magis prædilexiſſe, & ſic eſt perinde,ac ſi fuiſſet appoſitum nomen collectiuum,hoc

vult

vult iſta glo.ſing.Bar.in illo §.Caio.& l.hr̃des me.§.cũ ita. eo. ti.& l.gdã teſtõ.j.eo.tenet,ꝙ idẽ tenet in fideicõ.facta duob. vel plurib filijs ẽt ſine expreſſione nõis collectiui, vt non admittat ſubſtitutus,quouſq.ſupereſt aliqs ex filijs,ꝙ ex ꝑſumpta volũtate ſubſtitutũ excludit,& nõ allegant hãc gl. Bar. vero in l.pe.ſ̃.allegata tenet hoc in pu.ꝑ hãc gl. ſed nõ in fidec. per illũ §.Caio,q loquit indiſtinctè,& iſta magis placet,nã in pu.tracta tur de hr̃ditate pu.vñ cẽſet i dubio voluiſſe reſeruare inter eos ius legitimę ſucceſſionis,vt in l.pe.ſed in fideic. tractatur de hæ
4 reditate defuncti,in qua ceſſat ratio prædicta.¶ †Vĩnmò pone, ꝙ ſubſtõ eſt facta vltimo morienti,tamen inſtituti non fuerũt inuicem ſubſtituti expreſsè,quærit an cẽſeant per hoc tacitè ſubſtituti adinuicem.?hoc eſt magnæ importãtiæ: qa ſi hoc eſt, nullus eorum põt alienare parte ſuas, ſi fuit ſubſtitutio fideic. qa ſubiacent bona reſtitutioni ex illa tacita ſubſtitutione.An. determinat hic,ꝙ non cenſent tacitè ſubſtituti per l.vel ſingularis.j.eo. vbi colligit.Sed in contrarium facit tex.in l.Titio Se io,§.Seia.de leg.2.So.diſtingue,aut dixi ſic,Titiũ, & Seiũ hr̃des inſtituo, & vltimo morienti ſubſtituo Caium in oibus bonis meis.& tunc videor illos inſtitutos inuicem ſubſtituiſſe,qa apparet ꝙ voluit ad ſubſtitutum omnia peruenire, & ſic portionẽ primi morientis ad ſuperſtitem, deinde vtranq. ad ſubſtitutũ vltimo morienti,& hoc ꝑ l.qdam teſtamento.j.eod.& ita probat in d.§.Seia.& tũc neuter poterit alienare, niſi quatenus ſibi debet pro legitima,vel Trebellianica. Aut ſimpliciter ſubſti
a tui vltimo morienti,& tunc videor ſubſtituiſſe [a]dũtaxat in portione illius,& ſic nõ videor eos inuicem ſubſtituiſſe, & ſic loqtur,& debet intelligi dictum Ang. vnde alienatio facta per primum morientem valebit,qa illa bona nõ ſubiacent reſtiõni ex expreſſa ſubſtitutione, quia illa non eſt facta ſibi, ſed vltimo morienti,nec ex tacita,quia non cenſentur inuicem ſubſtituti.

ADDITIO.

a Duntaxat.Adde ꝙ hoc dictum Pau.de Ca.hic refert,& ſequitur d.Alex.de Imo. in conſi.11.col.3.uer.probatur etiam,quo ad caſum.in 2 vol. Fran. Cur.

LEX XXVI.

1 *Si poſthumus naſcitur eo caſu,quo reperiatur præteritus,teſtamentum rumpit,ſecus ſi reperiat ſe inſtitutum,licèt in ſecundo gradu, dum tamen ſubſtitutio ſit purificata.*

2 *Teſtamentum poteſt incipere a tadita vulgari, etiam ſi per aditionem alterius non eſſet confirmata.*

1 SI pater filium. †Si poſthumus naſcitur eo caſu, quo reperiatur præteritus,teſtm̃ rumpit,ſecus ſi reperiat ſe inſtitutum, licèt in ſecũdo gradu,dum tñ ſubſtitutio ſit purificata.h.d.in effectu,& eſt aliquantulũ difficilis in tex.& gl.in poſitione caſus, ſed ponendus eſt in ſubſtõne vulgari hoc mõ, ſcilicet quod inſtitui filium impuberem, uel etiã puberem, (non curo) inſolidum,poſthumum autem non inſtitui, ſed ipſum ſubſtitui vulgariter illi inſtituto ſub duplici cõdõne,ſcilicet ſi ille inſtitutus me uiuo deceſſerit, & ſi poſthumus poſt mortẽ eius naſcatur: poſtea poſthumus me uiuo, qd erit de iſto teſtõ? Reſpondetur, quod ſi natus eſt viuente filio inſtituto,teſtm̃ rumpitur,quia reperit ſe præteritum,non em̃ fuit inſtitutus in primo gradu, & in ſecundo fuit ſubſtitutus ſub duplici conditione, quarum una deficit,& ſic deficit ſubſtitutio. poſt quam ergo nec eſt inſtitutus, nec ſubſtitutus,ſequitur,quòd eſt præteritus,ergo teſtm̃ rumpitur: ſi verò filius inſtitutus me viuo mortuus eſt, & poſt eius mortem natus eſt poſthumus,tunc ambæ conditiones ſubſtitutionis extiterũt, licèt ergo non fuerit inſtitutus in primo gradu, ex quo tamen cũ naſcit,reperit ſe inſtitutũ,in ſecundo non põt dici præteritus,ideo teſtm̃ non rumpitur, ſed ipſe ex ſubſtitutione vulgari hęres efficitur mihi.Saluando hoc dictum, uidebitur, ꝙ iſta ſubſtitutio non prodeſſet, quia facta ſub conditionibus, quæ non erant in eius pũte,ſed certè iſtud non ob. poſtquam tpe, quo naſcitur,ambæ ſunt impletæ,ut ſuprà de lib. & poſthum. l.cum poſthumis.iſte eſt uerus caſus huius l.difficilis, quẽ glo. cenſuerũt.Iac.aũt de Ar. dicit, quòd iſte poſthumus fuit ſubſtitutus pu. Et retentis eiſdẽ terminis dicit, ꝙ in vltimo caſu admittitur ex tacita vulgari cõprehenſa in expreſſa pu.& ſi dicaẽ hoc non poteſt procedere,poſtquam ponitur, ꝙ filius pu.deceſſerit uiuente teſtatore,quia ſicut expirat pu.& ita tacita vulgaris, ſm̃ Dyn. qui hoc tenet per l.ꝙ ſi filius. de cap.de quo ẽt per Bart.in l. lex Cornelia. infra eodem.in fi. dicit ipſe, ꝙ iſtud eſt uerum, quando eſſet ſubſtitutus extraneus, ſecus quando
2 filius teſtatoris,ut in hac l.quod no. † Et ſecundum iſtam lect. eſſet hic caſus,quod teſtamentum poteſt incipere a tacita vulgari,etiam ſi per aditionem alterius non eſſet confirmata,cuius ꝯtrarium quamplures voluerunt per l.apud Iul.§ idem Iul.ad Treb.quos Bar.reprehẽdit j.eo.l.lex Cornelia. & eſſet hic caſus,eo quia nullus hic admittetur ex paterno,cum ille filius inſolidum inſtitutus deceſſerit uiuente teſtatore.

LEX XXVII.

1 *Subſtitutus vulgariter vni,cenſetur,etiam alteri ſubſtitutus, cui ille ſubſtitutus erat.*

2 *Si facti ſunt plures gradus ſubſtitutionum ſucceſſiuè,ille, qui eſt ſubſtitutus ultimo cenſetur et am ſubſtitutus primo, ut alijs de medio ſubductis, antequam uacet portio primi,ſi poſtea uacat admittatur.*

1 SI Titius. †Subſtitutus vulgariter vni cenſetur etiam alteri ſubſtitutus,cui ille ſubſtitutus erat.h.d.& eſt no.caſus,& concord.l.cohæredi. in prin.j.eo. & loquitur in ſubſtitutione vulgari.Quid in pu.dic,vt no.j.eo.l.q habebat.item quid in fideicommiſſaria? dic,vt no.Bar.j.de acquir.hær.l.quandiu.in fin.¶ In tex.ibi (cohæredi ſuo) puta Seio. In tex.ibi (deinde ei) ſcilicet Titio,& iſtud faciebat dubium,nã pro hoc videbatur, quod ambobus repudiantib. iſte Sempronius non haberet,niſi portionem Titij cui ſubſtitutus erat, ſed certè immo habebit portionem vtriuſque,ſed quærit,quo iure habet portionem Seij?dicit Dyn.ꝙ iure accreſcendi,nã portionem Titij hẽt iure ſubſtitutionis,ſed portionem Seij non habet:qa ſibi nõ erat ſubſtitutus,ſed quia accreſcit portioni Titij, ſi habet illam,neceſſario etiam habebit alteram, & iſtam opi. vꝫ hic ſequi Bar in l cohære in prin.j.eo.ſentit immo ꝙ habeat portionem Seij,ẽt iure ſubſtõnis,quaſi cenſeat etiam illi ſubſtitutus,poſtquam fuit ſubſtitutus Titio,qui erat ſubſtitutus illi, & iſtud eſt magni effectus,ponamus enim,ꝙ Titius adiuit partẽ ſuã,Seius verò repudiauit,ſi vera eſt opi.Dy.non poterit Sempronius habere portionem Seij,quia non iure ſubſtõnis, cum non ſit ſibi ſubſtitutus,item nec iure accre.quia illud ſequitur portionem,vt l.ſi totam.j.de acq.hæred. unde cum non hẽat portionem Titij,cui accreſcit, nec etiam portionem Seij accreſcentem habere poterit,ſed accreſcit Titio etiam inuito,vt l.q ex duabus.§.fin de acq.hær.Sed ſi vera eſt alia op.poterit habere iure ſubſtõnis,quod præfert iuri accreſ.vt l.2.§.ſi duo.de bo. poſſ.ſecundum tab. ẽt inuito Titio,ſi ipſe Titius nollet eam habere ex ſubſtõne,ſed ex iure accreſ.alias ipſe Titius præferret, quia primo loco fuit ſubſtitutus,vt ſ̃.eo.l. ſi pater impuberis.
2 & puto hanc ſecundam opinio.veriorem per iſtum textũ. † ex quibus collige concluſiuè,ꝙ ſi facti ſunt plures gradus ſubſtitutionum ſucceſſiuè,ille qui eſt ſubſtitutus ultimo, cenſet ẽt ſubſtitutus primo,vt alijs de medio ſubductis antequam vacet portio primi ſi poſtea vacat, admittatur ad eam,ac ſi fuiſſet illi nominatim ſubſtitutus, quod perpetuo tene menti. adde l.qdã in teſtamento.j.eo.Si autem Seius adiuiſſet hic pro parte ſua, & Titius repudiaſſet,illam ſolam haberet Sempronius ex ſubſtitutione,hic aũt debet intelligi,quando vterque repudiauit, ſecundum gl.vel vterq, mortuus eſt ante aditam hæreditatem.

LEX XXVIII.

1 *Lege Cornelia nedum teſtamentum patris,ſed pu.ſubſtitutio reconualeſcit, & quomodo.*

2 *Filius per captiuitatem patris efficitur ſui iuris,& poſtea pater reuertatur fictione poſtliminij,recuperabit patriam poteſtatem,& fingetur nunquam eam exiuiſſe.*

3 *Pupillaris ſubſtitutio eſt teſtamentum filij, & hodie poteſt filius habere hæredem ab inteſtato.*

5 LEx Cornelia. †Per legem Corneliam reconualeſcit non ſolum teſtamentum patris ſed etiam pu.ſubſtitutio,ſiue ſolus pater fuerit captus,& mortuus apud hoſtes uiuente filio,ſiue ſolus filius poſt mortem patris.ſecus ſi eo viuente,ſi vero vterque,tunc licèt pater prius fuerit captus, quaſi filius eſſet mortuus apud hoſtes, non reconualeſcit, pu. ſubſtitutio, licèt reconualeſcat teſtm̃ paternum:ſed ſi reuerſus eſt filius ab hoſtibus patre ibi defuncto, bene recõualeſcit per fictionem poſtliminij.h. d. iſta lex cum l.ſeq.Circa cuius materiam vide gl. plenè diſtinguentem j.de cap.l.pater.ubi etiam ponuntur rationes dubitandi circa caſus huius l.& primo loquitur, quando ſolus pater fuit captus, vſque ibi (ſed ſi pater.) Secundo quando ſolus filius, vſque ad l.(ſi pater.) Tertio, quando vterque, prius tamen
2 pater,poſtea filius. †Ratio dubitandi in primo caſu erat:quia ꝑ captiuitatem patris filius fuit effectus ſui iuris, & quãdo filius viuẽte patre ſui iuris efficitur,ſubſtitutio pupillaris euaneſcit, vt j.e.l.cohæredi.§.cum filio. & no.in l.2.in princ.ſ̃.eo.poſt j ergo euanuit, non propter capitis diminutionem filij, ſed alia ratione,nun videbatur,ꝙ ad ipſam extenderet fictio l.Co.

quæ

quæ fuit inuenta ad confirmandũ teſtm̃ eorũ, q̃ per captiuitatẽ capite minuunt̃, & pp hanc rõnem, qdam dixerunt eã non reconualeſcere, vt hr in d.l. pater. ĵ. de cap. ſed ꝯriũ verũ eſt, vt hic, & ibi, nam vr̃ non fuiſſe effectus ad plenũ ſui iuris, cũ ſperaret redire pr̃, & ſic fictione poſtliminii recuperaturũ patriã poteſtatem. ¶ In hoc ergo primo caſu, ſicut per capitis diminutionem p̃ris, factũ fuit irritũ teſtm̃ paternũ, & pupillare in cõſequentiam, ita illo moriente penes hoſtes, ſicut reconualeſcit paternũ, ita & pupillare. ¶ In ſecundo aũt caſu, qñ ſolus fuit captus. Rõ dubitandi erat: quia lex Corn. loquitur de teſtõ facto ab ipſo capto, ſed iſta pupillaris ſubſtõ non fuit facta ab ipſo capto, ſed a p̃re non capto, pp hoc gl dicit, ꝙ non habent locum verba l. Corn. in hoc caſu, ſed fit extenſio ꝑ p̃torem illius l. ad hunc caſum, & hoc voluit tex. in l. j. ff. ꝟ. ſi mortuo. & ſic erit neceſſaria bon. poſſ. ipſi ſubſtituto, non aũt poterit adire de iure ciuili, quia illo iure non valet, nec reconualuit, & hoc vult glo. q̃ incipit, non ex verbis. Hoc tñ verum, qñ captus fuit filius p̃re mortuo, ſi ẽt eo viuente, tunc ẽt ſi poſtea deceſſerit penès hoſtes p̃re mortuo, non reconualeſcit pupillaris: quia fingitur mortuus ꝑambula hora captiuitatis, tunc aũt viuebat pr̃, ſed qñ pupillus moritur verè viuo p̃re, pupillaris ſubſtitutio euaneſcit, quia non haberet hr̃dem ex teſtõ filiusfam. nec olim, nec hodie, cum nulla bona haberet olim, & hodie, & poſito, ꝙ
3 habeat, non põt teſtari. †pupillaris ᵃ aũt ſubſtõ eſt teſtm̃ filii, et
a go, &c. quinimmo nec ab inteſta. poterat iſto iure habere hæredẽ, & hoc eſt, quod dr̃ in ver. quare ẽt hodie bene poteſt hr̃e ab inteſt. & ſic ille ver. corrigitur ꝑ Auth. de hęred. ab inteſt. Circa tertium caſum in l. ſi pr̃. quæ ſit rõ, & ſi capitur vterq. primo pr̃, poſtea filius, deinde morit̃ pr̃, poſtea filius, certũ eſt, ꝙ recõualeſcit teſtm̃ ꝑ l. Corn. ſed quare non pupillaris ſubſtõ, nam ſi pr̃ fuit primo captus, iſte filius eſt mortuus poſt mortẽ p̃ris verã, & fingitur mortuus poſt mortẽ p̃ris fictam, ergo vr̃ reconualeſcere ꝑ verſ. ſed pr̃ in ciuitate, gl. fin. iſtius l. ſi pr̃. reddit rõnem, qa iſte filius nullo tpe potuit effici heres p̃ris, cũ eſſet apud hoſtes, & ſic non eſt aliquis, ꝑ cuius additionem iſtę pupillares cõfirmentur, ſi ergo haberet cohæredem, qui adiret, ſecus eſſet, & hoc tenet hic Bar. Vltimo hic ſunt tres gl. q̃ tenent, ꝙ licẽt expiret ſubſtõ pupillaris expreſſa, qñ pupillus morit̃ viuẽte p̃re, nõ tñ expirat tacita vulgaris ĩ ipſa cõprehẽſa, vna, q̃ ĩcipit ꝟ id hoc ꝟ in fi. alia, q̃ incipit ꝟ ad agnatum ꝟ alia eſt in l. ſeq. in fi. q̃ incipit ꝟ ex pupillari. ꝟ Dyn. tenuit ꝯrium, primo per rõnem, quia illa tacita pupillaris requirit ꝯfirmationẽ per aditionẽ ex teſtõ paterno, ſicut ipſa pupillaris, & dicit eſſe caſum in l. apud Iul. §. idem Iu. ad Trebel. q̃ rõnem Bar. impugnat: quia immo non requirit, & ad hoc alleg. tex. in fi. in tacita vul. q̃ comprehendit̃ in fideic. fauore militis, ĵ. de teſt. mil. l. neq. n. §. fi. Scđo mouet̃ Dyn. ꝑ l. ꝙ ſi filius. ĵ. de cap. ibi dũ dicit ꝟ nihil eſt, ꝙ de tab. pupillaribus qri poſſit &c. ꝟ & ſic vr̃, ꝙ in totum annihilet̃ quantum ad expreſſum, & quãtũ ad tacitũ: qa ſi nõ valet, expreſſum, nec tacitũ, vt l. 3. §. q hẽt hauſtũ. de ſeru. vr. prædi. Bar. hanc opin. tenet, cum diſtinctione tñ, quam hic vide per eum. cætera dic, ut habentur in d. l. pater, &c.

ADDITIO.

a Pupillaris autem ſubſtitutiõ. Adde Bar. in l. 2. ff. de vul. & pup.

LEX XXX.

1 Ex præſumpta voluntate defuncti coniunctus præfertur interdum ſubſtituto & ſubſtitutio vulgaris cuius condõ non extitit, ius accreſ. nõ impedit.

2 Subſtitutio vulgaris facta plurib. ſemper cenſetur facta, ſi in perſonis omnium vacabit hæreditas, niſi præceſſit alia ſubſtitutio facta cuilibet.

3 Si teſtator fecit ſubſtitutionem fideicommiſſariam duobus ſine expreſſione nominis collectiui puta ſi deceſſerint ſine liberis, & ſubſtituit in tota hæreditate, vel in omnibus bonis, præſumitur uoluiſſe, quòd ſubſtitutus non nocetur, niſi ambo deceſſerint ſine liberis.

1 QVidam teſtamento. †Ex præſumpta voluntate defuncti coniunctus præfertur interdum ſubſtituto, & ſubſtõ vulgaris cuius ꝯdõ non extitit, ius accreſc. non impedit. h. d. ſm̃ Bal. & eſt caſus ſing. ¶ In tex. ibi ꝟ Proculum ex parte quarta ꝟ idest in trib. vnciis. ¶ In texe. ibi (& Quietum ex parte dimidia, & quarta) idest in nouem vnciis, & iſte fuit primus gradus in ſtõnis. ¶ In tex. ibi (deinde Quieto) ſupple inſtituto in 9 vnciis. ¶ In tex. ibi (Proculo) .ſ. inſtituto in trib. unciis, & iſte eſt ſecundus gradus, & notãdũ, ꝙ cuilibet iſtorum inſtitutorum fuit datus ſubſtitutus vulg. de per ſe, & hoc eſt importantiæ, pp id, qđ ſtatim dicam. ¶ In tex. ibi (ſi neq. Florus, neq; Soſia hæres eſſent) ꝟ iſte eſt tertius gradus, in quo ſubſtituti non fuerũt dati cuilibet, & de ꝑ ſe, puta Floro vnus, & Soſiæ alteri, ĩmo fuit factus iſte tertius gradus ſimpliciter, ſi neuter iſtorum eſſet hr̃s, & in hoc ſtat dubitatio, quia iſta ꝯdõ extitit: nã Soſia ſubſtituta Proculus non fuit hæres, quia mortua eſt una cum Proculo viuente teſtatore, nec ẽt Florus, quia fuit excluſus ꝑ aditionẽ Quietĩ, q erat ſubſtitutus, vñ videbat̃, ꝙ iſte quadrãs vacans per mortẽ Proculi, & Soſiæ pertineret ab ſubſtitutos in tertio gradu, qui erant quamplures, poſtquã ꝯdõ illius ſubſtitutionis euenerat, ſed ꝯnum eſt ex ꝑſumpta mẽte defuncti, quia videret̃ voluiſſe, ꝙ ita demũ venirent iſti ſubſtituti in tertio gradu, ſi hr̃ditas in totũ uacaſſet ex primo gradu, & ſic licẽt expſſerit iſtam ꝯdõnem, ſi neq. Florus, neq. Soſia &c. tñ ẽt ſubintelligit̃ neq. Proculus, nec Quietus primo loco inſtituti, ſed iſta ꝯdõ nõ extitit, qa licẽt Proculus nõ fuerit, fuit tñ Quietus, q adiuit. ꝙ aũt talis fuerit mẽs teſtõris, patet ex eo, ꝙ inter ſubſtitutos in tertio gradu diſtribuit totã hæreditatẽ, quia ſubſtituit Coloniã in nouẽ vnciis, & quãplures alios in trib. vnciis, & ſic ſi iſti ſubſtituti admitterent̃, teſtõr videret̃ feciſſe de ſua hæreditate plures vncias, q̃ xii. quia ſubſtituti deberent hr̃e xii. & Quietus qui adiuit, habet nouẽ, & ſic eſſent 21. hoc aũt nõ ꝑſumit̃ teſtõr uoluiſſe, quia noluit tranſire ad bipondiũ, ſequitur ergo, ꝙ excluſus ſubſtitutus ĩ tertio gradu uenit ſolꝰ Quietus ꝑ ius accr. ſubſtõ ergo facta Proculo de Soſia, poſtquã non vendicabit ſibi locũ, quia Soſia mortua eſt uiuente teſtõre, nõ impediuit portionẽ illã accreſcere cohæredi, vt etiam probat̃ in l. 2. §. ſi duo. de ſecun. tab. & ad hoc allegatur iſta l. ꝙ ſubſtitutio vulgaris inutilis a principio, vel ex poſt facto nõ tollit ius accreſcẽdi. Hoc uerũ, niſi facta ſit inutilis ꝑ ꝑteritionẽ poſthumi, ut eſt caſus in l. pe. de iniu. teſt. Si aũt iſta Soſia viueret, ad-
2 mitteret ad iſtum quadrantẽ excluſo Quieto cohr̃de. ¶ †Sed opp. ſubſtõ vulgaris facta plurib. ſp cenſet̃ facta, ſi in pſonis omnium vacabit hr̃ditas, qa cũ inter eos ſit ius accreſc. cenſet̃ teſtator uoluiſſe illud reſeruare, & ſolũ in defectũ illius ſubſtituere, ut l. quãuis. C. eo. ſm cõem intellectũ §. poſito. ꝙ non diſtribuiſſet inter iſtos ultimos ſubſtitutos totã hr̃ditatẽ, ſed ſimpliciter ſubſtituiſſet, vr̃ hr̃e locũ, qđ hic dr̃, & tñ iſte tex. fundat ſe in hac rõne, ꝙ diſtribuit inter eos totã hæreditatẽ, & ſic innuit eſſe ꝯriũ, ſi non diſtribuiſſet. Sol. hoc iõ, qa hic ꝑceſſerat alia ſubſtõ facta cuilibet de inſtitutis de per ſe, de cuius natura non eſt, ꝙ debeat vacare in perſonis omnium inſtitutorum, immo ſi uacat in perſonis, ſtatim ſubſtitutus eius admittit̃, ut colligit̃ ex illa l. pe. Sed ſi iſta ſubſtõ hic non præceſſiſſet, fateor ꝯrium, ꝙ iſti ſubſtituti nõ admitterent̃ ad portionem vacantẽ, etiam ſi inter eos tota hæreditas non eſſet diſtributa, ita intelligo hanc legem difficilem, nec iſta tanguntur per Doc. & ſunt
3 neceſſaria. ¶ †Vltimo Bar. per hanc l. determinat ſingulariter, ſi teſtator fecit ſubſtõnem fideicommiſſariam duobus ſine expreſſione nominis collectiui, puta ſi deceſſerit ſine liberis, licẽt tex. dicat in l. Lucius. in §. Caio. ad Treb. ꝙ uno decedente ſine liberis, ſtatim vocatur ſubſtitutus: ſi tñ teſtator ſubſtituit in tota hæreditate, uel in omnibus bonis, præſumitur uoluiſſe, ꝙ ſubſtitutus non uocetur, niſi ambo deceſſerint ſine liberis per
a hanc l. quod eſt ſingulare ſecundũ Bal. quæ determinatio ᵃ videtur contra tex. in l. hæredes mei. §. cum ita ad Treb. quia ſibi dixit omnem hæreditatem &c. & tamen locum habet ſubſtitutio, ſi extat conditio in perſona ultimi morientis, licẽt nõ extiterit in perſona primi, & Bar. vult, ꝙ debeat exiſtere in perſonã utriuſque. Nec ob. iſta lex, quia loquitur in ſubſtitutione vulgari, quæ concipitur ante aditam hęreditatem, & ideo cũ tunc habeat locum ius accreſc. teſtator cenſetur uoluiſſe illud reſeruare, non ſic in fideicommiſſaria, quæ concipitur poſt aditam hæreditatem. tene menti, quia iſta ſunt ſubtilia, & quotidiana.

ADDITIO.

a Determinatio. Adde, quòd etiam contra Bar. allegando Pau. de Caſt. hæc tenet etiam Alex. de Imo. in conſ. 91. col. 5. in fi. in 1. uol. & ibi dicit contra Bar. eſſe magis communem opin. Fran. Cur.

LEX XXXI.

1 Subſtitutus impuberi ſub conditione, ſi ipſe erit, uel non erit hæres, quando admittatur.

2 Sententia lata ſuper querela reſcindit teſtamentum ipſo iure, & facit, ut ille, qui eſt effectus hæres, deſinat eſſe hæres ipſo iure, non ſic in lata ſuper contrat. poſt aditam hæreditatem.

3 Dictio, tunc, quid ſignificet.

1 IN ſubſtitutione. †Subſtitutus impuberi ſub ꝯdõne, ſi ipſe hr̃s erit, admittit̃ ex ſubſtõne, ſi ſemel fuit hr̃s, licẽt eſſe deſierit: ſed ſubſtitutus ſub ꝯdõne, ſi alius nõ erit hr̃s, ita demũ admittit̃, ſi tpe quo morit̃ pupillꝰ, aliꝰ nõ ſit hr̃s. h. d. Et ſic ponit duos caſus, ĩ primo fuit appoſita ꝯdõ affirmatiua, ſi erit hr̃s, q̃ colligit̃ ex illis uerbis, quiſquis mihi hr̃s erit. ut ſ. eo. l. qui liberis. in prin. in ſecđo fuit appoſita ꝯdõ negatiua,

tina, l. ſi talis, non erit hæres teſtõri, & tũc requirit, ꝙ talis qualitas adſit tpe, quo deferẽ hr̃ditas pupilli, vñ ſi tũc ille tertius reperiẽ eſſe hr̃s, licẽt prius fuerit, & deſierit eſſe, ſufficit, vt ſubſtitutus admittatẽ. ¶ In primo caſu, ibi (cum filius moriat) & videbatẽ iſta pars vera, ꝙ requireretẽ, vt eſſet hr̃s tpe, quo moriẽ fili*, q̃a qualitas iũcta verbo dẽt adeſſe ſm tp̃s verbi, vt l. in delictis. §. ſi extraneus. ſ. de nox. & ſ. de teſt. mil. l. Titius. ſed hic requirebatẽ iſta qualitas ad hoc, vt ſubſtitutus admittatẽ, ꝙ eſſet hr̃s, ergo dẽt adeſſe tpe, quo deferẽ hr̃ditas pupilli, q̃a fuit ſubſtitutus ſub illa qualitate, & ſub ꝯdõne, ſi pupillus deceſſerit in pup. ęta. So. ꝯtriũ ꝓcedit in qualitate, q̃ eſt neceſſaria ad actũ, & ita loquitur ꝯtriũ, ſi bñ inſpiciẽ. ſed iſta qualitas hic nõ erat neceſſaria ad pupillarem ſubſtõnẽ: q̃a potuiſſet eũ ſubſtituere, ẽt ſine illa ꝯdõne, ſi hr̃s erit. ergo mera volũtate appoſita, & iõ ſufficit, ꝙ ſemel auferẽ, licẽt eſſe deſierit, vt eſt caſus hic notabilis, per quem limitatur illud vulgare dictum. ¶ Item op. quia qualitas debet adeſſe tpe teſtamenti, ad hoc, vt ſi poſtea deſinat, non noceat, vt l. ſi cognatus. ſ. de reb. du. & l. Mela. in princ. de ali. & cib. le. vel ſtatim tpe mortis, vt l. 2. de au. & ar. le. ſed hic neutro tpe aderat, q̃a nec tpe teſti cũ viueret teſtator, nec ẽt tpe mortis, ſed ad fuit poſt. Sol. ꝯtriũ procedit, qñ qualitas reſpicit actum legãti, vel reſpicit effectũ legati, quod ſumit effectũ in morte teſtatoris, & qñ fuit appoſita qualitas purẽ, verũ neutrum iſtorũ reſpiciebat, & fuit appoſita ſub ꝯdõne, & iſta colligunẽ ex his, q̃ notabiliter ponit Bar. in l. ex facto. in prin. ſ. co. vbi ẽt allegat hãc l. ꝓ notabili, & ibi oĩno vide ad declarationẽ huius articu-
2 li, qñ debeat adeſſe qualitas a teſtõre requiſita. ¶ † In tex. ibi, ex cã de inofficioſo. iſte tex. ſemp allegatẽ, ꝙ ſnĩa lata ſuper q̃rela reſcindit teſtm̃ ipſo iure, & facit, vt ille, qui effectus eſt hr̃s, deſinat ipſo iure eſſe hr̃s, nõ ſic lata ſuper ꝯtabulas poſt aditam hæreditatem, vt in l. & ſi ꝯ. ſ. co. quia querela eſt de iur. ciu. & ius ciuile bene poteſt facere quem deſinere eſſe hæredem ipſo iure, vt pater in teſtamento militis, vt l. certi iuris. C. de mil. teſt. ſed ius p̃torũ, ſicut non dat iura directa, ita nec auferre poteſt, ſed in effectum tm̃, vt Inſt. de bon poſſ. §. quos autem. ¶ In tex. ibi (pro parte mota eſt) q̃a filius exhr̃datus egit ꝯ vnũ ex extraneis inſtitutis quod facere potuit, vt l. mater. de inoffic. teſtamen. & ſic no. ꝙ ex poſtfacto põt quis decedere pro parte teſtatus, & ꝓ parte inteſtatus, vt ſ. de inoffi. teſt. l. certa. licẽt a princ. nõ, vt l. ius noſtrũ. de reg. iur. ¶ In ſecundo caſu ibi (neq. mihi Caius filius hr̃s erit) iſta verba faciebant dubium, nam videbatẽ, ꝙ requireẽt, vt nunq̃ Caius fuerit hr̃s, ſi ergo ſemel fuit, licẽt eſſe deſierit, videbitẽ defecta ꝯdõ, ſed non eſt verũ, q̃a debet exponi: neque mihi Caius hr̃s erit, ſ. tpe mortis pupilli. ſed vnde prouenit
3 hæc interpretatio? glo. pen. † & etiam Doc. dicunt, ꝙ ex natura dictionis, tũc q̃ ſtatim ſequitẽ. Nã ſignificat extremitatem tp̃is: Bal. dicit, ꝙ hoc procederet, ſi punctuatio fieret poſt dictionem,
a tunc. ᵃ & ſic illa dictio determinaret verbum præcedens, hæres erit. hoc modo, nec mihi Caius filius hæres erit tunc. ſed certẽ poteſt fieri punctuatio ante dictionem, tunc. & ſi ita fiat, nihil facit ad propoſitũ illa dictio, vnde ipſe dicit, ꝙ in hoc caſu iſta interpretatio eſt vtilior ſubſtituto, & facit eum admitti, ſicut in caſu præcedenti illa interpretatio eſt ſibi vtilior, vt iſta ſit ꝯcluſio, quòd ſi ſibi eſt vtile, quòd attendatur, an ſemel fuerit hæres, hoc attenditur. Si autem eſt ſibi vtile, quòd non attendatur, ꝙ ſemel fuerit hæres, ſed ſufficiat, quòd tunc non ſit, hoc attenditur fauore teſtamenti, & inſtitutionis, & hoc eſt ſubtili
b us, ᵇ & pulchrius, quàm id, quod dicit gl. & alij. Doct.

ADDITIONES.

a Dictionem, tunc. Adde l. uxori. ff. de vſufr. leg. l. 3. ad fi. C. de procu. & in c. ſi eo tempore. de reſcr. lib. 6. & in gl. in cle. 3. de iu. pa.

b Subtilius. Adde quòd hunc eundem intel. ad iſtum tex. refert, & ſequitur Alex. de Imo. in conſi. 44. col. fi. in 3. vol. Ci.

LEX XXXII.

1 *Hæredes plures coniunctim ſubſtituti cum diſiunctis quando habeantur loco vnius.*

2 *Verbũ, quiſquis. quod eſt diſtributiuum, facit cõiunctos haberi pro diſiũctis.*

1 QVI cum plures. † Plures hęredes coniunctim ſubſtituti cum diſiũctis non hñt loco vnius, ſi dictum fuit, ꝙ venirent pro hæreditarijs portionib*, & ipſi diſpariter erant inſtituti immo diſiuncti habebunt uiriles attento numero hæredum, ipſi verò hæredes habebunt reſiduum diuidendum inter eos pro hæreditarijs portionibus. h. d. iſta ſingularis lex, & credo, quòd non reperitur alibi, & limitat plures ll. in ti. de hære. inſti. & l. ſi pr̃. ſupra eo. in quibus habetur, ꝙ plures hæredes cõiunctim ſubſtituti cum diſiuncto loco vnius hñt, nã hoc eſt verum, niſi duobus concurrentibus, q̃ dixi in ſummario, q̃a tunc nõ cenſent coniuncti, ſed diſiuncti, quia ſi fuerunt inſtituti diſpariter neceſſario ſequit, quòd fuerunt ſingulariter vel ſpecialiter nominati in inſtitutione, ſi ergo poſtea fuit dictũ in ſubſtitutione, quòd veniant pro hæreditarijs portionibus cenſentur per hoc ſingulariter nominati, ſicut fuerunt nominati in inſtitutione, & hæc eſt rõ huius l. ſicut & alibi, ſi dicetur ęquis portionibus, facit, vt coniuncti habeant ꝓ diſiunctis. ſ. titi. 3. l. ſi ita quis hæres. & l. interdum. in prin. ita & hic verba iſta, ꝙ veniant pro hæreditarijs portionibus, ſecus ſi iſta verba non fuiſſent à teſtatore dicta, tunc enim licẽt tacitẽ videretur actum, ꝙ diuidant inter ſe pro hæreditarijs portionibus, tamen non hñt pro diſiunctis. imò pro coniunctis, & hñt omnes loco vnius, vt l. ſi pater filio. ſ. eo. ¶ In tex. ibi (adiecit) ſcilicet in ſubſtitutione facta tertio, non in prima inſtitutione facta a Titio, nam in prima inſtitutione iſte Titius non fuerat inſtitutus. ¶ In tex. ibi (quæſitum eſt, quam partem.) ſupple de portione a Titio repudiata, de illa enim ſola quæritur, qualiter debeat diuidi inter iſtum Titium adiectum, & alios hæredes gl. autem, quæ eſt hic neſciuit, quid diceret, nec vidit Sol. contrarij. Ad l. autem fi. C. eo. quam in fi. allegat pro cõtraria, dic, ꝙ ibi portiones hæreditariæ, & viriles erant eædem, quia fuerunt æqualiter inſtituti,
2 † & etiam fuit ibi appoſitum verbum, quiſquis, ᵃ quod eſt di-
a ſtributiuum, & facit coniunctos haberi pro diſiunctis, & in hoc concordat cum iſta l. ſed in alio videtur contrariari, q̃a ibi vocanẽ viriliter, hic pro hr̃ditarijs portionib. ſed ſolue, vt dixi.

ADDITIO.

a Verbum, quiſquis. Adde Bar. in l. 3. ff. de con. & dem. Ang. conſi. 390. inci. viſo.

LEX XXXIII.

1 *Si mater inſtituat filium ſub conditione caſuali, valet teſtamentum, licẽt in eius defectum ipſum non exhæredet.*

2 *Mater quando fecit ſubſtitutionem pupillarem, & etiam vulgarem, pupillaris eſt nulla, ſed vulgaris valet, & dicitur facta in pupillaribus tabulis, ideſt una cum pupillari.*

3 *Præteritio matris ſine cauſa hodie reddit teſtamentum nullum, ſicut præteritio patris, & quando.*

4 *Tp̃s certæ ætatis adiectum filio in inſtitutione, an faciat conditionẽ uel diẽ.*

1 SI mater. † Si mater inſtituat filiũ ſub conditione caſuali, valet teſtm̃, licẽt in eius defectum ipſum non exhæredet, & ideo valet ẽt ſubſtitutio vulgaris ei data. h. d. Et reputatẽ difficilis iſta l. tam in prin. q̃ in ſeq. §. & not. bene iſtum caſum notabilẽ. ¶ In text. ibi (pupillarib. tabulis.)
2 ¶ Intellige ſm Bal. † qñ fecit ſubſtitutionem pupillarẽ, & ẽt vulgarem, & pupillaris eſt nulla. quia mulier nõ põt illam facere, cũ nõ habeat filiũ in ptãte, ſed vulgaris ualet, & dr̃ facta in pupillarib. tabu. i. unà cum pupillari. opp. ꝙ iſta inſtitutio non valeat, q̃a facta ſub ꝯdõne nõ poteſtatiua, & in eius defectũ nõ fuit exhr̃datus. Timore huius gl. 3. dicit ſm Azo. ꝙ immo nõ vr̃ facta ſub ꝯdõne ſed in diẽ certam, quia collata in tp̃s ætatis, & iõ reiecta die hr̃ pro pura ꝑ l. hr̃ditas ex die. ſ. ti. 3. iſta gl. malẽ loqẽ de die certa, q̃ oĩno eſt extitura, ſed hic nõ ſic, q̃a licẽt collata in tp̃s certæ ætatis, tñ cum expectatione dubij euẽtus, ſ. ſi ad eãdẽ ꝑuenerit, & hoc non eſt certum euentus, iõ facit ꝯdõnem, vt vt l. ſi cui legẽt. § 3. ſ. de leg. 3. Ad ꝯñũ dic, ꝙ ꝓcederet in teſtamẽto pr̃is hñtis filiũ in poteſtate, nõ in teſtõ matris, cuius ẽt omnimoda præteritio non reddit teſtm̃ nullũ, ſed hr̃ ꝓ exhr̃datione eodem mõ non omnimoda, hẽt tñ q̃relã in iure iſto, ſi ꝯdõ eſſet appoſita ſui fauore, vt l. filijs matrem. C. de inoffi. teſt. Et ſi dicatẽ, qũmodo poteſt valere tacita exhæredatio, q̃a non fuit datus cohæres, per cuius aditionem confirmetẽ? dicit Bal. ꝙ in-
3 cipit teſtm̃ a ſubſtitutione vulg. vt l. 3. §. fi. ſ. de lib. & poſt. † Hodie verò iſta conditio reijciẽ de teſtamento matris, ſicut de teſtamento patris per l. qm̃ in prioꝛib. & l. ſcimus. §. cũ autem, ſed Bar. videẽ erraſſe hic, quia dicit, ꝙ hodie iſtud teſtamentum nõ valebit quia p̃teritio matris ſine cauſa reddit hodie teſtamẽtũ nullũ, ſicut p̃teritio patris, vt no. in Auth. de hæ. & Fal. §. exhæredatos. in gl. Tu dic illud verum in oĩmoda præteritione ſecus in nõ oĩmoda, vt qñ inſtituit ſub ꝯdõne caſuali, nam tũc etiam paternum teſtm̃ nõ redditur nullum, ſed reijcitur de legitima.
4 ¶ † Vltimo vr̃ dicendum, ꝙ immo tp̃s certæ ætatis adiectum filio non faciat ꝯdõnẽ, ſed diẽ, vt l. Seius Saturninus. ſ. ad Treb. Bar. vr̃ hoc fateri, ſed non placet, & dic, ꝙ ibi loquiẽ, qñ adijcitur fideicommiſſo, vel legato, & tunc ꝙ faciat diẽ, & non ꝯdõnem, eſt utile, q̃a trãſmittit ad hr̃dẽ, ſi añ diem decedat, vt ibi, hic qñ apponitur inſtitutioni factæ de filio, quo caſu nõ eſſet vtile, q̃a ſi decederet añ illam ætatẽ, ẽt ſi faceret diem, nõ tranſmitteret illã ad ſuos hr̃des, q̃a de nã hr̃ditatis non eſt, ꝙ tranſmittatur nõ adita, ſed bene eſt de natura legati, & fideicõ. conſtãt, añt ꝙ anteq̃ peruenerit ad ætatẽ, adire non põt, q̃a non eſt dies certa

quæ debeat reijci, per l. hæreditas ex die: ſed eſt incerta, quæ nõ
reijcitur, vt no. gl. in l. ſi ita. in fi. de lib. & poſth. vnde non videu
cuius vtilitatis ſit dictum Barto ad ll. autem, quas glo. allegat.
in ti. quando di. leg ce. Reſponde, quòd ibi præceſſerat diſpoſi-
tio pura, & poſtea in alia oratione circa eius executionem fuit
appoſitum tempus certæ ætatis, vnde diſpoſitio præcedens nõ
redditur conditionalis, hic verò fuit appoſitum ad ſubſtantiã
diſpoſitionis, quia fuit inſtitutus, cum erat ann. 14.

1 *Si inſtitutus primo loco ſit hæres, ceſſat ſubſtitutio vulgaris tam prima, quam alia ſequens.*
2 *Quando primus gradus non deficit, quia filius ſuperuixit patri, & fuit hæres ambo ſequentes, vt hic euaneſcunt.*
3 *Quid ſi primus gradus deficit eo modo, quo teſtator dixit, quia filius mortuus eſt patre viuente, tunc nepos, ſi natus fuiſſet, admittetur, & ſi non fuit natus, admittetur ſubſtitutus vltimo loco.*
4 *Quid ſi primus gradus deficit, non tamen eo modo, quo teſtator dixit, quia filius non eſt mortuus viuente patre, ſed ſuperuixit patri & repudiauit, an Titius vltimo loco ſubſtitutus admittatur.*
5 *Prima ſubſtitutio de nepote facta in ſuitate, & in defectum ſuitatis, ſuitatem non tollit, ſed potius à ſuitate tollitur.*
6 *Subſtitutio vulgaris facta in unum caſum porrigitur ad alium, & quando.*

§. Si filius. †Si inſtitutus primo loco ſit hæres, ceſſat ſub
ſtõ vulgaris, tam prima, q̃ alia ſequẽs, h.d. in
effectu. ¶ In tex. ibi (hr̃s nõ erit) hoc faciebat dubiũ, quia Titius
fuit ſubſtitutus, ſi nepos nõ erit hr̃s, ſed iſta ꝯditio extitit, ſi
nepos nõ fuit natus, vt dr̃ in fi. ergo videbit̃ Titius admittẽdus:
& ſi dicat̃, qualr̃ poſtq̃ filius fuit hr̃s? Rñdet̃, ꝙ nõ potuit effici
hr̃s, niſi ꝓ parte, & ſic admittit̃ Titius, vt cohr̃s. ꝯriũ tñ determi
nat̃, ꝙ nec admittit̃, vt ſubſtitutus, nec vt cohr̃s, & hoc vult dice
re tex. in fi. dũ dicit oĩno. Rõ primi eſt, qa ſicut prima ſubſtõ vul
garis facta de nepote cenſet̃ facta in defectum inſtõnis, ita & ſe
cunda facta de Titio huic nepoti cenſet̃ facta in defectu vtriuſ
que gradus præcedentis, & ſic licèt non fuerit appoſita niſi vni
ca ꝯdõ, ſi nepos nõ erit hr̃s, cẽſet̃ ẽt appoſita. l. nec ẽt filius pri-
mo loco inſtitutus, ſic s̃. eod. l. quidam teſtõ. Ratio ſecundi eſt:
quia eſſet ꝯ intẽtionẽ teſtõris, ꝙ admitteret̃, vt cohr̃s, & filius
nõ hẽret totam hr̃ditatem, vt s̃. eo. l. verbis ciuilibus. & s̃. tit. j. l.
cũ in teſtamẽto. vbi ponit̃ caſus huius §. clarius, & latius, q̃ hic.
2 ¶ †Et aduerte, ꝙ tres ſunt caſus, quorum vnus ponit̃ in tex. qñ
primus gradus non deficit, quia filius ſuperuixit pr̃i, & fuit hæres,
3 & tunc eſt clarum, ꝙ ambo ſequentes euaneſcũt. † Alius eſt, q
non ponit̃ in tex. nec in gl. ſed primus gradus defeciſſet eo mo-
do, quo teſtator dixit. quia filius mortuus fuiſſet viuente pr̃e, &
iſte eſt clarus, quia tunc nepos, ſi natus fuiſſet, admitteret̃, & ſi
non fuit natus, admittit̃ ſubſtitutus vltimo loco, quia vterque
gradus ꝑcedens defecit, & eo modo, quo teſtõr dixit, vt in prin.
4 gloſſ. ſuper verſiculo, excludit. ¶ † Eſt tertius caſus dubius, de
quo quærit glo. ſubtiliter. ſ. ſi primus gradus deficit, non tamen
eo modo, quo teſtator dixit, quia filius non eſt mortuus viuẽte
patre, ſed ſuperuixit patri, & repudiauit, quærit̃ an Titius vlti-
mo loco ſubſtitutus admittat̃. Antequam procedam vlterius,
videndum eſt quomodo procedat id, quod dicit gloſſ. ꝙ etiam
nepos repudiauit, nam non põt repudiare, qui non põt adire,
vt l. ij. põt de acq. hær. ſed iſte nepos non poterat adire ex ſub-
ſtõne, licèt filius repudiauerit, quia ſubſtitutus ſub ꝯdõne, ſi fi
lius viuo patre moreret̃, & iſta ꝯdõ nõ extitit, nec̃ extendit̃ iſta
ſubſtitutio ad caſum quo ſuperuiuat, & repudiat, qa fuit facta
in ſuitate, ne præteritus rumpat teſtm̃ ingrediẽdo locum filij
viuente patre, ſed iſta cauſa ceſſat, quia non fuit ingreſſus locũ
filij, cum ille ſuperuixit, & ſic non poterat rumpere, etiam ſi nõ
fuiſſet ſubſtitutus. qa non tenebat primum locum tp̃e mortis
l. ſi quis poſthu. §. filium. de lib. & poſth. ergo ceſſat ſubſtitutio
facta ob illam cauſam, ne rũperet, qũo ergo potuit repudiare?
Sol. intellige gl. repudiauit. ſ. ab inteſt. quantum in eo fuit dicẽ
do, ꝙ nullo mõ vult hr̃ditatẽ, & ſic neutri iſtorum obſtat ſubſti
tutio vltimo loco, quia neuter vult, vnde maior eſt rõ dubitan
di, & dicendi, ꝙ ille ſubſtitutus debeat admitti, ſi. n. nepos, licèt
ex ſua ſubſtõne non poſſet admitti, diceret ſe velle hr̃ditatẽ ab
inteſt. & ſe debere præferri ſubſt. licèt defecerit inſtõ facta de
eo, eſſet maius dubiũ, an ipſe obſtaret ſubſt. nã inconueniẽs vr̃,
ꝙ ſubſtitutus ipſum excludat, ſi vult hr̃ditatem hr̃e, quia teſta-
tor ipſũ prædilexit ſubſt. extraneo, & vltimo loco, ſed in caſu
gl. ceſſat iſta rõ, unde quæritur quid iuris: gl. primo arguit pro,
& ꝯ, faciendo vnam rationem pro qualibet parte, & poſtea de-
terminat pro parte negatiua ꝙ nõ admittit̃ per duas rationes,
& tñ nulla rõ facta per gl. vr̃ bona. Prima ratio eſt, quia filius,
poſtq̃ ſuperuixit, extitit hr̃s patri ipſo iure. iſta rõ primo vr̃ falſa
tenendo cõem opi. ꝙ datio ſubſtituti vulgaris tollat exiſtentiã
ſui hæredis & ſic habeat ſubſtitutum vulgarem. Nam iſte Titius
vltimo ſubſtitutus cenſet̃ etiam ipſi filio ſubſtitutus, vt ſupra
eo. l. ſi Titius & poſtio, ꝙ illa opinio non eſſet vera, ꝙ non tol-
letur ſuitas ipſo iure, nihilominus quia non repudiauit, remã-
ſit hr̃s ſolo nomine, & iſtud non dẽt impedire ſubſtitutum ve-
nire, & effici hr̃dem ſaltem in effectu, arg. l. j. §. ſi quis adita. & l.
5 a. §. ſi ſint. ad Tertu. Sed ſuſtinendo gl. dic. ꝙ habuit reſpectũ ad
primam ſubſtitutionem factam filio de nepote, nõ ad ſecundã,
quæ a iure fingit̃ etiam ſibi facta de ex̃neo, quia illa eſt mere le
galis, prima autem ſubſtitutio de nepote fuit facta in ſuitate, &
in defectum ſuitatis, unde ſuitatem non tollit, ſed potius a ſui-
tate tollit̃, & hoc voluit iſta gl. quæ ad hoc ſubtiliter allegat̃, qa
quando nepos ſubſtituitur filio, ſi deceſſerit viuẽte pr̃e, ſi filius
nõ deceſſit, nepos fuit ingreſſus locum eius, & ſic filius tp̃e mor
tis repetit̃ tenere primum locum in ſuitate, vñ nepos tanquã
ꝑteritus non poteſt rumpere, & ſic ceſſat eius ſubſtitutio, quæ
fuit facta, ne rumperet, vnde nõ eſt curandũ, ꝙ filius repudiet
quia nõ fuit facta principaliter in hr̃ditate, ſed in ꝓñam, & hoc
voluit dicere iſta gl. ſubtiliter. Eodem modo videtur dicendũ
de Titio vltimo loco ſubſt. quia ſubſtitutio regulat̃ ſm̃ præce-
dentem, & intelligit̃ facta in eum caſum, quo fuit facta præce-
dens, ſi filius moriat̃ viuẽte teſtatore, & etiam ſub alia. ſ. ſi nepos
poſtea non erit hr̃s, quantum ergo ad filium vidr̃ ẽ eo caſu, quo
ſubſtõ nepotis vendicet ſibi locum, & tñ ipſe nolit eſſe hæ-
res, & hoc vult gl. in effectu. cum ergo iſte caſus non extitent,
nõ uocat̃ ſubſtitutus. Bar. tenet iſtam gl. ſi ille nepos vellet ha-
bere hæreditatem ab inteſt. ne ſequat̃ incõueniẽs, ꝙ ſubſtitut*
extraneus ſibi ꝑferat̃. Sed ſi nõ vult hr̃e, vel non fuit natus, vel
mortuus eſt, anteq̃ filius repudiet, tenet ꝯrium, quia tũc ceſſat
inconueniens prædictum, & ideo nulla eſt bona ratio, quare
ſubſtitutus vltimo loco non debeat vocari poſtq̃ vacat hære-
ditas, & nullus eſt, qui ſibi obſtet, q̃ determinatio ſatis eſt ratio-
nabilis, ſed Ang. videt̃ tenere gl. ſimpliciter: quia ultima ſubſti-
tutio non põt videri facta in alium caſum, q̃ fuerit facta ꝑcedẽs,
ꝓ quo j. de ꝯd. & demon. l. Publius. §. Titia ſed præcedens fuit
facta ſolum in illum caſum, ſi filius moreret̃ viuente teſtatore,
6 ergo & iſta ſimiliter. †Et ſi dicat̃ ꝙ ſubſtitutio vulga. ᵃfacta in
a vnum caſum porrigatur ad alium, ut l. Gallus. §. & quid ſi tãtũ.
Reſpondetur, ꝙ non ſic porrigitur ad aliud tp̃s, vt s̃. eod. l. ſi ita
quis. & ad hoc allegat̃ iſta gl. quæ ſubtiliter videtur hoc velle.
2 de hæred. inſt. & ſic non videbit̃ impleta conditio, † quia verba debent intelligi per prius, & non per poſterius, quando ſic poſſunt intelligi ſanè, & potius immediatè, ꝗ mediatè, ſed contrarium determinatur, quòd immo conditio eſt verificata, qa non refert, quamuis fuit hæres immediatè, vel mediatè, ut in fi. & hoc procedit ex eo, quia de illo medio teſtator cogitauit, cũ ipſum pupillariter ſubſtituerit, & ſic eſt hæres pupil. & in conſequentiam teſtatoris ex diſpoſitione ipſius teſtatoris: & in hoc fundatur deciſio huius l. ſecus ſi eſſet hæres hæredis non ex diſpoſitione teſtatoris, ſed illius, uel ex diſpoſitione legali, quia iſto medio teſtator non præſumitur cogitaſſe, & ita loquitur l. qui liberis. §. hæc uerba. s̃. eo. ut ſi iſte frater fuiſſet ſubſtitutus uulgariter tantum, & poſtea ſucceſſiſſet huic inſtituto ab inteſtato, quia mortuus eſſet poſt pupillarem ętã. nã tũc cõditio non eſſet impleta, quia non fuit hæres ex uulgari, nec ex pup. expreſſa, uel tacita: unde tu oc ↄdõ non eſſet impleta, quia uerba illa, ſi mihi hæres erit, debent intelligi ex teſtõ, ut l. ſi qs teſtamento. & ibi no. ĩ. ſi quis omiſ. cau. teſt. & tamẽ in hoc ſtat no-

notabilitas huius l.ſin qꝫ ſentiunt Doct.verba ergo illa, quiſqs mihi hæres erit.comprehendunt illum, qui eſt hæres ex vulgari,vt ſ.eod.l.ex duobus §.1.vel ex pupill.per hanc l.ſecus ſi alio
5 modo præter voluntatem defuncti,vt in §.hæc verba.† Itē facit iſta l.ſecundum Bar.in l.ſi quis filium. in fi.de acq.hæred quòd ſi ego pet.hær. aſſerens me hæredem Titij, poſtea probo, quòd ego ſum hæres Sempronij,& qꝫ Sempronius fuit hæres Titij, ſufficit mihi ad intentionem meam: quia verba libelli debent intelligi,prout mihi magis expedit,vt l.ſi quis intentione. de iu dic.& ibi no.& l.inter ſtipulantem.§.1.de verb.obl.& etiam ibi not.& ſic debent intelligi immediatè,vel etiam mediatè,ſecundum quòd poſtea probauero.

L E X XLVI.

1 *Spes ſubſtitutionis pupilla.non tranſit ad hæredem.*
2 *Spes ſubſtitutionis non tranſmittitur ad hæredem, præterquam ad hæredem,ad quem tranſmittens habet ex iudicio defuncti.*
Hæreditas non delata quòd non tranſmittatur.
3 *Filia impuberi inſtituta,ſi fiat ſubſtitutio compendioſa, quandocunque decederet antequam nuberet, an intelligatur,id eſt,antequam nubilis ſit.*
4 *Si prima ſubſtitutio fuit pupillaris,ſed ſecunda fideicommiſſaria, an deficiente prima fiat locus ſecundæ.*

a QVi habebat. † In hac l.verſic. (quæro.) habetur duplex litera.nam quidam habent(filia impubes)quidam habent (pubes) ſecundū primam literam.h.d.ſubſtitutus mihi pup. non propterea cēſeī tibi ſubſtitutus pup.ergo pup. ſubſtitutus eram,& iō ſi prior ego deceſſi, licèt in pupillari ętate,& ſic ille ſucceſſerit ex pup. ſi poſtea ſilr tu decedas,nō poteſt venire ad hæreditatem tuam,tāqtam tibi ſubſtitutus, nec etiam ex trāſmiſſione per me facta, qa ſpes ſubſtitutionis pup. non tranſmittiī ad hr̄dem, etiamquem ſubſtitutus habuit ex iudicio defuncti. h. d. notabilr,& eſt difficilis & ſubtilis. In tex. ibi(filiam eidem ſubſtituit.) iſta fuit prima ſubſtitutio pup. facta filio de filia exhr̄data.¶ In tex.ibi(anteq̄ nuberet)glo. exponit.n nubilis eſſet,& bene,& ſic in pup.ęta.nā cū iſta filia eſſet exhr̄data non potuit ſibi alia ſubſtitutio fieri, q̄ pup.& ſic neceſſariò illud verbum dēt ſic exponi,& iſta fuit ſecunda ſubſti. pupill.facta filiæ exhæredatæ de vxore.& ſorore teſtatoris.¶ In tex.ibi(filia impubes prior deceſſit) & ſic ibi ſucceſſit vxor, & ſoror ex pupillari.¶ In fi.ibi(iure ſubſtitutionis) iſtud pōt intelligi dupliciter,primo an ſuccedat ſibi anteq̄ illi ſubſtitutæ,ſecūdo an ſuccedāt ſibi tanq̄ hæredes iſtius pup. ex ſubſtitutione ex eo,q adeos fuerit trāſmiſſa ſpes illius pup.quām habebat pup. quæ fuerat ſubſtituta pupill.& breuiter determinatur, qꝫ non, & ſic neutro iſtorum modorum poſſunt iſti ſuccedere illi pupillo,deuenit ergo hr̄ditas illius ab inteſ. ad proximiores, puta matrem ſuam,ſi erat ex alia vxore. Sed ꝯ.qꝫ immo iſta vxor,& ſoror poſſunt venire primo modo tanq̄ illi pupi. ſubſtitutæ poſtquam fuerant ſubſtitutæ pup.quæ erat illi pupill. ſubſtituta, vt ſ.eo.l.cohr̄di.in princi.& in l.ſi Titius. Sed ibi tn̄deī,qꝫ ibi loquitur in vulgari,quæ fit in vna, & eadem hr̄ditate,vnde ſi habeat portionem vnius neceſſario hēt etiam portionem alterius,ne ille decedat pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus,hic loquitur in pup.q fit in hæreditate pup.vn̄ prima fuit facta in hr̄ditate iſtius pup. de filia exhæredata, ſecunda in hæreditate iſtius filiæ exhæredatæ,& non eſt incōueniens,qꝫ iſta filia decedat teſtata,qa mater,& ſoror ſibi ſucceſſerint ex pupill. poſtea decedat Inteſtatus,qa mater & ſoror nō vñr ſibi ſubſtitutæ, vt nota ſ.e.l.quia duos. in 2.gl.fin.Item qꝫ poſſint venire ſecundo modo.ſ.ex iure tranſmiſſio uidebaī,quia mater, & ſoror erant hr̄des iſtius filiæ ex pup.& ſic ex iudicio defuncti,vnde videbanī melioris conditionis, q̄ ſi pter indiciū,arg.ſ.l. proxi. & ſic ſpes ſubſtitutionis ad eas ſuerat tranſmiſſa,licèt ad alios nō trāſmit. tāē.l.Lucius.in fi.ſ.eo. ſed certè in hoc non ſunt melioris conditionis propter naturam hæreditatis, q̄ eſt,qꝫ adita non tranſmittit,multò minus ſi non eſt delata,& hic nondum erat delata huic filiæ,qn̄ deceſſit,qa frater ſuus adhuc viuebat, & iſtud addiī per iſtam l.ad alias dicentes ſpem ſubſtitutionis nō trāſmitti ad hæredes,loquiī autem hic in pupill. quæ ſemel habuit originem,quia iſta filia exhæredata erat in rerū natura, idē fuit determinatum diſputando ſi nunq̄ habuit originem ut ſi fuit ſubſtitutus poſthumus naſciturus, & illi poſthumo fuit ſubſtitutus Titius pupil.& non naſcaī, & ſic pupil. facta de poſthumo nō habuerit originem,ſi poſtea decedat pupillus, cui poſt. erat pupill.ſubſtitutus, ille Titius non uocaī ad eius hr̄ditatē, tanquam ſibi pup. ſubſtitutus,vt refert Ioan. An.in add. Spec. de teſta.§.primus qui in addit.quæ incip. huic qōni.per hanc l.quid aūt in fideicommiſſaria?dic,vt no. in l.quandiu. de acq. hær.per Bar.& iſtam primam lect.ſecundum iſtam literam impubes,ſentit glo.ſuper verſi.pertineat, & etiam gl.ſequens ſup ver.pertinere in prin. ſecundum aliam literam, quæ eſt pubes, q̄ ſentit gl.quæ incip.igitur.& etiam gl.ſi.in fi.clatum eſt,quòd tūc iſta filia deceſſit pubes,tūc expirauit ſubſtitutio pupi. vltima facta ſibi de matre,& ſorore, nimirum ſi poſtea ꝑtata mater,& ſoror non vocanī ad hr̄ditatem filij maſculi poſtea decedentis in pupillari ętate,quia cum expirauit pupill. in qua ipſæ ſue runt ſubſtitutæ filiæ, & rōne cuius videbanī admittēdæ ad hæreditatem filij,vel tanq̄ ſubſtitutæ, vel iure tranſmiſſiuo, ſm ea,quæ ſupra dicta ſunt, nō poſſunt vocari, quia deficit cauſa propter quam videbantur uocandæ ipſæ enim non erant ſubſtitutæ dicto filio,ſed ipſa filia exhæredata: & iſta ſecunda ſubſtitutiò videbatur, qꝫ faceret eas admitti ad hæreditatē filij,quæ tamen deficit:ergo &c. ſecūdum hoc innuit à contrario ſenſu, qꝫ ſi non defeciſſet,quia illa filia deceſſit impubes, tunc bene admitterenī iſta mater, & ſoror ad hæreditatem filij, & ita innuit gl. fi.dum dicit. Reſpōndeī,hic deficit conditio, qua uxor & ſoror erant ſubſtitutę,ergo a contrario ſi nō defeciſſet, admitterenī,& ſic iſte intellectus eſt contrarius lect. ꝑceden.quæ vult,qꝫ non admittantur.Bar.tenet ſecundum,quòd admittā-
2 tur,non dico tanquam ſubſtitutæ,ſed iure trāſmiſſo.† Nec obſtant iura dicentia,quòd ſpes ſubſtitutionis non tranſmittiī ad hæredem:quia verum eſt,præterq̄ ad hęredem, adquem tranſmittens hēt ex iudicio defuncti,& eſt ſubſtitutus pupill.ad illū enim tranſmittiī, ut in hoc tex. a contrario ſenſu inquantum habeī in litera,pubes.q.d.ſecus impubes, & aſſignat Bar. rationem,quia teſtator uoluit,quòd ſubſtitutus in hr̄ditate illius filiæ exhr̄datę inuenitet eam hr̄ditatem filij, quia cogitauit, qd illa ſuccederet primo filio ex pupill.& poſtea ſibi ſuccederet per matrem,& ſororem ſimiliter ex pupill.& ſic voluit eas habere vtranque hæreditatem. licèt ergo non habuerint hæreditatem filiæ, quia deceſſit pubes.i. ex pup. ſubſtitutione, ſed ab inteſtatu habent hr̄ditatem filij,& ita reperio Bar.conſuluiſſe. Sed iſta opi.non videī mihi tuta,quia non debet hic ſumi arg. a contrario ſenſu vbi repugnat iuris rō,quæ eſt,qꝫ hæreditas nō adita non tranſmittitur,multo minus non delata.tene ergo ꝑ-
4 cedentem,quæ eſt tutior.¶ † Vltimò quæro, quid ſi filiæ impuberi inſtitutæ fiat ſubſtitutio compendioſa, quandocunque decederet antequam nuberet,qualiter intelligitur illud verbum: & vr̄ hic tex.cum glo.qꝫ intelligiī,ideſt antequam nubilis ſit, & ſic ſolum vſque ad pup. ætatem:ſi ergo decendat poſt,ſubſtitutus nō admitteī ex fideicommiſſaria ſubſtitutione.ꝯtrium dic, qꝫ illud uerbum intelligiī,antequam de facto nubat, per l.fin. C.de his,quæ ven.æta.imper. Nec obſtat,quia iſta filia erat exhr̄data,& ſic non poterat ſibi fieri ſubſtitutio,niſi uſq.ad pup.ęta. nos loquimur,qn̄ erat inſtituta, & ſic poterat fieri etiam poſt ſcilicet fideicommiſſaria. ſi ergo morit, antequam ſit nubilis, ſuccedet ſibi ex pup.ſi poſt. tunc ex fideicommiſſaria, ſi facta
5 fuerit per verbum commune, vt l.precibus. C.eod.† Item quid ſi prima ſubſtitutio fuit pupl.ſecunda vero fuit fideicommiſſaria,an deficiente prima,fiat locus ſecundæ? vide omnino Bar. in l.quandiu.la terza.ſ.de acq.hær.iſta enim loquiī, quando vtraque pupill.& l.cohęredi.& l.ſi Titius.ſ.eo.quando uulgaris. Iſta lex remanet benè declarata in ſuis lecturis, quam non reperies alibi ita declaratam, neque examinatam, &c.

L E X XLVIII.

1 *Subſtitutio vulgaris,ſi pluribus ſit communis,quando habeat locum.*
2 *Si tu,& ego fuiſſemus inſtituti,& ſi hæredes non eſſemus, Mæuius fuiſſet nobis vulgariter ſubſtitutus,qualiter inter nos habeat locum ius accreſcendi,ſi vnus repudiat.*

1 SEruum. † Quando ſubſtitutio uulgaris facta eſt communis duorum, uel plurium, locū hr̄e pōt,ſi ſeruus iuſſu unius adiuit, & iuſſu alterius re-
2 pudiauit in portione repudiata.h.d. ¶ † Opp.extra glo. ſi tu, & ego fuiſſemus inſtituti,& ſi hæredes non eſſemus, Mæuius fuiſſet nobis uulgariter ſubſtitutus,& tu adites, & ego repudiarē, non fieret locus ſubſtituto, ēt in portione repudiata, ſed accreſceret tibi,qa ſubſtitutio cenſeī facta ſub nomine collectiuo,ſi neuter noſtrum erit hr̄s,ut conſeruet inter nos ius accreſcēdi, ut l.quamuis.C.eo.ſecundum communem intellectum. idem ergo dēt eſſe,ſi fuit inſtitutus ſeruus communis noſter, qa repreſentat noſtras perſonas, & tn̄ hic dicit contrarium. Sul.iſta erat ratio dubitandi hic, & ideo eſt notab.l. qꝫ aliud eſt, qāndo nos fuimus inſtituti,& ꝯiunctim fuit facta nobis ſubſtō,cenſeī facta cuilibet noſtrum ſeparatum, ut patet ex iſto tex. iuncta l. & Proculo.de leg.2.licèt.n. ſimus ꝯiuncti in dn̄io ſerui, qa tn̄ iſta ꝯiūctio nō ꝓuenit a teſtatore,non attendit,ſed cuilibet p ſe cenſeī facta ſubſtitutio:ergo in perſona cuiuslibet poteſt ſortiri effectum,ut l.pen.de inuſ.teſt.& l.Lucius.§. Caio.ſ.ad Treb·

5 *Quando idem inſtitutus eſt ſibipſi ſubſtitutus vulgariter, ita demum valet ſubſtitutio,ſi aliquam vtilitatem continet.*
6 *Teſtator,ſi inſtituit Titium in dimidia,& legauit ſeruum Mæuio,& poſtea illum*

illum ſeruum inſtituat in altera dimidia, & Titij cohæredes non adeat, legatum ſerui euaneſceret, & per conſequens etiam inſtitutio facta de ſe ui, & ſi Titius adeat, confirmatur legatum, ſi ſeruus nollet adire iuſſu Mæuij, accreſceret dimidia Titio adeunti.

3 *Quid ſi ille ſeruus eſſet liber.*
4 *Quando quis ſubſtituitur ſibi ipſi, niſi ſubſtitutio contineat aliquam vtilitatem, non valet.*

1 **§. Titius.** †Quãdo idẽ inſtitutus eſt ſibi ipſi ſubſtitutus
vulgariter, ita demum valet ſubſtitutio, ſi aliquam vtilitatem continet. h.d. vſque ad §. ſi pupillus. & cõcor.
ſ.eod.l.ſed ſi plures.§.fin.dic, vt ibi dixi: & reputat̃ iſte §. diffici
lis, & ſcrupuloſus, cum modica tamen vtilitate, quem diuide
in tres partes principales, quia primo ponit thema, ex quo reſultat quæſtio vſque ibi (in hac quæſtione.) Secundo antequam
reſpõdeat, quædam præmittit ad euidentiam uſque ibi (ſecundum hoc.) Tertio quæſtionem ſoluit. Item ſecunda diuidit̃ in
duas, quia primo præmittit tertium vſque ibi (igitur.) ſecundo
illud tertium exemplificat trib. mod. Item tertia pars ſimilr̃ ſub
diuidit̃ in duas, quia primo loquitur, quando aliter non conſtabat de intentione teſtatoris, quo caſu ſubſtituendo cũ liber
tate ſeruum, quem alteri legauerat, cenſet̃ voluiſſe ſtatim reuo
care legatum ſerui, quia libertas præfert̃ legato, tanquam magis fauorabilis, vſque ibi (quid ergo.) Secundo quando conſtabat, ꝙ noluit reuocare legatum ſerui, ſed ita demum ſi iuſſu le
gatarij nollet adire hæreditatem, & ita intelligit glo. dum ver.
2 (quid ergo) ſuper ver. præualere, q̃ inc. (in dubio.) Et præmitte
ad euidentiam, ꝙ iſto iure ſi inſtituebam ſeruum proprium ſine libertate, uel inſolidum, uel pro parte, ſi non erat cui poſſet
hæreditatem acquirere, non valebat inſtitutio, quia non videbat ſibi libertatem relinquere, & ſibi ipſi acquirere nõ poterat
exiſtenti ſeruo, q̃a non erat capax hæreditatis, q̃ eſt de iure ciui
li, nec nominis hæreditarij, vt patet ſ. eo. l. ex facto. circa fi. hodie ſecus, quia hoc ipſo videor ſibi libertatẽ relinquere, vt l. cũ
q̃dã. C. de necceſ ſer. ſed ſi erat cui poſſet hæreditatem acquire
re, valebat inſtitutio, ẽt iſto iure, puta ſi Titium inſtituo in dimidia, & ſeruum lego Mæuio, poſtea in altera dimidia inſtituo
illum ſeruum, ſi Titius adit, ꝯfirmat legatũ ſerui, & ſi Mæuius
acceptat legatum, acquirit dñiũ ſerui, & ſic põt ſibi iubere, ꝙ
adeat pro altera dimidia: & ſi adibit, acquiretur Mæuio, & ſic
ad eius utilitatem cenſet̃ facta iſta inſtitutio de ſeruo, ſed ſi Titius cohæres non adiret, legatum ſerui euaneſceret, & p ꝯñs ẽt
inſtitutiõ facta de ſeruo, quia Mæuius legatarius non poſſet iubere, ꝙ adiret. Item ſi ſeruus nollet adire iuſſu Mæuij, ſimiliter euaneſceret inſtitutio quo ad Mæuium, & accreſceret Ti-
3 tio adeunti. ¶ †His præmiſſis, & retento hoc themate ꝙ inſtitui
Titium in dimidia, & ſeruum legaui Mæuio, & ipſum, poſtea iſtitui in altera dimidia, dubitat̃ in iſto §. quid ſi poſtea dixi, ꝙ ſi
iſte ſeruus non erit hæres. ſ. ad commodum Mæuij, ꝙ ipſe eſſet
liber, & hæres, & ſic ad commodum ſui, vtrum ualeat iſta ſubſtĩ
tutio facta de ſeipſo ſibi ipſi? & hoc uſque ibi (in hac) ibi dicit
tria iſta præmittẽda, primum eſt, an iſti ſint duo gradus, uel unus tñ, ſcdm eſt, an mutet̃ cauſa in hac ſubſtitutione idest an ꝯ-
4 tineat aliquam utilitatem. † Tertium eſt, quia dat regulam, q̃ñ
quis ſubſtituitur ſibiipſi, niſi cauſa mutetur, i. ſubſtitutio contineat aliquam utilitatem, non ualeat: ſed ſi continet, benè ua
let, uſque ibi igitur. Tertio ponit tres caſus in quib. non conti
net utilitatẽ, & ſic non ualet, & unum, in quo cõtinet, quos
collige per text. uſque ibi, (ſcdm hæc ita) benè determinat q̃õnem, ꝙ in caſu noſtro ualeat ſubſtitutio. quia continet utilitatem, & mutatur cauſa: quia prima inſtitutio facta ſine libertate
cenſetur facta ad utilitatem Mæuij legatarij, ſed ſubſtitutio facta, cum libertate facta eſt ad utilitatẽ ipſiuſmet ſerui. Item dicit, ꝙ propter hoc cenſetur reuocatum legatũ factum de ſeruo
illi Mæuio, quia libertas præfertur legato pp ſui fauorẽ, & per
conſequens cenſetur etiam reuocata inſtitutio primo loco facta ſine libertate ad commodũ Mæuij. Et ex hoc ſequitur quòd
mortuo teſtatore ſtatim erit hæres, & liber in una dimidia, ac
ſi fuiſſet unus tantum gradus factus, quia fuiſſet dumtaxat inſtitutus cum libertate, & illa prima inſtitutio ſine libertate, facta nõ fuiſſet, poſtq̃ eſt reuocata, & ſic hr̃ pro non facta: p quẽ
reſpondet̃ ad primam, & ſecundam q̃õnem, quæ formantur in
primo, & ſecundo euidentiali, an ſit vnus gradus, vel duo, quia
eſt vnus in effectu, & an cauſa ſit mutata, quia reſpondetur, ꝙ
ſic. Et prædicta vendicant ſibi locum ſiue Titius cohæres adiuerit, ſiue repudiauerit, nam iſto caſu, non eſt vis, quando aliter de intentione teſtatoris non apparet, nam in dubio cenſet̃
ſtatim uoluiſſe reuocare legatum factum de ſeruo, & primam
inſtitutionem, & reducere ipſum ſeruum ad primum gradum.
Sed ſi poteſt conſtare de intentione teſtatoris, ꝙ noluit reuocare legatum factum ſerui, niſi cũ recuſaret adire ex prima inſti
tutione facta ad commodum legatarij, tunc eſſet diſtinguendũ, an adiret cohæres pro parte ſua, an non: nam ſi non adiret,
non poſſet cõfirmari legatum ſerui, & ſic fruſtra cogitaſſet teſtator: quia legatarius non poſſet ſibi iubere: vnde adhuc locũ
habet qd ſ. dictum eſt, quia iſte ſeruus efficiet̃ hæres ex ſubſtitutione, & liber, quia conditio implet̃, ꝙ non eſt hæres ex primo
gradu, cum non poſſit legatario acquirere: vnde efficitur ex
ſecundo cũm libertate, & hoc dicit̃ in verſic. quid ergo. ſed ſi
Titius adiret, tunc quid iuris eſſet iſto caſu? dic vt in glo. ſuper
verſic. præualere. quæ hoc declarat vltra tex. Et ex hoc remanẽt
omnes gl. declaratæ, quæ ad nihil aliud tendunt, niſi ad declarationem literæ.

1 **§. Si pupillus.** †Ex cauſa de nouo ſuperueniẽte, quæ
habeat originem de præterito, poteſt
ille, qui fuit effectus hæres neceſſarius, effici voluntarius, & hæ
reditatem repudiare. h.d. in effectu. Et pone hic caſum per l. pr̃
filio. & quod ibi habet̃ in gl. ſ. o. j. vbi omnino vide ſi vis intel-
ligere iſtum textum. ¶ In vigilia S. Antonij perfecimus legere
tit. iſtum Paduæ.

LEX PRIMA.

1 *Conditio, vel modus impoſſibilis de natura, vel de iure reijcitur de inſtitutione, & remanet inſtitutio pura.*
2 *Conditio impoſſibilis quando uitiet inſtitutionem.*
3 *Dictio, aliud quòd etiam exponatur, id eſt contrarium.*

De conditionibus inſtitutionum. *Rub.*

1 **SVb impoſsibili.** †Conditio vel modus
impoſſibilis de natura,
vel de iure reijcitur de inſtitutione, & remanet inſti
tutio pura. h.d. Idem in legatis, vt l. obtinuit. j. de ꝯd.
2 & demon. † Et hoc limita, quando teſtator ſciebat
eam impoſſibilem, ſed ſi putabat eam poſſibilem, vitiat inſtitutionem, vt l. ſeruo manumiſſo. cum ibi. no. ſ. de cond. inde. &
no. per Bar. in l. ab omnib. §. j. de leg. j. Item procedit iſta l. in cõ-
3 ditione † de futuro impoſſibili, ſed ꝯdõ de præterito, vel de præſenti impoſſibilis, ſi aliquando fuit poſſibilis, non reijcitur, ſed
vitiat, quia dicit̃ potius falſa, quàm impoſſibilis, vt l. cum in ſecundo. de inui. teſta. ſed ſi nunquam fuit poſſibilis, reijcitur ſicut illa, q̃ eſt de futuro, quia dicitur nugatoria, vt l. ſi Mæuia ſ.
de hæred. inſt. ¶ In glo. a. alio ideſt contrario impoſſibili, puta
ſub conditione neceſſaria, ut ſi digito cœlum nõ tetigerit. ſicut
enim affirmatiua non vitiat, vt ſi digito cœlum tetigerit: q̃a eſt
impoſſibilis, ita nec negatiua: quia eſt neceſſaria, & habetur p
non appoſita, vt l. pen. §. ſub conditione. de noua. Et no. iſtã ex
poſitionem gl. aliud ideſt cõtrarium. poteſt etiam intelligi tex.
ſcdm Ang. vt loquatur de modo impoſſibili, qui fit per vt, quia
non vitiat, ſed reijcitur, ſicut, & conditio, quæ fit per ſi. ¶ In gl.
ſeq. ibi (vel ibi non fuit impoſſibilitas) hæc vera, quia ibi potius
fuit relictum factum ſub conditione neceſſaria. Et ſi dicatur,
quare ergo non valet in glo. præcedenti? Reſpondetur, quia ibi
præceſſerat præceptum turpe, vel impoſſibile, & ſi non adimpletur, fuit hæres grauatus nomine pœnæ de dando quãtitatẽ:
& ſic potius in eius odiũ, q̃ in fauore legatarij: ſed hæres non
meretur pœnam, ſi non adimpleuit præceptum impoſſibile,
ideo non valet tale relictum, vt in contrario formato per glo.
& l. primam. C. de his, quæ pœ. nomine. Si autem præceſſiſſet
præceptum poſſibile, & honeſtum, tunc valeret relictum nomi
ne pœnæ etiam iſto iure, vt l. j. §. ſi ita. ad l. Falc. & l. j. de pen. leg.
& ſi nullũ præceptum præceſſiſſet, ſimiliter valeret relictum
ſub conditione neceſſaria, vt dixi in præcedenti glo. in glo. ibi
(ſolutio fauore onerati) hæc non eſt bona, quia tunc eſſet idem
in quocunq. veniẽte ab inteſtato, ſed illa l. filius denotat ſpecia
litatem in filio. Vñ tene ſolutio. glo. quòd ſpeciale eſt in inſtitu
tione facta de filio ſub cõditione impoſſibili, vt videt̃, quia nõ
poteſt inſtitui, niſi ſub conditione poteſtatiua, & iſta non eſt
poteſtatiua. ſed an hodie reijciat̃, tangam in d. l. filius. ¶ In glo.
circa finẽ. ibi (ſed in contractibus innominatis ſecus.) Tu dic
idem: nam conditio ob cauſam, quæ datur in l. alleg. per gl. non
oritur ex contractu nominato, cum potius detur ad reſoluendum, ſed oritur extra id, quod agitur, vt l. ſi is, qui. in fin. ſ. commoda. cætera vide hic per Bar. qui plenè proſequitur tres caſus
principales, quando eſt impoſſibilis de natura, item quando ratione perplexitatis: quid autem ſi condio ſit pro parte poſſibilis, pro parte non? dic, ꝙ debet impleri pro qua eſt poſſibilis,
j. de dote præleg. l. qui dotem.

LEX II.

1 *Quod commune eſt meum eſt.*
2 *Si peto rem tanquam meã, & poſtea ex proceſſu apparet, ꝙ vſuſf. non eſt meus*

meus,ſed ad alium pertinet,ſed proprietas mea ſit,debet pro me ferri ſententia in proprietate,nec uidetur libellus fuiſſe ineptus.
Si non probaui de directo dominio, ſed utili,an debeat pro me ferri ſnīa.
3 *Si petij rem tanquam meam,& poſtea non probem niſi de parte, debet ferri ſententia pro me in illa parte nec reputatur libellus fuiſſe ineptus.*
Quòd in dubio uideat dixiſſe ipſam rem totam meam.
4 *Quod commune eſt, meum eſt impropriè.*
An comprehendatur in ſtatutis facientib. mentionem de re alterius.
5 *Qualiter reprobetur illa propoſitio.ſ.duo,& tria ſunt quinque.*
6 *Statutum,ſi dicat,ꝙ bannitus in centum poteſt impunè offendi,& reperiatur aliquis bannitus uno banno in quinquaginta,& alio bāno in alijs quinquagenta,quod talis non dicatur bannitus in centum.*

1 SI teſtamento. † Non dicitur res deſinere eſſe mea licèt alienauerim vſumfr. retenta proprietate, uel ēt partem quotā,qa qđ commune eſt,meū eſt & pluralitas reſoluit in ſingularitates. h. d. iſta L.
2 ¶ † No.ar.ex primo caſu ſecundum Bal. quod ſi peto rem tanquam meam,& poſtea ex proceſſu apparet,quod vſusfru.non eſt meus,ſed ad alium pertinet, proprietas uero bene eſt mea, debet pro me ferri ſententia in proprietate, nec uidetur libellus fuiſſe ineptus. Sed quid ſi non probaui de directo dominio,ſed de utili,an debeat pro me ferri ſententia? dicit idē Bal. quod ſi in libello aſſerui me proprietarium,non debet ferri,qa videor dixiſſe me directum dominum, nam non reperitur ꝓprietas,niſi directa:ad quod alleg.ſ̄.de uſuf acere. l. ſi tibi proprietas, ſed ſi dixi me dominum, tunc quia dominium reperit directum,& utile,uideor utrunque in iudicium deduxiſſe.l. ſolemus.ſ̄.de iud.& ideo in quocunque ipſorum probem, debet ꝑ me ferri ſententia,& ſic debet intelligi qđ no.Bar.poſt Dy.in
3 l.ſi mater.§.eadem.de exception.rei iudicat. ¶ † Ex ſecūdo no. ſecundum eundem Bal. quod ſi perij rem tanꝗ meam , & poſtea non probem, niſi de parte,debet ferri ſententia pro me in illa parte,nec reputatur libellus fuiſſe ineptus:in dubio tamen videor dixiſſe ipſam totam meam,ut no.in l.ſi rem. circa prin. in quadam parua gl.ſ̄.de rei vendi.licet contrarium no.in l.Pō
4 po.§.ſi is.de proc.¶ † No.etiam illud vulgare,ꝙ commune eſt, meum eſt,quod eſt uerum impropriè, ſed propriè loquēdo nō dicitur meum,niſi totum ſit meum.ita no.gl in l. id quod noſtrum.de reg.iu.quod no.ad ſtatuta,quorum uerba ſunt intelligenda propriè,non impropriè, ſi facerent mentionem de re alterius,ſi tñ diſpoſitio ſtatuti congrueret parti, ſicut toto, locū
5 haberet etiam in parte l.quæ de tota.de rei uen. † In gl.ſi.ibi, & no.per hoc pōt reprobari illa propoſitio,duo,& tria ſunt quinque ſ.ꝙ iſta eſt una pluralitas, quæ reſoluitur in duas ſingularitates.ſ.duo ſunt quinque,& tria ſunt quinque,ſicut colligitur ex iſto tex. ſed neutra iſtorum eſt vera, ergo nec iſta pluralitas duo,& tria ſunt quinque:hoc eſt uerum de ſtricto mō loquendi,licet ex duobus,& tribus ſimul compoſitis reſultent quinq. & dr̄ fallacia compoſitionis,& diuiſionis,ut no.ĩ. de ver. ob l.
6 quoties in ſtipulationib.per quam determinatur quæſtio, † ſi ſtatutum dicat,ꝙ bannitus in centum poteſt impunè offendi, ſi reperiatur aliquis bannitus uno banno in quinquaginta, & alio banno in alijs quinquaginta,an dicatur bannitus in cētū: determinatum fuit,ꝙ non,per id,quod habetur ĩ.de ſol. l. ubi fideiuſſor.in tex.& gloſ.& per Doc.¶ In fin.gl.ibi l. pen. dic, ꝙ in primis duabus ratio inæqualitatis,in hac ultima ratio fraternitatis tolit contrarium,ſecundum Iac.de Are.

LEX III.

1 *Si ſtat per eum,in cuius perſona debet impleri conditio quominus impleatur habetur pro impleta.*
2 *Quando quis offert alteri ad iſtum finem ,vt ſtatim liberetur ab ea obligatione, qua ſibi tenetur,non ſufficit ſola oblatio ,ſed requiritur conſignatio, & depoſitio.*
3 *Quid ſi ad finem,non ut liberetur ſtatim,ſed ſecuto interitu rei oblata,ꝙ ſola oblatio ſufficiat, & an liberetur a periculo.*
4 *Quid ſi ad finem,nō ut ſe liberet,ſed ut actionem conſequatur,uel dominium rei in ſe transferat.*

1 Si ita heres. † SI ſtat per unum,in cuius perſona dēt impleri conditio, quominus impleatur, habetur pro impleta hoc dicit.concor.l. Iure ciui. de cond. & de-
2 monſt.¶ In glo.ibi (ſufficit enim ſola obligatio.) † Tu aduerte in hoc paſſu,qui eſt notabilis, quod interdum qui offert alteri ad iſtum finem , vt ſtatim liberetur ab ea obligatione, qua ſibi tenetur, & tunc non ſufficit ſola oblatio. ſed requirit ꝯſi-
3 gnatio,& depoſitio,ut l.oblatione.C.de ſolu. † Interdum offert non ad finem,ut liberetur ſtatim,ſed ſecuto interitu, rei oblatæ,& tūc ſufficit ſola oblatio,& ſecuto interitu , ſi erat debitor ſpēi,liberat ipſo iure:ſi quantitatis, uel gn̄is ope exceptionis. l. ꝗ decem.in prin.de ſo.& tunc etiam liberatur a periculo,ꝙ dic vt l.ſi mora.ſol.ma.vbi tractatur a quo liberetur,an a culpa,an
3 a dolo. † Interdum offert.non ad finem vt ſe liberet,ſed vt actionem conſequatur,vel dn̄ium rei in ſe transferat,quod ſit.qn̄ offert gratia conditionis implendæ,& tunc aut intendit actionē quærere ꝯ alium,non contra illum,cui offert,& ſufficit ſola oblatio,ut in hac gl.iuncta cum tex.& l.pen.C.de cond.inſert. aut intendit quærere ꝯ illum,cui offert,& tunc requirit conſignatio,& depoſitio,vt l.antepe.cum ibi no.C.de pac.inter emp.Ex quo ſequitur, ꝙ in l.Iul.§.offerri.ff.de ac.empti.non uidet ſufficere ſola oblatio,quia intendit actionem quærere cōtra illum, cui offert,& uide Bar.in l.acceptam.C.de vſur. ¶ In gl.ibi (loco legatarij ſit).ſ.poſſit petere ſibi dari, ſi ille non offerat:& dic,vt in gl.ꝙ non,niſi conditio dandi ſit appoſita ei,qui poterat grauari,& ita loquitur tex.in l.fideicommiſſaria.§.cum eſſet. de l. 3.& no.in l.in rūne.§. tam & ſi. in gl. ſuper ver.non eſt & ĩ. ad l. Fal.¶ In glo. ibi(item quod hoc dici)pro declaratione iſtius gl.quæritur,ſi conditio habet certum tp̄s , puta ſi fabricaueris domum ĩ.annum, & ille,in cuius ſolo debeas ædificare, impedit,& ſic conditio hr̄ pro impleta, vtrum debebit expectari lapſus anni ad hoc,vt commodum conſequaris?lex notabiliter diſtinguit inter inſtitutionem,& legatum.primò caſu non debet expectari,quia inſtitutio non poteſt conferri in certum tēpus, vt l. hæreditas.ſ̄.de hæred. inſti.ideo conditione habita pro impleta,ſtatim tempus reijcitur.Secundo caſu,quia legatum pōt conferri in certum tempus, debet tempus expectari . & anteꝗ labatur,non poteſt petere,per l.in illa ſtipulatione ſi calendis. de verb.ob.fallit fauore libertatis, vt ſequitur in gl.

LEX IIII.

1 *Conditio appoſita inſtitutioni, quando ueniat implenda ſuper rebus hæreditatis,qualiter impleatur.*
2 *Quando conditio affirmatiua non poteſt bene impleri,niſi cauendo, præſtatur cautio ad ſimilitudinem cautionis mutianæ.*
3 *Societas licet non tranſeat in hæredem ſocij,& ſi fuit hoc expreſſe actum poteſt tamen grauare hæredem ſuum,ꝙ permaneat in illa ſocietate,& erit ſocietas noua.*
4 *Mandatum teſtatoris,ꝙ hæredes debeant ſtare ſimul uſque ad tantum tempus,an oportet ꝙ debeant ſtare in communione bonorum,ita ꝙ nō poſſint diuidere,an ſolum ꝙ debeant communiter uiuere in eadem domo , & expenſas communiter facere remiſſiue .*

1 SI quis ita. † Quando conditio appoſita inſtitutioni venit implenda ſuper reb. hæreditatis quatenus impleri poteſt ante aditam hæreditatem, debet impleri,ſed quatenus reſtat implendum, implebitur poſt hæreditatem aditam.h.d.ſecundum intellectum , quem puto verum & notabilem.¶ In tex.ibi(permanſerit)iſtud verbum importat primo,ꝙ contrahatur ſocietas. ſecundo , ꝙ in ea perſeueretur uſq.ad tempus præfinitum a teſtatore. Primus actus poteſt celebrari ante aditam hæreditatem , quia poteſt ꝯhi ſocietas ſup bonis in futurum obuenturis,& ſuper obuentura hæreditate, vt eſt hic tex.notabilis.Secundus actus non poteſt impleri,niſi poſt aditam hæreditatem , quia non poſſunt permanere ſocij, niſi ſint dn̄i.Dicitur ergo hic, ꝙ ſufficit implere primum actū , & dicetur impleta ꝯdō : intelligo quantum ad hoc, ut poſtea poſſint adire,& efficientur dn̄i,& ſic poſtea implebunt ſecundum actum,& de hoc faciendo ſibi adinuicem cauebunt ſicut in conditione negatiua,quæ impletur per cautionem,ut ĩ. ꝑ-
3 xi.§.& ita intelligit Iaco.de Are.¶ † Et ſic no. ꝙ quando conditio affirmatiua non poteſt bene impleri, niſi cauendo, p̄ſtatur cautio,ad ſimilitudinem cautionis mutianæ:iō non ſine myſterio ſubijcitur ſequens.§.ſecundum Iaco.prædictum,ſed gl.quæ eſt hic,videtur aliter intelligere.ſ.quod debeant perſeuerare in iſta ſocietate,ſi ſit contracta pro 16. annis , antequā poſſit adire,& ſic implent eam de facto non de iure quantum ad pſeuerantiam.pro hoc l.mulier.§.i.infra eod Bar. idem uidetur ſequi, tamen dicit , ꝙ non erat iſta perſeuerantia meri facti , ſed cum adminiſtratione adiuncta,quia potuerunt petere bo.pol. ſm tab.quæ datur inſtituto ſub conditione ea pendente,ut l.ſecūda.§.ſi quis ſub conditione ea pendente , infra de ſecun. tab.ꝗ bon.pol.tribuit adminiſtrationem facti, in qua perſeuerabunt vſque ad tempus , ſed ſm hoc ſi aliquis eorum decederet ante finitum tempus , extingueretur inſtitutio, quantum ad eum, quia hæreditas nō adita non tranſmitteretur, ideo plus placet primus intellectus, licèt Bar.& alij ipſum non tangant,& ſic ꝓ uidebitur ꝯ hoc in conſequens, quia tranſmittent hæreditatē ad ſuos hæredes , poſtquam fecerunt in eorum vita quicquid potuerunt : & ſic iſta conditio quantum ad perſeuerantiā potius habebit uim modi,ſeu præcepti,quam conditionis ut non impediat aditionem,& ita uerisimile eſt teſtatorem ſenſiſſe, licet

conditionaliter fuerit locutus. ¶ In gl. prima, erat enim teſtor ſocius: vel dic, ꝙ non erat ipſe ſocius alicuius, ſed inſtituit iſtos hæredes ſub conditione futuræ ſocietatis inter eos ꝯhendæ, &
3 iſtam ſequitur gl. ſequens. ¶ †No tamen ex iſta lec. quod licet
a ſocietas nunᵃ tranſeat in hæredem ſocij, etiam ſi fuit hoc expſſè actum, ut l. adeo. §. pro ſocio. & l. actione §. morte. poteſt tamen grauare hæredem ſuum, ꝙ permaneat in illa ſocietate, &
4 erit ſocietas noua, & poterit hæres ad hoc compelli. †Quid aūt importat mandatum teſtatoris, ꝙ hæredes debeāt ſimul ſtare vſque ad tantum tempus, an importet, ꝙ debeant ſtare in cōmunione bonorum, ita ꝙ non poſſint diuidere: an ſolum debeāt communiter uiuere in eadem domo, & expenſas communiter facere? Bar. conſuluit, & tangitur per eum in l. Quintus. ꝟ. de annu. leg. & l. Lucius. in prin. ꝟ. ad Treb. ¶ In gl. ſeq ibi, itē econtr. die breuius, ꝙ videbitur inſtitutio inutilis ratione cuiuſdā perplexitatis, quia de natura conditionis eſt, ꝙ impleatur ante aditam hæreditatem. l. qui hæredi. in fi. de cond. & dem. & iſta conditio quantum ad perſeuerantiam non poteſt impleri, niſi poſt hæreditatem aditam, quia non poſſunt ſtare ſocij, niſi ſuper rebus proprijs, & ante aditam hæreditatem non ſunt propriæ: ergo &c. argum. ꝟ. eodem ti. l. Titius. ſed ibi loquitur in perplexitate indiſſolubili: iſta uero poteſt diſſului modo, quo hic dicitur in tex. & ſ. dixi.

ADDITIO.

a Societas non. Adde l. adeo. in §. verum. & l. ſi renunciauerit. in §. merito. ff. pro ſoc. & in c. fi. de arbi.

1 *Conditio negatiua impletur per cautionem mutianam, ſi ſubeſt perſona, cui præſtetur, alias habetur pro non appoſita.*
2 *Præceptum de non alienando, ſi non habet cohæredem, eſt nullum tanq̄ nudum, nec cenſetur factum in fauorem uenientium ab inteſtato.*
Quid in conditione negatiua.

1 §. Idem Iul. †Cōditio negatiua impletur per cautionem mutianam, ſi ſubeſt perſona, cui pſtetur, alias habetur pro non appoſita h. d. & no hoc ultimum in tex. ibi (ſub impoſſibili) videbatur contrarium, quia iſta ꝯdō eſt de natura poſſibilis non alienare: ideo videbatur, ꝙ non eſſet reijcienda: certè ſi non reijceretur, quonſque viueret, nō diceretur pfectè impleta, quia licèt non alienet hodie, poſſet alienare cras, quouſq. viuit, & per cōſequens redderetur inſtitutio inutilis, quia non poſſet adire, quouſque uiuit, & cum incipe-
a ret mori, licèt tunc uideretur impleri cōditio: & ſic ipſo adhuc uiuente non poſſet adire, quia nō cenſetur habere voluntatē, vt ꝟ. quando dies leg. ced. l. fina. poſtquam ergo non habet cohæredē, cui poſſet cauere, & ſic impoſſibile eſt implere eam per modum inuentum a iure tanquam impoſſibilis reijcitur, & remanet inſtitutio pura, ut l. j. §. eodem. Sed contra, quia poteſt cauere, & debetur venientibus ab inteſtato, ut infra de condi-
2 tion. & demonſtra. l. is cui. So. illud procederet in alia conditione negatiua, non in iſta de non alienando, quia præceptum factum de non alienando, ſi non habet cohæredem, eſt nullū tanquam nudum, nec cenſetur factum fauore venientium ab inteſt. de lega. j. l. filiusfa. §. diui. & ibi no. in glo. quæ incipit, (ſed nonne.) ita & ſi per modum conditionis non eſt cauendum uenientib. ab inteſt. in quorum fauorem nō præſumuntur appoſuiſſe conditionem, ita intelligit Bar. ſubtiliter.

LEX V.

1 *Ad ueritatem copulatiuè requiritur concurſus, ſed ad ueritatem diſiunctiuè ſufficit alterum, & nu. 2.*
In conditionibus cuius ſit electio.
3 *Quid in legatis.*
4 *Quid in actionibus.*

1 SI heredi. †Quando plures conditiones apponuntur copulatiuè, debent omnes impleri: ſi autē diſiunctiue ſufficit implere unam, & eſt in electione imple-
2 re debentis. hoc dicit. † Et ſic ad ueritatem copulatiuè requirit
a concurſus, ſed ad veritatem ᵇ diſiūctiue ſufficit alterum ad hoc
b alle. ¶ In gl. ibi (tunc ſecus) quia tunc non eſſet in arbitrio implere debentis, ſed eſſet implenda vltima, ut dicitur in ll. allega-
3 tis in gl. hic. ¶ †No. ergo cuius ſit electio in ꝯdōnib. ſed cuius ſit in reb. legatis alternatiuè, dic, vt no. gl. melior, q̄ ſit in iure ſ
4 l. Lucio. de leg. 2. Item cuius ſit electio in actionib. dic, ut l. eū ſi lius §. uarijs. de leg. 2. & l. 3. de eo, quod cer. lo. ¶ Sed oppo. ꝙ ſi apponatur copulatiue, ſufficiat alterum implere, ut ſ. e. l. a § fi. Sol. ibi erat ꝯdō neceſſaria ad actū, ut ſi inſtitui duos ſeruos eō libertate ſub ꝯdōne, ſi mei erunt cum moriar. Nam iſtud erat neceſſarium, etiam ſi non fuiſſet dictum, quia tunc ſ. non ſuiſſent mei, quia alienaſſem, non poſſent effici liberi in præiudiciū illius in quem eſt tranſlatum dñium: ideo tunc non requirit cōcurſus, ꝙ ambo ſint mei, ad hoc, ut inſtō ſortiatur effectum, ſed ſufficit, ꝙ alter reperiatur meus, & ſortietur effectum eius perſona, hic uero in conditionibus non neceſſarijs, ſed mere uniūtarijs, & iſta eſt melior ſolutio, quam illa, quam ponit hic Bald. poſt Cy. qui utitur multis uerbis neceſſarijs.

ADDITIONES.

a Ad ueritatem. Adde Bar. in l. ſi is qui ducenta. in §. utrum. ff. de reb. dub. Bal. in l. 1. ff. de iuſti. & iu. & in l. ſeq. & in l. pen. ff. de ver. ſigni.
b Ad ueritatem. Adde l. alienationi. §. ult. & in l. hæc uerba. ff. de uerb. ſign. gloſ. in cle. 1. de conceſ. præb. Io. An. in c. uenerabilem. de elec.

LEX VI.

SI quis ita. ¶ Impoſſibilitas reijcitur de inſtitutione. h. d. ¶ In tex. ibi, (conditionem euaneſcere) .i. tempus in conditione appoſitum, quia illud inducit impoſſibilitatem, non autem euaneſcit conditio faciendi monumentum ꝟ. tempus congruum, & hoc uult gloſ. & bene probatur ꝟ. eo. l. quæ ſub conditione. §. quoties.

LEX VII.

1 *Conditio, ex qua reſultat præſumptio fraudis, reijcitur de inſtitutione.*
2 *Ex nimia, & ſuperabundanti cautela reſultat interdum præſumptio fraudis, quod facit contra contractus uſurariorum.*
3 *Illud, quod non poteſt fieri propter modum diſpoſitionis: puta relinquere incapacib. non poteſt fieri per modum conditionis.*
Si arbiter condemnauit partem in centum, ſaluo, ꝙ ſi prorogauerit cōpromiſſum, condemnatio habeatur pro non facta, ꝙ condemnatio ſit nulla, etiā ſi compromiſſum non prorogetur.
4 *Quando cā eſt illicita, promiſſio etiam ſcienter facta non obligat in effectu.*
In generali diſpoſitione non ueniunt illicita.
Si hæres promiſit ſoluere omnia legata, talis promiſſio reſtringitur ad licita.
5 *Statutum imponens pœnam declinanti iuriſdictionem Poteſtatis non includit clericos.*
Si prohibet alienari bona in perſonam non ſubiectam, non comprehendit eccleſias; contra quas non poſſet fieri.
6 *Si diceres ꝙ debitor præſcribat ſpatio decennij debitum perſonale, ſi nō fuerit ab eo petitum, dēt reſtringi ad debitorem bonæ fidei, qui ignorat ſe teneri, nec habet locum in eo, qui ſcit ſe teneri.*

1 SI quis. †Conditio, ex qua reſultat præſumptio fraudis, reijcitur de inſtitutione. h. d. notabiliter, & ſpal legatur. ¶ In tex. ibi (reddituros). l. omnibus nō adita dñia ꝑſonarum ſm Ia. de Are. & Bal. & iſto caſu reſultat pſumptio fraudis, de qua ꝟ. ſi ergo ſimpliciter dixiſſet, ſi cauerint ſe ſoluturos legata uidetur, ꝙ iſta conditio non ſit ita ſuſpecta, quia poteſt intelligi de legatis ualidis, & licitis: uel dic, ꝙ etiam tunc habet locum, quod hic dicitur per iſtum tex. qui ſimpliciter loquitur, nam ſi teſtator intellexiſſet ſolum de ualidis, & licitis, non expediebat hæredes arctare ad hanc cautionem, q̄a poterant conueniri, etiam ſi non cauiſſent: unde tñ propter cautelam redditur conditio ſuſpecta de fraude. intelligo autē iſtū tex. qñ conſtabat, ꝙ aliqua erant relicta incapacibus, uel erat dubium: ſed ſi eſſet certum, quod omnia erant valida, & oēs capaces, ceſſat iſta præſumptio, quia in incertis non certus locus
2 eſt coniecturis. l. continuus. §. cum ita. de uerborum ob. ¶ †No. ergo, ꝙ ex nimia, & ſuperabundanti cautela reſultat interdum præſumptio fraudis, quod induxit gl. ad quæſtionem & facit ꝯ ꝯctus vſurariorum, ꝙ licet prima facie ſint in forma licita ꝑ nimiam tamen, & abundantem cautelam præſumuntur ſuſpecta de uſuraria prauitate, ut no. in c. ad noſtram. de emp. & ven.
3 & per Cy. in l. j. C. ſi quis in fraud. pa. in 2. opp. ¶ †Item nota, ꝙ
a illud, quod non poteſt fieri per modum diſpoſitionis, puta relinquere incapacib. non poteſt fieri per modum conditionis: concord. l. Seius, & Augerius ad l. Fal. per quod dicit Bal. ſe cōſuluiſſe, ſi arbiter condemnauit partem in centum. ſaluo, ꝙ ſi prorogauerit compromiſſum, condemnatio habeatur pro nō facta. ꝙ iſta condemnatio ſit nulla, etiam ſi cōpromiſſum non prorogetur: quia non poterat per modum diſpoſitionis, & pcepti arctare partem ad prorogandum, ſi a principio non ſuit actum, ut l. non diſtinguemus. §. quæſitū. de arbit. & ideo illa condemnatio cenſetur facta in fraudem, ut faceret per indirectum illud quod directo facere non poterat per uiam præcedentem.
4 ¶ † Item no. in fine quòd quando cauſa eſt illicita, promiſſio etiam ſcienter facta non obligat in effectu, & tō licet q̄s ſcienter promittat ſoluere uſuras, non obligatur cum effectu, ſicut non noceret ſolutio, etiam ſcienter facta, niſi quando nō poſſet ſubeſſe alia cauſa, quam donationis, iuxta nu. in l. Neratius. de cond. inde. Vltimo alleg. quod in generali diſpoſitione non ueniunt illicita, q̄a ſi hæres promiſit ſoluere omnia legata,

gata, talis promiſſio reſtringitur ad licita ualida, & ſi petātur
inualida, obſtat exceptio, ad quod ēt alle.l.pater. de priu.cre-
5 di.& l.q̄ in prouincia.de rit.nup. vbi eſt bonus tex.† Idē ſi ſtatu
tū imponat pœnam declinanti iuriſdictionem prælātis nō inclu
dit clericos, ꝯ quos ſpecialiter tale ſtatutum non poſſet fieri.
& ſi prohibet alienari bona in perſonam non ſubiectam, non
comprehendit eccleſias.cōtra quas, ſimiliter non poſſet fieri :
de hoc uide per Ioan. And.in nouel.in c.eos.de immu. ecc.li.6.
6 † Similiter ſi diceret, ꝙ debitor præſcribat ſpatio decennij debi
tū perſonale, ſi non fuerit ab eo petitum, debet reſtringi ad de-
bitorē bonæ fidei.qui ignorat ſe teneri, ut eſt hæres primi debi
toris, vt in c. qui in ius.de regul.iur.non autē habet locū in eo,
qui ſecit ſe teneri, quia ſtatutum ſpecialiter poſſet fieri .ꝙ talis
præſcriberet, quia induceret pactū: & in hoc ſtandum eſt iuri
canonico, ut in c.ſecundo.de reg.iur.li.6.& ibi no.& ita deter-
minat Ioan.And.in nouel.in c.2.de excep.eod.lib.

EX VIII.

1 *Conditio iuriſiurandi in vltima voluntate reijcitur per prætorem, non per legem ciuilem.*
2 *Auferenda eſt via periurij.*
In caſibus, in quibus deuenitur ad iuramentum, ſi iudex perpendit aliquem eſſe pronum ad iuramentum, non debet ſibi deferre.
3 *Qui timent non timenda propter conſcientiam dicuntur ſuperſtitioſi.*
Lex prætoria, vel ciuilis loquens de vltimis voluntatib. comprehendit ēt donationem cauſa mortis, licet accedat magis contractui, q̄ vltimæ volūtati.
4 *Qui iurauit non venire contra contractum venditionis, non poteſt præterea agere condictione ex l.2.C.de reſcin. ven.*
5 *Non valet ſtatutum, in quo per indirectum tollitur appellatio, quæ de iure communi poſſet fieri ad ſuperiorem.*
6 *Sicut laici non poſſunt ſtatuere ſuper iuramento, quòd non debeat ſeruari directò ſtatuendo, an eodem modo nec per indirectum ſtatuendo, quod præſumatur doloſè præſtitum, niſi interuenerit talis ſolennitas.*
7 *Qui tenetur aliquid facere, an poſſit compelli ad iurandum de faciendo.*

1 QVæ ſub conditione. † Conditio iu-
riſiurandi reijci
tur de ultima volūtate per edictū prætoris, ſiue ſit
appoſita ſola, ſiue cum alia coniunctim, vel diſiun
ctim, alia tñ remanet uſque ad §.quoties. & hoc in
iureiurando de futuro, nō ſic ſi de ꝑtorio, ut in multis.ll. quas
alleg.gl.pro contrarijs ſuper uer.interim.No.ꝙ iſta ꝯdō reijcit
ꝑ prætorem, non aūt per ciuilem: & ex hoc ſequitur, ꝙ inſtitu
tus ſi talem ꝯdōnem non adimplet, non pōt adire hæreditatē
de iure ciuili, ſed petere bon.poſ.de iure prætorio, ſecus qñ reij
citur de iure ciuili, vt conditio impoſſibilis, uel turpis, vt ſ. eo-
dem.l.j.& ibi no.per Bar.etiam quædam aliæ conditiones, quæ
reijciuntur per prætorem, in l.facta.§.ſi in danda.ad Treb.in q-
bus dicas idem, ſi autem uellet ꝯdōnem implere poſſet, qa nō
2 eſſet turpis, & tunc poſſet adire de iure ciuili.† Item no.ibi ſcīt
a enim ꝙ auferenda eſt ᵃ via periurij, & idō in caſib. in quibus de-
b uenitur ad iuramentum, ſi iudex ꝑpendit aliquē eſſe pronū ᵇ
ad iurandum, non dēt ſibi deferre, ne ſit author periurij, ſic &
3 C.de iud.l.j.vel 2.¶ † item no.ibi ſalij per q̄ timidi. &c.ſ ꝙ illi, q
timent non timenda pp̄ conſcientiam dicuntur ſuperſtitioſi,
nam non eſt peccatum iurare, ſed periurare, & nimis frequen-
tare iuramēta.nam & Deus iurat iuxta illud iurauit dominus,
& non pœnitebit &c.& Chriſtus iurauit, cum dicebat: amē di-
co uobis, ut habetur in c.& ſi Chriſtus.de iureiu.qñ quis habet
nimis ſcrupuloſam conſcientiam debet conſulere peritiorem,
& eam deponere, ſi ille, ſic conſuluit, ut hr̄ in c.inquiſitioni.de
ſen.excom.alias ſi non deponeret, ita peccaret mortaliter faciē
do contra conſcientiam ſcrupuloſam, ſicut ꝯ non ſcrupuloſā,
ſed rectam, ut ibi no.¶ Item no.in §.hoc edictum, ꝙ lex præto-
ria, uel ciuilis loquens de ultimis uoluntatibus comprehendit
etiam donationem cauſa mortis, licet accedat magis ꝯctui, q̄
vltimæ uoluntati, quia conficitur, vel conſiſtit ex conſenſu par
tis: ſecus dicit Bal.in ſtatutis, quorum verba ſunt propriè intel-
4 ligenda.¶ † Vltimo no.in §.ſi quis.in fi.arg.ſm Bal.notabiliter,
ꝙ ſi aliquis iurauit non venire cōtra contractum venditionis,
non poteſt præterea agere condictione ex l.2.C.de rei vend.al
ternatiuè, vt aut ſuppleatur pretium, aut reſcindatur venditio
licèt enim quantum ad primum non videatur venire ꝯ contra-
ctum, quia non venit, quantum ad ſm cenſetur facere ꝯ iu-
ramentum ſic agendo alternatiuè, arg.hic, videtur tñ, ꝙ poſſit a-
gere ſaltem ad primum ſimpliciter, vt ēt colligitur ex iſto tex.
quia altera conditio firma permanet, licèt conditio iuriſiuran
5 di reijciatur. † Inducitur etiam per Bar.ꝙ non valeat ſtatutū,
in quo per indirectum tollitur appellatio, quæ de iure cōi poſ-
ſet fieri ad ſuperiorem: vt ſi dicat, ꝙ ſi pars ſenſerit ſe grauatam,
poſſit petere ſe exgrauari a talib. grauationibus: nam vr̄ factū
in fraudem, ne appelletur ad ſuperiorem.vñ ſicut hoc non poſ
ſet fieri expreſsè, & directo, ut in c. uenientes de iureiur. ita nec
6 ꝑ indirectū, arg.hic † Induco enim contra id, quod tenet Bar.in
c l.omnes populi, ꝙ ſicut laici non ᶜ poſſunt ſtatuere ſuper iura-
mento, ꝙ non debeat ſeruari directo ſtatuendo, ita nec per in-
directum ſtatuēdo, ꝙ præſumatur doloſe præſtitum, niſi inter-
uenerit talis ſolennitas. licèt Bart.dicat ibi ꝯrium, quia ſi uere
eſſet præſtitum dolo, non eſſet ſeruandum, etiam de iure cano
nico, ut in c.2.de pac.lib.6. Sed ego fateor quando vere eſſet ꝑ-
ſtitum dolo, ſed ſtatutum non poteſt facere, ꝙ præſumatur do-
lo præſtitum, quia uidetur facere in fraudem eius, quod facere
non poſſet directo. ſ.quod ſimpliciter ſeruandum: & ad hoc fa-
cit regula cum quid vna de reg. iur.li.6. & ſ.de exeu.tut.l.ſcire
oportet.§.j.¶ In gl.ſuper uer.(interuenit) ibi, (nec placet.) Tu
dic, ꝙ immo eſt uera, quod in contractibus non reperitur edi-
ctum prætoris, uel aliqua l.quæ reijciat iſtam conditionem: idō
ſi promitto tibi aliquid, ſi iurabis aliquid te facturū nō teneor,
niſi iures, vel niſi illud facias, ſed ſi reijcitur antequam faceres,
videret, quod deberet admitti: non tamen hoc credo uerum ꝑ
§.quoties. ĵ.ead.l.in ultimis autem uoluntatibus diſtingue, an
de præterito uel de futuro, ut ĵ. ſubijcitur in gl.† An autem il-
le, qui tenetur aliquid facere, poſſit compelli ad iurandum de-
faciendo, vide quod no. Gul. in l.illicitas.§.ne potentiores.de
off.præſi.Circa fi.gl.ibi, ſi dicimus de periurio. an ſit infamis. dic
de hoc melius, ut habetur per gl.in l.Lucius.ſ.de infa.

ADDITIONES.

a Auferenda eſt. Adde l.ſecundam.& quod ibi no.C.de indi.vidu.tol.l.1.C.ſi ad uer.vend.gl.in c.cum dilectus.quod me.cauſa.c.ex parte.de reſt.ſpo.c.fructo &c.verum.de iureiu.
b Eſſe pronum. Adde tex.in c.ille, qui exigit 22.q.5.
c Laici non. Adde gl.ſing.ſm Bar.in l.adigere.in §.ff.de iure patronat. Io.de Imo. in c.quamuis.de pac.li.6.Bal.in c.j.de prob.Bal.in c.uenerabilem. de ele.Bal. in l.nō dubiū.C.de leg.Pet.de Anch.in repe.regulæ, ea quę de reg.iur.lib.6. Pet.de Anch.conſi.215.inc.legitur in canone.Alex.de Imo.conſi.38.incip.uiſa petitione. Ant.de Ro.in 4.vol.idem Ale.conſi.59.incip.viſo inſtro, & ti.qōhis.in 1.vol.idem Ale.conſi.39.incip. uiſo ſtatuto, & themate.in 4.vol.Fed.de Sen.conſi.272.in c.factum tale eſt.Fran.de Are.conſi.8.in c.abunde.

1 *Cum relinquitur ſub conditione iuriſiurandi, duplex eſt conditio, vna expreſſa, ſi iurabis te ſic facturum, altera tacita, ſi illud feceris.*
2 *Si decedat legatarius, antequam impleat. quòd nihilominus ad hæredem tranſmittat cum onere adimplendi illam tacitam.*
3 *Conditio poteſtatiua deficiens per caſum habetur pro impleta, niſi quis fuerit in mora implendi ante caſum, ſed conditio caſualis, uel mixta, ſi deficit per caſum, non habetur pro impleta, ſed pro defecta.*

§.Quoties. Licèt iuramentum remittatur, id, quod ip-
ſius vigore fiendum erat, debet fieri: itē cō-
ditio poteſtatiua, uel modus deficiens per caſum non facit defi
1 cere ſubſtitutionē, uel legatum.h.d.& ſemper allegat. ¶ † Not.
ꝙ cum relinquitur ſub conditione iuriſiurandi, duplex eſt cō-
ditio, una expreſſa ſi iurabis te ſic facturum, & iſtā appoſuit te-
ſtator: altera tacita, ſ. ſi illud feceris: & iſta eſt potius legalis, qa
ſubrogatur ꝑ l. loco illius, & ita loquitur iſte §.& hoc eſt utile,
a iſta tacita conditio non impedit diem legati cedere, † & ideo ſi
decedat legatarius, antequam impleat, nihilominus ad hæredē
tranſmittit cum onere adimplendi, ut ĵ.§ prox. cum ibi no.qđ
3 eſt ſingulare ¶ † Item no. ꝙ conditio poteſtatiua deficiens per
caſum habetur pro impleta, quod eſt notum, niſi fuerit mora
implendi ante caſum, ut C.de cond inſer.l.fi. ſed ꝯdō caſualis
uel mixta, ſi deficit per caſum, non habetur pro impleta, ſed ꝓ
defecta, ut l.in teſtamento.ĵ.de cond.& dem.ratio diuerſitatis,
quia teſtator uidetur voluiſſe ponere illas in uirib.fortunæ, ſed
poteſtatiuam non, ſed ſolum in uoluntate implere debēris, vñ
ſufficit, ꝙ ſit impediens caſu ſine ſui culpa, & iſto modo tollit
ꝯrium ſignatum in gl.¶ In gl.in uerſ.(qui ſit per ut) non refert
an ſit mere poteſtatiuus, an etiam ſit mixtus, qa neutro caſu ſi
deficit, per caſum deficit relictum, ſed hr̄ pro impleto, de pri-
mo eſt caſus hic ibi, dum dicit (ita lego, ut Stichum manumit-
tat.) de ſecundo eſt caſus in l. ſi fundum per fideicommiſſum.
§.Iulia.de leg.j.& de le.2.l.Lucius.§.quiſquis.in gl q̄ incipit, im
mo.ibi, tu dic, ꝙ fuit ab alio occiſus.hæc uera, & eſt ratio, quia
tunc habet regreſſum ꝯ occiſorem ad æſtimationem legati, ꝙ
perdit facto illius.ideo habetur pro defecta, ſed ſi moritur mor
te ſua, non haberet regreſſum contra aliquem, ſi perderet le-
gatum, ſi ergo occiſor erat non ſoluendo, eadem rō eſt tunc,
ut non habeatur pro defecta.ut no.in l.contraria.

1 *Fruſtra precibus impetratur, quod a iure communi conceditur.*
2 *Quando per legem ſcriptam aliquid conceditur, non eſt neceſſe adire iudicem, ut amplius illud concedat.*

Quando

*3 Quando aliquid generaliter eſt diſpoſitum, non expedit ſpecialiter in ſingu-
lis caſibus amplius diſponi.*
4 Beneficium legis ſcriptæ prodeſt etiam ignoranti, & ſibi competit.
*Statutum ſi dicat, quod bannitus poſſit impunè offendi, & aliquis ignorans ip-
ſum bannitum offendat, gaudet beneficio ſtatuti.*
5 Beneficium conceſſum ab homine, an acquiratur abſenti, & ignoranti.
*6 Licèt quis iurando obligetur Deo principaliter, pars tamen in cuius fauorẽ
iuramentum illud præſtatur, poteſt ipſum remittere, & illam obligatio-
nem diſſoluere etiam abſente, & ignorante debitore, qui iurauit ſoluere
intra certum tempus.*
*7 Si appoſitum eſt aliquod onus legatario per modum conditionis, quod non
eſt inhoneſtum, tamen non poteſt formaliter impleri, debet fieri commu-
tatio in aliam cauſam.*
*Si legatarius, decedat antequam illam cauſam in qua ſit commutatio adim
pleat tranſmittit ad ſuos hæredes.*
*8 Quando aliquod teſtamentum eſt nullum, vel ſententia, vel contractus,
vel aliquid aliud, poteſt ſuper hoc adiri iudex, non vt annullet, ſed vt de-
claret eſſe nullum, uel nullum, ſeu eſſe remiſſum.*
9 Quo iure agi poterit.
*10 Quòd in ſuo libello debeat agens exprimere cauſam nullitatis, quando agi-
tur actione perſonali, uel mixta.*
*In ſententia nullitatis, an debeat exprimi cauſa, ſi iudex pronuntiat aliquã
ſententiam eſſe nullam.*
*11 An quis habeat neceſſe petere declarari ſententiam, vel teſtamentum, vel
contractum, aut aliquid aliud eſſe nullum.*
*12 Statutum ſi permittit hæredibus occiſi occidere occiſorem, & Titius occidit
Maeuium, an poterunt hæredes Mæuij illum occidere, etiam antequam
fuerit declaratus occiſor.*
*Si captus pro debito aufugit, an cuſtos carcerum conuentus poterit excipe
re, quod captura erat nulla, antequam declarata ſit nulla.*

1 a **§. De hoc iureiurando.** † Fruſtra precibus[a] impetratur, quod a
iure communi conceditur. ad hoc ſemper all. concor. l. j. C. de
theſau. lib. 10. & adde quod talis impetratio non nocet impe-
tranti, vt perdat quod a iure ſibi conceditur, ut l. forma. §. fi. ꝟ.
de cenſib. ¶ In tex. ibi, (non eſt neceſſe adire prætorem) notab.
2 † quod quando per l. ſcriptam aliquid conceditur, non eſt neceſſe
adire iudicem, ut amplius illud concedat. Sed contra, quia per edi-
ctum prætoris mortui conceditur reſtitutio minoribus, & etiã
maioribus ex iuſta cauſa, & tamen neceſſe eſt eam impetrare
a iudice, prætore uiuo. Sol. illa reſtitutio non concedit ſimplici
ter per edictum prætoris mortui, ſed ita demum, ſi ſubeſt iuſta
cã, vt patet in l. prima §. j. de min. vbi remittit hoc diſcutien-
dũ prætori viuo, in quem dirigit verba, vt ibi, & l. ſi minor. §. fi.
eo. ti. ſed hic ſimpliciter concedit, & vide hic bonam gl. quæ eſt in
3 l. pup. §. ſi is. de ope. no. nun. ¶ † In tex. ibi nec per ſingulos. not.
quod quando aliquid generaliter eſt diſpoſitum, non expedit ſpe-
cialiter in ſingulis caſibus amplius diſponi, quia tm̃ operatur
generalis quo ad omnes, quantum ſpecialis quo ad quoſdã, ut
4 l. ſi duo. de admi. tu. ¶ † In tex. ibi (etiam ignorante,) no. quod bene
ficium l. ſcriptæ prodeſt etiam ignoranti, & ſibi competit: ideo
ſi ſtatutum dicat, quod bannitus poſſit impune offendi, & aliquis
ignorans ipſum bannitum oſtendat, gaudet beneficio ſtatuti,
vt ſit immunis: ad hoc vide quod no. in l. genere. ſ. de inſa. per
5 Bart in l. inter omnes §. rectè. ꝟ. de fur. ¶ † Sed quæro quid de bñ-
ficio conceſſo ab homine, an acquiratur abſenti, & ignoranti?
Reſpondetur, aut eſt tale beneficium, quod confertur in inui
tum, puta iuriſdictio, nam munus iudicandi neceſſarium eſt, &
poteſt quis ad ipſum compelli, ut l. munerum. §. iudicandi. de
mu. & ho. & illud acquiritur ignoranti, vñ ſtatim, quod aliquis de
legatus eſt a ſuperiore, uel creatus Poteſtas, uel officialis in ali-
quo loco, ſtatim acquiritur ſibi iuriſdictio, & poteſtas abſẽn, &
ignoranti, ut l. cum furioſus. ſ. de iu. licèt non habeat exercitiũ
quouſque ſibi delegatio præſentetur, uel ingrediatur officium
quod dic, ut plene no per Bat. in l. abſenti. de don. & facit quod
no. gl. in cle. prima de proc. Et propter hoc idem dicendum eſt
in his, quæ non conceduntur, ſed auferuntur, ſi poſſunt auſer-
ri ab inuito: quia fortius abſenti, & ignoranti, ut patet in c. qa
cunctis de conceſ. præben. li. 6. vbi auſertur per principem ali-
cui poteſtas conferendi bñficium, uel indicãdi abſenti, & igno
ranti, & ſic ſi aliquis priuatẽ epiſcopatu, ſtatim deſinit eſſe e-
piſcopus, etiam ignorans. ut no. in mercurialibus per Io. And.
de reg. iur. in capitulo quod ob gratiam. facit quod no. in capi.
ad apoſtolicæ, de cler. exc. mi. vbi excommunicatur abſens, &
Igorans, quia poteſt inuitus excommunicari. facit l. 4. §. primo,
de fideicom. lib. 6. vbi colligitur iſta ratio. Aut non confertur
in inuitum, & tunc aut eſt tale quid, in quo voluntas requiritũ
vtriuſque partis, ſeu conſenſus, ut tranſlatio dominij, uel poſ-
ſeſſionis, vel alterius iuris, & tunc nõ acquiritur abſẽti, & igno
ranti, ſed poſtquam ad eius notitiam peruenit per nuntiũ, vel
epiſtolam, & ipſe conſenſit l. qui abſenti. de acq. poſ. & in c. ſi ei
bi abſenti. de præben. lib. 6. Aut eſt tale quid, quod dependet ex
voluntate vnius tantum, & tunc acquiritur abſenti, & ignorã
6 ti, ut l. Labeo. ſ. de iuretur. † vnde ſi iuraſti te mihi ſoluturum ꝟ.
certum tempus, & ego remittam iuramentum abſenti, & igno
ranti, quia remiſſio dependet ex uoluntate remittentis tantũ,
ſicut renuntiatio, & repudiatio, acquiritur tibi liberatio, & li-
cèt non ſoluas intra terminum, non eris periurus, licèt ignores
remiſſionem, & credas te periurare, ſed hæc credulitas non no-
cet tibi, poſtquã adeſt voluntas mea, vt in l. fi. & in d. l. inter om-
nes. §. fi. de fur. Illud autem conſtat, quod licet quis iurando obli-
getur Deo principaliter, pars tamen in cuius fauorem illud iu
ramentum pſtatur, põt ipſum remittere, & illam obligationẽ
diſſoluere, ut in capitulo primo de iureiuran. & quod no. Bar.
in l. prima. §. item quæritur. de oper. no. nun. vbi omnino vide.
In gl. ſuper verſi. ceſſit in fi. Dy. non approbat iſtam gl. quia cõ-
ditio tacita bene non erat neceſſaria ad actum, ſed ſi fuit uolun
tariè appoſita, ita ſuſpẽdit, & impedit diem legati cedere, ſicut
expreſſa, ut l. prima de conditio. & demonſt. licet ſecus ſit in illa, quæ
eſt neceſſaria, ut ſi adeatur hæreditas. nam illa ineſt etiam ſi nõ
exprimatur ideo non ſuſpendit. ita intelligitur l. cõditiones. eo
dem ti. ſed iſta de qua hic non erat neceſſaria, quia potuit re-
linqui purè. ¶ Et ad iſtum tex. reſpondetur, quod hic dicitur, ſi
deceſſit poſt diem legati cedentem, & iſte non eſt dies mortis,
licèt gl. hoc dicat. ſed poſtquam impleuerit illam tacitam cõdi
tionem quia dederit, uel fecerit: nam antequam det, uel faciat,
actionem non habet, ut in §. præced. Hæc placet, & ad contra-
rium Dy. dicit, quod quantum ad effectum petendi, non vr̃ dies ce
dere antequam impleuerit, & ſic loquitur §. præced. ſecus quã
tum ad effectum tranſmittendi, ut l. poſt diem. Item non ob a-
liud quod ſ. dixi. nam ſi conditio iuriſiurandi non remitteretur,
ſufficeret iurare, & ſtatim poſſet legatum petere, antequã da
ret, uel faceret id, quod iurauit ſe daturum, uel facturum, ut pa
tet in relicto libertatis facto ſub tali conditione, de quo non
reiicit conditio fauore libertatis, ut facilius poſſit impleri ſolo iura-
mento. ut ꝟ. de manu. teſta. l. ſi quis libertatem, cum ergo in a-
liis reiiciatur conditio, ſubrogatur onus faciendi, uel dandi, &
vbi primo ea non reiecta, videbatur potius onus per modũ præ-
cepti, quam conditionis. quia non impediebat agere, ita, & nunc quã-
tum ad effectum tranſmittendi, licèt impediat agere, & ſic te-
net mediam uiam. Per hoc vr̃, quod ſi uellet iurare ſponte nõ p-
pterea poſſet ſtatim agere, niſi daret, uel faceret, quia ſpeciale
eſt in libertate. in d. l. ſi quis libertatem. ut poſſit implere ſolo
7 iuramento, ergo in contrarium eſt ius commune. † Et per pdi-
cta dicit Bal. no. quod ſi appoſitum eſt aliquod onus per mo-
dum conditionis, quod non eſt inhoneſtum, tamen ſi non po-
teſt formaliter impleri, debet fieri commutatio in aliam cauſã
ſecundum l. legatum. cum l. ſequen. ꝟ. de vſufru. lega. & cle. qa
contingit. de relig. do. puta ſi fecerit dici tot miſſas pro anima
defuncti, in tali eccleſia, & illa eccleſia eſt interdicta, & ſic fit cõ
mutatio authoritate epiſcopi in aliam cauſam piam, quòd ſi le
gatarius decedat antequam illam cauſam, in quam ſit commu
tatio, adimpleat, tranſmittit ad ſuos hæredes, quod perpetuo tene
menti, ſed ſi potuiſſet illa cauſa impleri, & non fuiſſet facta cõ-
mutatio, ſecus, & hoc per iſtam gl. & per l. quam Bartol. alleg.
8 ¶ † Vltimo Bar. tangit hic unam materiam quando aliquod te
ſtamentum eſt nullum, uel ſententia, uel contractus, uel aliquid a-
liud, utrum ſuper hoc poſſit adiri iudex. Et plenius, quam Bar.
dicit, quod uidenda ſunt quatuor breuiter. Primo utrum poſſit
adiri, ut annullet, & eſt dicendum, quod non, per iſtum tex. qa
poſtquam eſt nullum, amplius annullari per iudicem non pot
l. nam & ſi ſub conditione. §. t. de iniuſt. teſt. & hoc probat iſte
tex. quia quod remiſſum eſt ab edicto prætoris, non remittitur
amplius per iudicem. Secundo eſt uidendum, vtrum poſſit a-
diri, ut declaret eſſe nullum, uel nullã, ſeu eſſe remiſſum, & hic
dicas, quod ſic, quia poteſt quis agere pro declaratione iuris ſui, vt
no. in l ſi duo patroni. in principio. ſ. de iureiuran. in gloſſ. & l.
9 Aurelius. §. centum. de lib. le. & l. ſi contendat de fidei. ¶ † Ter-
tio eſt uidendum, quo iure agere poterit? Reſpondetur, quod
iſta nullitas poteſt deduci in iudicium agendo, excipiendo, &
replicando. Primo caſu imploratur officium iudicis nobile ſu
per illa declaratione, ut in capitulo fi. & ibi per Inno. de off. iu.
& ſ. de ſer. l. j & quod ibi no. in uer. circa appellationem &c. ali-
quando tamen iure actionis hoc poteſt peti, ut ſi contractus eſſet
nullus ex cõuentione partium, quoniam ageretur actione ex
eo contractu, ut l. ex empto. §. ſi quis virginẽ. cum ſeq. de actio.
empt. uel ſi eſſet nullus dolo partis, quia ageret actione de do-
lo, iuxta

ADDITIO.

a Fruſtra precibus. Adde c. quia fruſtra. de vſu. & in regula fruſtra de regul. iur. in vj.

lo,iuxta ea,quæ plenè habentur in l.eleganter.de dolo. Qñ autem per uiam exceptionis,tunc proponitur actio prima, vel petitio hæreditatis ab inteſt.& ſic opponatur de ſnĩa abſolutoria, vel teſtamento,replicabitur de nullitate:& ſic per modum replicationis,quando replicans non erat in poſſeſſione: ſed ſi erat, alius ageret ex teſtamento, uel ſnĩa excipiat de nullitate, & tunc ſuper nullitate naſcitur, ſed non pronuntiatur,q̃a incidenter uenit,ut l.prima. de ord. iud.ſed quando per uiam agẽdi:& tunc pronuntiatur,quia principaliter deducitur, & eſt talis proceſſus ſuper nullitate ordinarius:& ſic conteſtatur,& fer-
10 tur diffinitiua,ut no. Inn.in cap auditis.de ꝑcu.† Et dicit Bald. vnum verbum notabile, ꝙ debet agens in ſuo libello exprimere cauſam nullitatis,quãdo agitur actione perſonali, iuxta no. in l.prima.in prin.ſupra de eden.& alleg.l.ſi pater.C.de ac em. ¶ Ego fui interrogatus iſtis diebus,ſi iudex pronuntiat aliquã ſententiam nullam,& non dicit ob quam cauſam, an iſta pronuntiatio valeat,& iſtud dictum Bal.facit,quod non:ſed in contrarium allegabam dictum Bar.in l.ſi expreſſim. de app. in l.1. ante fi.C.quando prouo.non eſt neceſſ.qui dicit,quod iudiciũ ſuper nullitate habet ſimilitudinem cum iudicio ſuper reali actione:ſed conſtat,quod in reali, cum quis agit rei uendicatione aſſerens ſe dominum, non tenetur in libello exprimere cauſam remotam, propter q̃ eſt dñs, licèt poſſit,ſi uelit: ſed in ꝓſecutione tenetur oſtendere cauſam, & tunc ſi fuit proſecutus vnam cauſam,& non probauit, facit ſibi præiudicium in omnibus alijs cauſis. ita dicit Bar.in iudicio ſuper nullitate, quod eſt menti tenendum.& ſic uidetur,quod non tenetur exprimere in libello,licèt poſſit,ſi uelit:& ſi exprimeret, & ſuccumberet,poſſet dicere nullum ex alia cauſa non expreſſa,ut l.ſi mr̃ §.j.de excep.rei iud. ſecus ſi nullum expreſſit in libello,licet in ꝓſequẽdo vnam expreſſerit.tene menti. legem ante, quam Bal.
11 alleg.& non ꝓbat id,q̃d dicit ipſe. ¶ † Vltimo,& quarto videndum eſt, vtrum quis habeat neceſſe petere declarari ſententiã, vel teſtamentum,aut contractum,vel aliquid aliud,eſſe nullũ? Reſpondeo,aut propter nullitatem vult aliquid conſequi a iudice q̃d alias conſequi non deberet: & tunc eſt neceſſe, ꝙ primo fiat iſta declaratio,vt ſi conſtet iudici de ſua poteſtate.facit l.eius qui delatorem.de iure fiſ. vide tñ circa hoc quod not. Bar. in l.cum quærebatur.de rei u.& l.ſi vt proponas. C.quõ, & qñ iudex: aut vult aliquid conſequi non a iudice,ſed iure cõi: & tunc non habet neceſſe petere declarationem, vnde ſi prima electio eſt nulla, poſſunt eligentes ad aliam electionem procedere, etiam illa non declarata nulla: vt in c. auditis. de ele. & eodem tit.cap.conſiderauimus.cum ibi not.quia hoc faciunt
12 ex poteſtate a iure cõi conceſſa. † Et ex hoc determinatur,ſi ſtatutum permittit hæredibus occiſi occidere occiſorem, & Titius occidit Meuium, poſſunt hæredes Meuij ipſum occidere, ẽt antequàm fuerit declaratus occiſor:quia faciunt ex poteſtate data a ſtatuto,non a iudice, licèt Ang. qui mouit hic iſtud dubium,dubitet:ſed non videtur mihi dubitandum.Dicit ẽt ipſe,ꝙ cum quidam fuiſſet captus pro debito,& captura erat nulla,quia non ſeruata ſolennitate debita,& ſic veniebat relaxandus,ſi aufugit culpa commentarienſis,antequam eſſet declarata captura nulla,non tenetur commentarienſis, & ſi conuenitur, poteſt excipere de nullitate capturæ ad ſui defenſam. ar. hic:ſed non placet hæc determinatio:quia poſito,ꝙ captura eſſet nulla, non poterat commentarienſis propria authoritate relaxare ſine iudicis mandato:qm̃ erat merus executor,& nõ pertinebat ad eum cognoſcere de nullitate iuxta no. per Bart. in l.fi.§.diuus.ſupra de publi.& pro hoc l.fina.de eo, per quem factum eſt.vbi ſi aliquis calumnioſè captus eſt a familia,nõ poteſt alius priuatus eum eximere de manibus familię propria authoritate,& ſi facit,perinde tenetur, ac ſi iuſtè captus fuiſſet: videtur tñ,ꝙ minus ſit imputandum,ſi inceptum erat iudiciũ ſuper nullitate capturæ, ſi non adhibuit ita bonã diligentiã, ſicut circa alios,ꝑ ea,q̃ not.in l.ſi pecuniã.§.fi.de condi.ob cau.

LEX IX.

CONDITIONES. ¶ Non ſummatur, nec aliquid habet, ideo vide per te.

LEX X.

1 Licèt in codicillis non poſſit dari hæreditas,poteſt tamen in eis inſtitutio facta in teſtamento declarari,& purificari.

2. Contenta in ſcriptura,ad quam ſit relatio,cenſetur contineri etiam in ſcriptura,quæ ad illam refertur.

3 Confirmatum trahitur ad tempus confirmationis,ſed aliquando confirmatio trahitur retro ad tempus confirmati.

Filius an poſſit inſtitui in codicillis

1 INſtitutio. †Inſtitutio facta de nominando in codicillis fiendis,valet,niſi ſit facta de filio in poteſtate,& eſt conditionalis ſi nominabatur: ſed facta de nominato in codicillis iã factis valet,ẽt in filio,& non eſt conditionalis, ſed
2 pura,ſi reperiẽ nominatus,hoc dicit. ¶ † In tex. ibi (ſcripſero.) expone,ideſt nominauero,quia inſtitutio fit in teſtamento, & not.hic,quòd licèt codicillis non poſſit dari hæreditas, poteſt tamen in eis inſtitutio facta in teſtamento.declarari,& purificari. Item quòd ꝯtenta in ſcriptura, ad quam ſit relatio, cenſentur contineri etiam in ſcriptura, quæ ad illam refertur.
3 † Item quòd confirmatum trahitur ad tempus confirmationis:ſed aliquando confirmatio trahitur retro ad tempus confirmati,vt l. quæ in prouincia §.diuus.de ritu.nupt.cætera vide hic per Bart. ¶ Not. etiam hic ſecundum Bald. quòd filius non poteſt inſtitui in codicillis, licèt Bart. tenuerit contrarium in l.militis codicillis in prin.infra de mili.teſtamento.

LEX XI.

1 Conditio mixta dependens ex facto implere debentis, & alterius, habetur pro impleta,ſi non ſtat per implere debentem: ſed per alium, in cuius perſona debeat impleri,quominus impleatur.

2 Matrimonium ſicut debet eſſe liberum à timore pœnæ,an ita etiam adoptio.

3 Hæreditas paterna non dicitur lucrum,cum ſit debita.

4 Si filius vult expectare euentum conditionis mixtæ, de qua in hac l. ut habeat ex teſtamento, & non vult dicere teſtamentum nullum, poteſt hoc facere, & adueniente conditione valebit teſtamentum, etiam de iure ciuili.

1 SI quis in teſtamento. †Cõditio mixta dependens ex facto implere debentis,& alterius,hr̃ pro impleta,ſi non ſtat per implere debentem,ſed per alium, in cuius pſona debeat impleri, quominus impleat. h.d.ad hoc de cond.& demon.l.iure ciuili.& l.2.C.eodem ti.de cond.inſti. ſed quando dependet ex facto implere debentis, & ex caſu fortuito,licèt non ſtet per implere debentem, ſed ꝑ caſum,non habetur pro impleta,ſed pro defecta.ut no.ſ̃. eodem l.quæ ſub conditione.§. quoties.nã in primo caſu æquitas hoc dictat,ne ſit in poteſtate illius tertij, in cuius perſona debebat impleri,ut quis priuetur commodo hæreditatis,uel legati.q̃ ratio ceſſat,quando deficit ꝑ caſum. ¶ In text.ibi, (hæres eſto.) ex hoc, ꝙ habebat cohæredem, per cuius aditionem poterat iſta exhæredatio confirmari,ideo ualuit teſtamentum, licèt fuerit inſtitutus,ꝙ in eius defectũ fuerit exhæredatus: ſecus ſi non habuiſſet cohæredem.ut l.filius a patre.de lib.& poſthu. ¶ Oppo. pro declaratione gl.ſecundæ, ꝙ iſte filius ſit hæres ex teſtamento.licet non fuerit paratus implere conditionem:quia illa conditio de adoptando tanquã contra bonos mores reijciatur de inſtitutione: vt l.vxorem.§.hæres.de legat.tertio.gl.ſoluit duobus modis,& finaliter fatetur contrarium,& ad tex.hoc addit maxime,certe ſi iſta conditio eſſet contra bonos mores,nõ reijceretur de inſtitutione filij,ſed tamen vitiaret,ut.j.eo.l.filius.licet de inſtitutione extranei reijciatur,& non uitiet,ut l.ꝯditiones.j.eodem & ſ̃.l.conditiones.ideo dic, quod in contrario onus de adoptando fuit appoſitum per modum diſpoſitionis, ſeu pręcepti,quia fuit grauatus hæres de adoptando aliquẽ, & in caſu,quo non adoptet, fuit priuatus hæreditate per teſtato-
2 rem. † De legato dicitur ibi,quod præceptum de adoptando eſt inualidum:ideo licet non impleatur,non incurrit pœnam, vt l.j.C.de his,quæ pœn.no.& no in l.prima.ſ̃. eodem. nam ſicut matrimonium debet eſſe liberum a timore pœnę,ut l.Titia.de verbo.ob.Ita & adoptio,quia non debet quis compelli timore pœnæ ad aliquem adoptandum. ſed hic fuit appoſitum iſtud onus per nomen conditionis, & ſub ſpe præmij põt induci ad adoptandum,ſicut etiam ad matrimonium contrahendum,ut .j.de condi.& demonſtratio.l.Titio centum.§.primo.& iſta ſo-
3 quam etiam Barto.tangit, mihi placet. † Vnum tamen ob.quia hæreditas paterna non dicitur lucrum,cum ſit debita,ut l. fin. C.de codic. unde non dicitur inuitari ſub ſpe lucri,ſed potius metu,ne perdat debitum,ideo poſſet dici, ꝙ ſi intereſt ſua habere potius ex teſtamento,q̃ ab inteſta. quia forte erat inſtitutus in maiori parte,q̃ ipſum tangeret ab inteſtato,& in reſiduo erat inſtitutus frater eius in poteſtate, eius eſt conditionẽ implere,uel paratum ſe offerre,ut habeat ex teſtamento,ſed ſi intereſt ſua magis habere ab inteſtato,& illam conditionem non implere,poterit dicere teſtamentum nullum, tanquam illa cõditio ſit contra bonos mores,ut .j.eodem l.filius. & in d. §. hæres.& ꝙ non teneat exhæredatio facta in defectum illius con-
4 ditionis per illum §.hæres. † iſtud etiam eſt de mente Bar. quod no.ꝑ to eo,quod dicit gl.in l.ſi pater.in fi. magnæ gl. C. de inſti. & ſubſt.

& ſubſt quæ vult, quod ſi filius vult expectare conditionis euẽtum, ut habeat ex teſtamento, & non vult dicere teſtamẽtum nullum, quia forte ſua intereſt potius ex teſtamẽto habere: poteſt hoc facere, & adueniente ꝯditione valebit teſtamentum, etiam de iure ciuili, quod Bal. tenet ibi, & hic, licet eſſet omnino præteritus, per approbationem eius ſolum reconualeſceret de iure prætorio ad vtilitatem alterius: ſed ad ſuam reconualeſcit de iure ciuili, tene menti.

L E X XII.

1 *Conditio ſi voluerit, in inſtitutione neceſſarij hæredis appoſita, facit eum voluntarium, ſed in inſtitutione voluntarij nihil operatur.*
2 *Conditio, ſi voluerit, an reijciatur de inſtitutione filij, & quid in aliena conditione poteſtatiua.*
3 *Quid ſi apponatur in legato relicto extraneo.*
4 *Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, quòd nihil operetur.*

1 VErba hęc. †Conditio, ſi voluerit, in inſtitutione neceſſarij hr̃dis appoſita facit eum uoluntarium, ſed in inſtitutione voluntarij nihil operatur. h.d. ¶ † In tex. ibi, (ꝯdõ faciunt) ſed an hodie reijciatᷣ ꝯdõ de inſtitutione filij, videtᷣ quod non, quia non continet grauamen, & hoc tenuit Iacob. But. ſed Bal. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſta. tenet contrarium: quia immo conuinet grauamen, nam ſi non fuiſſet appoſita tranſmiſiſſet hæreditatem non aditam iure ſuitatis tanquam ſibi per l. acquiſitam, ut hæredi neceſſario: vt l. ventre, de acq. hær. nec propterea implicabitur oneribus hæreditarijs, niſi ſponte ſe immiſceret: ut l. ſi filius, qui patri. ſ. ti. j. nunc vero propter iſtam conditionem, cũ ſit effectus mere uoluntarius, nõ eſt ſibi acquiſita hr̃ditas per l. niſi declaret ſe uelle, ſicut nec legatum iſto modo relictum, ut l. ſi ita legatum §. illi ſi volet. de leg. j. vñ non tranſmittet. ſicut nec merè voluntarius hr̃s Intereſt ergo ſua, ꝙ iſta conditio reijciatur, tene mẽti. ¶ In tex. ibi (vt ſi nolit, hæres non exiſtat) patet ergo hic, ꝙ fauore teſtatoris eſt hoc introductum, vt ſi filius, vel ſeruus ſit ſibi neceſſarius hr̃s, ut decedat teſtatus: vnde põt teſtõr huic fauori renuntiare: & facere ipſos voluntarios apponendo iſtam conditionẽ ſi voluerit: continuatio uero dñij in filium, in qua conſiſtit ſuitas, fuit introducta fauore filij, ut l. in ſuis. de l. b. & poſth. tamen teſtõr faciendo ipſum voluntarium, etiam iſtam ꝯtinuationẽ impedit, quia non poteſt continuari in ipſum dominium, niſi tanꝗ in hæredem, vnde ſi non eſt hæres, ergo nec dominus ex
3 continuatione. ¶ †Sed quæro, quid ſi fuit inſtitutus ſub alia cõditione p̃taſtina? R̃ndetur idem, vt antequam illam impleat, nõ eſt neceſſarius hæres, ſed poſtquam impleuit, ſtatim efficitur neceſſarius. ac ſi purè fuiſſet inſtitutus, vt ꝭ. de condi. & dem. l. cõditionibus pup. ¶ In tex. ibi (fruſtra adduntur) ſed in legato ẽt extraneo relicto quia cum illud acquiratur ignorãti. l. cum pater. §. ſurdo. de leg. 2. ſi apponatur iſta conditio, ſi uoluerit, non acquiritur, niſi declaret ſe velle, & ſic iſta uerba faciunt ꝯdõnẽ & interim decedens non tranſmittit, ut in d. §. illi ſi uolet. & l.
4 ſi ita expreſſim. de cond. & demonſt. †Nec obſt. quod expreſſio eorum, quę tacitè inſunt, nihil operatur, l. 3. de leg. j. quia uerũ eſt, quando exprimuntur per eundem modum: ſed hic non ſic, quia uoluntas legatarij non requiritur ad primariam acquiſitionem legati, cum illa fiat etiam ignorãti. licèt acquiratur ad ſecundariam, & irreuocabilem, vt no. ꝭ. l. proxi. per gl. ſed appoſitaᷣ iſta ꝯdõ, teſtator requiſiuit voluntatem legatarij, etiam ad primariam acquiſitionem, vt iſta non fiat, niſi volenti.

L E X XIII.

1 *Qui conditionem implet, non propterea videtur hæreditatem adire, vel legatum acceptare ſed inſtitutionem, vel legatum purificare duntaxat.*
2 *Licet quis conſentiat in præparatorijs ad actum, non propterea cenſetur conſentire in actum.*
Qualiter duplex ſit acquiſitio in legatis. ſ. primaria, & ſecundaria & quæ ſit irrepudiabilis.
3 *Repudiatio propriè locum habet in iuribus nondum perfectè acquiſitis, & ex voluntate.*
Renuntiatio, quòd cadat etiam in perfectè acquiſitis, & in quibus iuribus conſtat renuntiatio in ſola voluntate renuntiantis.
4 *Qui in libello appellauit ſe hæredem, videtur dixiſſe, ꝙ adiuit hæreditatem.*

1 SI qui. †Qui conditionẽ implet, non propterea vr̃ hęreditatem adire, vel legatum accepiare, ſed inſtitutionem, uel legatum purificare dũtaxat. h.d. De iſto articulo vide plenius in l. prima. §. ſi parcendi. ꝭ. de ꝯdo. ob cau. ubi ponitur diſtinctio ad concordiam ll. hic allegatarum in gl. circa fi. videbatur contrariũ, ꝗa non pp aliud implet conditionem, niſi, vt hæreditatem, uel legatum habeat, ergo implendo vr̃ ipſe velle, ſed hic implet, vt habere poſſit, non vt tunc habeat, ideo poſt implementũ requiritur alius actus, vt adeat, vel acceptet legatum.
2 † Not. ergo ſm Bal. ꝙ licèt quis conſentiat in præparatorijs ad actum, nõ propterea cenſetur conſentire in actum, quod poteſt allegari ad plura. In gl. ibi (reſpondeo, loquitur hic.) Not. j. ex iſta glo. ꝙ duplex eſt acquiſitio in legatis. ſ. primaria quæ fit per legem ẽt ignoranti, & iſta dr̃ commutabilis, quia ſola voluntate reſoluitur, ſi repudiat, & fingitur non facta, & ſic retrotrahitur, vt l. pro inde, ſi cer. pe. cum alijs alleg. in gl. Quædam ſecundaria, & irrepudiabilis, & iſta eſt illa, quę fit per acceptationem legati, & ſic ex ſola volũtate, & ideo dr̃ irrepudiabilis, quia ſi poſt iſtã legatarius repudiaret, non deſineret eſſe dñs, niſi haberet rem pro derelicto, ſed bene poſſet deſinere poſſidere, quod dic, ut l. ſi quis. in §. dñia. de acq. poſ. nec trahitur retro, ẽt ſi haberet pro declarato, nec fingitur non facta acquiſitio a prin. ſed ex nunc fingitur l. ſicut. in fi. & l. ſi ita ſcriptum. de leg. j. & ꝭ. de his, quæ in teſt. dele. l. j. ante fi. & adde quod no. Bar. in l. Pompo. de neg. geſt. de iſta duplici acquiſitione, quarum una fit per l. voluntatem, & iſta nuda voluntate reſoluitur, & altera fit de volũtate eius, cui acquiritur, & iſta non reſoluitur nuda uolũtate, ut ibi
3 hr̃. ¶ †No. ex iſta gl. ꝙ repudiatio proprie locum habet in iuribus nondum perfectè acquiſitis, & ex uoluntate, ſed in delatis, & acquiſitis p̃ter uoluntatem, ut per legem, renuntiatio vero cadit ẽt in perfectè acquiſitis, ut ſi quis haberet ſeruitutem ꝑſonalem, vel realem, vel ius pignoris ſua voluntate ſibi acquiſitum, vel beneficium eccleſiaſticum, nam eis poteſt renuntia-
4 re, vt in toto tit. de remiſ. pig. & extra de renun. per totum. † & conſiſtit renun. in ſola voluntate renuntiantis in talib. iurib. quia per eam recipit libertatem, quod de facili fit, ſed dñium non poteſt renuntiari ſolo verbo, quia hic ceſſat ratio p̃dicta, ſed requiritur, ꝙ perueniat ad actum facti, quod dic, vt not. in d. §. differentia in gl. j. quem conſtat non eſſe hæredem, niſi adeat. No. iſtam gl. pp vnum, quod iſto anno habui de facto, nam aliquis hæres, tanquam hæres allegando ſe hęredem talis opponebat in calculo ferendæ ſententię, ꝙ ipſe non approbauit ſe hæredem, quia licèt eſſe inſtitutus hæres non tñ videbatur hæres, niſi adiret, & hoc dicit iſta glo. vnde debuit producere aditionẽ hæreditatis, quam non produxit, nec amodo producere poterat, quia concluſum erat in cauſa, ſed iſta allegatio eſt merè calumnioſa, & ꝯ ipſam retorquet iſtam gl. quia ex quo ipſe appellauit ſe hæredem, vr̃ dixiſſe, ꝙ adiuit hæreditatem, & poſito, ꝙ per prius non adiuiſſet, pp hoc tamen, ꝙ tanꝗ hæres egit, vr̃ tũc adire, cum aditio in ſola uoluntate conſiſtat, ad quod l. 2. C. de iure delib. vbi ſoluendo debita hæreditaria tanquam hæres cẽſetur adire, ergo & agendo tanquam hæres.

L E X XIIII.

1 *Conditio continens aliquid a iure prohibitum, vel contra bonos mores reijcitur de inſtitutione extranei tanquam impoſſibilis, ſed inſtitutionem filij vitiat tanquam poteſtatiua.*
2 *Illud poſſumus, quòd de iure poſſumus.*
Tria ſeu quatuor requiſita, vt dicamur aliquid poſſe facere, ſcilicet, quod licitè, honeſtè, commode, & ſalua ſama facere poſſumus.
3 *Si ruſticus aggreſſus eſt militem, qui poterat commode aufugere, & ruſticum non offendere, an excuſetur a pœna de occiſo, ſeu de vulnere, cum fugere non poterat ſaluo honore ſuo.*
4 *Conditiones improbatæ a iure dicuntur impoſſibiles, ſicut illæ, quæ ſunt impoſſibiles de natura.*

1 COnditiones. †Conditio continens aliqd prohibitum, uel contra bonos mores reijcitur de inſtitutione extranei tanꝗ impoſſibiles, ſed inſtõnẽ filij vitiat tanꝗ poteſtatiua. h.d. cum l. ſeq. &c. No. in l. filius. illud vulgare,
2 ꝙ illud poſſumus, [a] qđ de iure poſſumus. l. nepos Proculo. de verb. ſign. & dicit Inn. in c. accedens. de ꝯcel. p̃ben. ꝙ tria requiruntur, vt dicamur aliquid poſſe facere, ſ. ꝙ licitè, honeſtè, & commodè facere poſſumus. adde, & ſalua ſama. ut puta ex iſto
3 tex. dum dicit, æſtimationẽ, hoc inducit. †Bal. ſi ruſticus aggraſſus eſt militem, qui poterat commode aufugere, & ruſticum in nullum offendere, quia tamẽ hoc facere non poterat ſaluo honore, ſuo, ſi ipſũ vulnerauerit, vel interfecerit, nõ volens ipſum aliter repellere, non puniatᷣ de occiſo, tanquam egrediens moderamen

A D D I T I O.

1 Iſtud poſſumus. Adde l. filius, qui fuit ff. de hære. inſt. gl. in c. faciat homo. xxij. q. 1. glo. 1. c. ſciſcitatus. de reſcri. gl. in cle. ſępe. de ver. ſig. Car. Za. in ca. ad audientiam. in 1. no. de eccl. ædi.

a deramen inculpatę tutelæ, ᵃcum poſſet aufugere, vt l. vt uim.
C.vnde vi.quia non poterat hoc facere ſalua fama,& honore,
ſecus in alio pari,eum non fuiſſet verecundia aufugere,ut no.
in d.l.j.¶ Vltimo quæro,vtrum ex iſta l.hodie onatur: ꝙ cōdi-
tio turpis non uitiet inſtitutionē filij,ſed reijciatur per l.qm̄ in
prioribus. Bal.in l.ſi pater.in ſi.primæ col.C. eodem ti.notabi-
liter tenet, ꝙ non corrigatur, ſed ꝙ etiam hodie vitiat inſtitu-
tio:nam iure iſto reijcitur ꝗt de inſtitutione cuiuſcunque,ut l.
præcedenti.& tamen non de inſtitutione filij:ergo & hodie li-
cēt aliæ conditiones reijciantur iſta non:alias conditiones lici
tas poteſt implere filius,ſi vult, & facere, ꝙ non reijciantur: vt
dixi in l.ſi quis teſtō.ſ̄.eo.ſed iſtas prohibitas non pōt implere:
& ideo non eſt bona argumentatio de non prohibitis ad pro-
4 hibitas. ¶ † No.ēt,ꝙ conditiones improbatæ a iure dn̄t impoſ-
ſibiles,ſicut illæ,quæ ſunt impoſſibiles de natura,ut l.j.ſ̄.codē.

A D D I T I O.

a Moderamen inculpatæ tutelæ. Adde Doct.in c.ſignificaſti.el.2.de homi.Doc.in
cle.ſi furioſus.eo.ti.

L E X   X V I.

s *Conditio continens in ſe perplexitatem, vitiat inſtitutionem.*
a *Conditio continens in ſe perplexitatem quando non vitiet inſtitutionem.*
3 *Perplexitatis materia remiſſiuè.*
4 *An iſta conditiones negatiua, ſi Titius non erit, Seius hæres eſto, & ſi Se-
ius non erit, Titius hæres eſto contineant perplexitatem, vel contrarie-
tatem.*

1 SI Titius. †Conditio continens in ſe perplexi-
tatē, vitiat inſtitutionē.h.d. dicitur au-
tem perplexitas.i.quædam cōtrarietas,quæ eſt in-
terdum conditionis,& id quod cōditio continet,
quia natura conditionis eſt, ꝙ impleatur ante aditam hæredi-
tatem:& id,quod continet conditio eſt tale, quod non poteſt
eſſe,niſi poſt aditam hæreditatem,& ideo odio teſtatoris, q ta-
lem contrarietatem ex uerbis ſuis induxit,non vitiatur, ſed vi-
tiat inſtitutionē,ſecus in impoſſibilitate naturæ, vel iuris, q̄ nō
continet ꝯrietatem:quia illa reijcitur,& remanet diſpoſitio pu
a ra,vt ſ̄.eodem.l.prima. & l.conditiones. Habet autem locum
iſta lex, quando iſta perplexitas, ſeu contrarietas prouenit ex
verbis teſtatoris,ſi autem aliunde,ſeu ex accidenti præter ꝓpo
ſitum teſtatoris non vitiat:ſed alio modo dirimitur, ut ꞇ. ad l.
Fal.l.qui quadringenta:in vlt.car.circa ſi. tit. & ita ibi no. Item
habet locum,qn̄ iſta perplexitas nullo modo poteſt diſſolui,vt
erat in caſu huius l.ſecus,ſi poterat quoquo modo,vel implen-
do de iure, quatenus poterat impleri ante aditam hæreditatē,
& reſiduum reſeruando poſt aditam,ut ſ̄.eodem ti.l.quarta.in
prin.vel implet de facto infra eodem.l.mulier.§. primo. tamen
non poteſt impleri de facto, niſi qn̄ implementum principali-
ter tendit ad commodum implentis,ut purificetur ſua inſtitu-
tio vt ibi,& l. Titius,& Seius. de verborum ob. ubi agendo de
facto purificat ſuam inſtitutionem alterius principaliter, & in
pœnam ſuam, & in caſu huius l.ſi Titius hæres non erit, Seius
hęres eſto.nam ſi diceremus,ꝙ Titius poſſet adire de facto,hoc
tenderet ad purificandum inſtitutionem Seij ꝑprius,& ea pu-
rificata,& Seio effecto hærede tenderet ad purificandum inſti-
tutionem ipſius Titij:& ideo non poteſt adire de facto, vt hoc
fiat:quia ſi poſſet,vitiaretur inſtitutio:& tamen hic dr̄ ꝯrium,ꝙ
vitiatur.item habet locum,qn̄ cadit perplexitas inter duo,quæ
merentur æqualem fauorem, ſecus ſi vnum eſſet fauorabilius
altero,quia non vitiaret,ut ſ̄.tit.primo.l.ſi.§.Titius.circa fin.in
verſ.porrò.ſecundum Bart.qui ita n̄o.in l.prima.ſupra eodem
certè in illo uerſ.porrò.non perpendo,quod ſit aliqua perple-
xitas in uerbis teſtatoris,ponendo caſum,ut ibi poſui: ſed ideo
ꝑ cohæredem non fuit adita hæreditas, & ſic legatum factum
de ſeruo non fuit confirmatum,quia potuit ſeruus adire ex in-
ſtitutione iuſſu legatarij,& ad commodum illius:ideo fit locus
ſubſtitutioni factę de ſeipſo cum libertate ad commodum ſuū:
quia impletur conditio formaliter,ſi hæres non erit ad cōmo-
dum legatarii:quia uerum eſt dicere,ꝙ non eſt hæres, nec eſſe
poteſt ad commodum legatarii, vn̄ re uera non eſt ibi perple-
xitas:quia quando eſt perplexitas,conditio exiſtere non poteſt,
s vt hic dr̄ in ti.& ibi formaliter exiſtit.†Et de materia perplexita
a tis vide quod no. Doct.in l.Arethuſa. de ſta.ho. in qōne illa de
duobus ſeruis diuerſorum, quorum uni dixit dn̄s vade ſuper
pōtē,& ſi obuiaueris ſeruo,liber eſt: alteri verò dixit dn̄s vade
s.pontē,& ſi obuiaueris libero,liber eſto.ſi ipſi ſe inuicem ob-
uiāt, quis eorum erit liber an neuter,an uterq. & ſic eſt qō de
puncto,nam in prima obuiatione quilibet reperitur ſeruus,&
ſic vr̄,ꝙ primus,cui fuit dictō,ſi obuiaueris ſeruo liber eſto,effi-
ciatur liber,& non alter,& ecōtra,quòd etiam alter, quia ſi il-
le efficiatur liber, hoc contingit eodem inſtanti,qui obuiat ſi-
ne aliquo interuallo tp̄is:ergo verum eſt dicere,ꝙ alter,cui di-
ctum fuit,ſi obuiaueris libero, liber eſto,ſit liber:quia obuiauit
4 libero. dic,vt ibi no.per Petr. & Cyn. ¶ † Glo. hic in fin.format
qōnem,quid ſi iſtæ conditiones apponantur negatiuè,ſi Titius
non erit,Seius hæres eſto,& ſi Seius non erit, Titius hæres eſto.
& tenet in effectu,ꝙ non teneant perplexitatem , nec contra-
rietatem,& ſic non uitiant inſtitutionem: quia pōt altera ipſā-
rum impleri ante aditam hæreditatem,ſicut eſt de natura con-
ditionis,qm̄ continet tale quid,quod etiam hęreditate non adi
ta poteſt euenire:ſed tunc eſt dubium,qn̄ alter tantum futurus
eſt hæres,non ambo,quis eorum erit? In glo.ſunt duæ opiu. pri
ma eſt,ꝙ neuter ipſorum poteſt adire,niſi altero per prius repu
diante, & ſic expectabitur repudiatio vnius, vt alter effici poſ-
ſit:iſta non eſt bona, quia neutri ipſorum delata eſt hæreditas
ante conditionem impletam,ergo neuter repudiare pōt, ſicut
nec adire,vt l.is poteſt.de acquiren.hæred. Alia opin.eſt,ꝙ qui-
libet eorum poſſit adire ſaltem de facto, & ſit locus præoccu-
pationi,quia ſi vnus adit,claudit viam alteri adeūdi.ar.de verb.
ob.l.ſi Titius.ſed illa non facit,quia ibi ideo locus eſt præoccu-
pationi : quia ibi illi duo ſtipulatores habentur tanquam duo
rei credendi,inter quos eſt locus præoccupationi per lit.cōteſt.
ꞇ.de duo.re.l.ex duobus.& iſta ratio ceſſat hic. Dic ergo tertio,
ꝙ neuter ipſorum poteſt adire,quouſque alter deſinat poſſe eſ-
ſe hæres,quod poteſt contingere ſi moriatur naturaliter,vel ci-
uiliter per damnationem in metallum ſine ſpe reacquirēdi poſ
ſibilitatem,ſecus ſi cum ſpe,vt ſi caperetur ab hoſtibus. arg. de
iniuſt.teſt.l.ſi quis filio.§.ſed ſi pater.

A D D I T I O N E S.

a De materia. Adde an materia.perplexitatis inducat confuſionem. vide per Bal.
in proœ.decre.in §.firmiſſimè.

L E X   X V I I.

s *Inſtitutio facta de eadem perſona, & de eadem portione pluries ſub diuer-
ſis conditionibus purificatur ex illa,quæ potius euenit.*
a *Ex duabus cauſis ad idem tendentibus celerior conſumat effectum.*

s SI plures. †Inſtitutio facta de eadem perſona,& de
eadem portione pluries ſub diuerſis cō-
ditionibus purificatur ex illa,quæ prius euenit. h. d. Et
pone hic caſum, quod inſtitui te hæredem in triente, ſi nauis
ex Aſia venerit,& eodem triente,ſi Titius conſul factus fuerit:
euenit prius iſta ſecunda cōditio, certè purificatur hæc ſecūda
conditio, & poteris adire non expectata conditione prioris in
ſtitutionis,ſicut ſi fuiſſes primo ſub conditione inſtitutus , &
poſtea pure, quia hæc ſecunda tanq̄ plenior abſorbet primam
vt ſ̄.de hære.inſti.l.ſi te ſolum.nam inſtitutio pura a princi.uel
ex poſt facto purificata pares ſunt,ut no.per gl.in Auth.de ſan.
epiſ.§.ſed hoc.ideo ſicut puta abſorbet conditionalē,tanq̄ ple-
a nior,ita,& purificata.No ergo,ꝙ ex duabus cauſis†ad idem tē
dentibus celerior conſumat effectum, & ſunt uerba Bald. cre-
do in l.j.C.de ſer.fug. qui allegat ad hoc l.ſi quis ita ſtipuletur,
ſiue nauis. de verborum obl.¶ Opp. de l.ſi hæredi plures.ſ̄. eo-
dem.Sol.ibi fuit inita inſtitutio ſub duplici conditione copula
tiue poſita, quia ergo ambæ copulantur ad unum effectum.
ſ.ad purificādum vnam inſtitutionem, requiritur, ꝙ ambæ exi
ſtant,ſed hic fuerunt duæ.& quælibet ſub ſua cōditione, vnde
conditiones illæ non copulantur ad unum effectum.i. ad unā
inſtitutionem purificandam,ſed diuerſas. & ideo exiſtentia cu
iuſlibet de per ſe purificat ſuam, licet altera non extiterit, hoc
ergo caſu,licet illæ conditiones ſint poſitæ copulatiuè,uel ſo-
lutè,quod habet uim copulæ.ut l. triplici. de verborum ſig. &
no. in l.cum duob.§.ſi in cocunda.ſ̄.pro ſo. ꝑ gl.tamen cenſent
poſitæ diſiunctiuè, ut ſufficiat alteram impleri. ¶ In glo.prima
ibi(uel dic,) hæc vera. Sed tunc opp. ꝙ non poſſint dici plures
inſtitutiones,poſtquam ambæ ſunt factæ de eadem perſona,&
de eadem portione per l.cum qō.C.de leg.& ar.infra de leg.2.
l.Mæuius §.qui.in fin. Sol. ꝯrium procederet,ſi ambæ factæ eſ-
ſent purè,uel ſub eadem conditione,quia tunc nō ſentiret ma
iorem utilitatē ex pluribus,q̄ ex una,hic uero loquitur,qn̄ ſub
diuerſis conditionibus , & ſic poteſt ſentire utilitatem ex una,
cuius conditio extitit.ſed ex altera non,cuius ꝯ dō deficit,ideo
poſſunt dici plures.¶ In glo.ſeq.in fi.ibi,& §.primo.melius eo-
dem.ti.l.liber homo.§.ſi ita ſcriptum. per quæ iura habetur , ꝙ
ſi iſtæ inſtitutiones eſſent factæ in diuerſis portionibus,& exi-
ſteret conditio unius,ſi uellet etiam habere aliam portionem,
habet neceſſe expectare conditionem alterius inſtitutionis, ſi
habebat cohæredē, uel ſubſtitutum, ad quem alia portio erat
peruentura in totum, uel pro parte non exiſtente conditione
illius:

illius: quoties autem in omnem euentum erat habiturus etiã
conditione defecta, non habet neceſſe expectare conditionis
euentum, ut ibi patet cum §. ſeq. In gl. ſeq. in fi. Tu dic melius ſe
cundum Iac. de Are. ꝙ contrarium loquitur, qñ ex interuallo
fuit facta ſecunda inſtitutio in eadem portione ſub diuerſa cõ-
ditione, quo caſu uidetur receſſum a prima, & ſic non purifica-
tur, niſi ex euentu vltimæ conditionis. hic vero quando incon-
tinenti, & eodem contextu vna poſt alteram, quo caſu per ſe-
cundam non cenſetur receſſum a prima, & ideo purificatur, vel
ex prima, vel ſecunda, ut l. ꝙ traditum. & l. nam ad ead. ↄ. de cõ-
ditio. & demonſt. ubi probatur hoc.

LEX XVIII.

1 *Conditio appoſita in inſtitutione cenſetur repetita in legatis factis eidem, &c*
in defectum inſtitutionis.
2 *Conditio appoſita in fideicommiſſo cenſetur repetita in ſubſtitutione vulga*
ri facta de eodem.

1 CVm ſeruus. †Conditio appoſita in inſtitu
tione cenſetur repetita in le-
gatis factis eidem, etiam in defectum inſtitutionis.
h.d. Et primo loquitur, quando legatum fuit factũ
in defectum inſtitutionis, ſ. ſi hæres non erit, uſq.
ibi {hac rõne. Secundo non in defectum inſtitutionis: & iſte ſe
cundus caſus eſt clarus & cum illo concordant l. auia de cond.
& dem. & l. fi. in §. pe. vel fi. de doli exce. † Debet tamen limitari,
qñ ab eodem gradu, alias ſecus, ut l. ab omnib. §. cum quidã. &
ibi per Bar. ↄ. de leg. primo. ſic & conditio appoſita in fideicõ-
miſſo cenſetur repetita in ſubſtitutione vulgari facta de codẽ,
vt ↄ. de lega. 2. l. lucius largus, & primus caſus eſt ſatis dubius.
¶ In tex. ibi {repetitam videri conditionem} ergo ſi cõditio de-
ficiat, deficit inſtitutio, & ẽt legatum, quando ergo habebit lo-
cum legatum? videtur, ꝙ nullo caſu, & ſic ſit nugatorium: quia
ſi conditio inſtitutionis extat, erit hæres. ergo non eſt locus le-
gato, quod factum fuit, ſi hæres non erit: ſi deficit conditio, de-
ficit inſtitutio, & ẽt legatum, poſtquam in eo cenſetur repetita
conditio, hoc eſt quod facit dubium. Sed reſpõdetur, ꝙ immo
in primo caſu poterit habere locum legatũ, ponamus enim, ꝙ
exiuit conditio, tñ ipſe non uult hæreditatem adire, ſed potius
vult legatum, certè poterit, & ſic illa verba, ſi hæres non erit
hoc caſu intelliguntur ſolum, ſi hæres eſſe voluerit, nõ autẽ ſi
noluerit, vel non potuerit pp conditionis defectum, ſecus qñ
opponuntur in ſubſtitutione vulgari: quia comprehendunt
oẽm caſum, quo non ſit hæres, vt l. 3. C. de hære. inſtitu. & etiã
hic comprehenderent caſum, quo non poſſet eſſe hæres pro-
pter aliam cauſam, quam propter defectum conditionis, vt ſi
poſt euentum conditionis decederet hæreditate non adita: nã
eam non tranſmitteret, ſed bene tranſmitteret legatum, quod
in puncto mortis purificatur, vt infra quando di. le. ce. l. fi. & ſic
ſoluitur iſta contrarietas, in qua dñs Bald. multum muſſauit, &
neſciuit ad eam reſpondere, uidetur tamen eſſe de mẽte Barto.
licèt ipſe obſcurè loquatur. Ange. autem dicit, ꝙ hic debet po
ni caſus in ꝯdõne poteſtatiua, vt ſi 10. dederit. nam poteſt eam
non implere quantum ad hæreditatem, & quantum ad legatũ
poteſt eam implere, ſecus dicit, ſi eſſet conditio caſualis: ſed iſta
eſt minima reſtrictio, ideo tene quod ſ. dixi. & per hoc remanẽt
omnes gl. expeditæ, quæ non declarant iſtum tex.

LEX XIX.

a *Conditio, ſi hæres erit. verificatur etiam ſi coactus hæreditatem adiuit.*
2 *Compulſio unius ex hæredibus non nocet alteri, ſponte adeunti, quominus*
poſſit detrahere quartam aduerſus fideicommiſſarium, ſed ipſi compulſo
bene nocet.

a SI ita ſcriptum. † Conditio ſi hæres erit.
verificatur, etiam ſi coa-
ctus hæreditatem adiuit. h.d. ¶ Contra opp. de l. 9
in aliena. §. fin. de acq. hær. Sol. ibi loquitur de coa-
ctione illicita facta priuato, quæ reddit aditionem
nullã, ut ibi patet, hic loquitur de licita facta a iudice l. pmittẽ-
te ad inſtantiã fideicõmiſſarij vſs, quæ non reddit aditionẽ nul
lam immo ualet, & efficit hæres, & acquiruntur ſibi directa iu-
ra hæreditaria, licet apud eum non remaneant, ſed hoc non ha
bet obſtare: ut l. ex facto. § Iul. ¶ In tex. ibi (Titius hæres eſto.)
ſupple. in dimidia, & ſi hrs erit, Mæuius hæres eſto, ſ. in altera
a dimidia. ¶ In fi. l. ibi, & quartam retinere No. ꝙ cõpulſio unius
ex hæredibus non nocet alteri ſponte adeunti, quominus poſ-
ſit detrahere quartam, aduerſus fideicom. ſed ipſi compulſio be
ne nocet, quia perdit oẽ commodum, quod non fuiſſet habi-
turus, ſi hæreditatẽ non adiuiſſet. ut l. ita tñ §. quæ ſuſpectam.
ad Trebell. In gl. ibi (ac ſi non ad ui ſet.) ſed hoc uerum quan-
tum ad commoda, & incommoda, quæ penes eum non rema-
nent quantum ad nomen hæreditarij, quoniam efficitur hęres,
& remanet hæres nomine, & etiam apud eum remanent iura
directa, ut ſ. dixi, & hoc ſufficit quantum ad implementum
conditionis.

LEX XX.

1 *Conditio de non petendo in ultimis voluntatibus per acceptilationem imple*
tur, & ſi non extat a quo peti poſſit habetur pro non appoſita.
2 *Pactum, vel ſtatutum de lucranda dote locum habet etiam in dote non ſolu-*
ta marito, ſed promiſſa.
Quid ſi ſtatutum dicat, quòd lucretur dotem datam.
3 *Verba, ſi non petierit. an intelligantur, ſcilicet nec de iure, nec de facto, &*
quid in ultimis voluntatibus? quod de iure tantum.
4 *Hæredes vſurarij qualiter teneantur ad uſuras extortas, ſi non reperiuntur,*
illi, a quibus fuerunt extorta.
5 *Statutum, ꝙ incarceratus non debet relaxari, niſi datis fideiuſſoribus de re-*
preſentando, & non reperiatur ad cuius inſtantiam quis fuit incarceratus,
poteſt relaxari non datis fideiuſſoribus.

1 MVlier. ¶ † Conditio de nõ petendo in vltimis
voluntatib. per acceptilationem implet,
& ſi nõ extat a quo peti poſſit, habetur pro non ap
poſita. h.d. vſq. ad §. ſi quis in tex. ibi debebat. (gloſ.
dicit, ꝙ erat pp pactum de lucrando, ſi mulier pde-
cederet, aliàs non habuiſſet, quia ſi fuiſſet ſoluta, debebat mulie
2 ri reſtitui, vel eius hæredib. ¶ † No. ergo, ꝙ pactum, vel ſtatutum
de lucrando dotẽ locum habet, etiam in dote non ſoluta mari-
to, ſed promiſſa, ſic ſupra de condi. ob cau. l. ſi donaturus. in fin.
& l. ſi ſocer. §. Lucius & ibi no. ſolu. ma. Sed quid ſi ſtatutum di
cat, ꝙ lucretur dotem datã? dicas idem, ſi mulier fuit in mora
dandi, aliàs ſecus propter verba ſtatuti. de hoc tangitur p Bart.
in l. iubemus. §. ſane. C. de ſacroſ. ec. ¶ In tex. ibi, ſi eam pecuniã,
&c.) no. ergo a contrario ſenſu, quòd ſi iſtam conditionem non
appoſuiſſet, non uideretur inſtituiſſe eum animo compenſan-
di cum iſto debito, & ſic potuiſſet maritus a cohæredibus exige
re pro rata, ſed pro ſua portione cõfunderetur obligatio, ad hoc
C. de hær. inſt. l. ſi compenſandi. & infra de leg. 2. l. creditorem.
¶ In tex. ibi, (neque petijſſet, neque exegiſſet.) iſta conditio ne-
a gatiua, quæ videbatur implenda per cautionem ᵃ mutianã, cũ
perfectè non poſſit impleri quouſque uiuat, & licet non petat
hodie, poteſt petere cras, ut ſ. co. l. 4. §. fi. ſed hic dicitur, quòd a-
lio modo poteſt impleri. ſ. liberando cohæredes per acceptila-
tionem, quia cum per eam omnis tollatur obligatio, & actio,
non poterit poſtea petere de iure, licet de facto poſſit, ſed pro-
3 pter primum cenſetur impleta conditio. †Sed contra, quod nõ
cenſeatur impleta, quia verba illa debent intelligi, ſi non pote
rit de iure, nec de facto, vnde cum poſſit adhuc de facto petere
non cenſetur de facto impleuiſſe, niſi caueat. per id, quod habe
tur in l. 1. in fi. magnæ gl. C. de pac. & tranſ. l. vbi pactum. & l. ſi-
ue apud. So. illud eſt uerum, quando iſta uerba proferuntur in
contractibus ſed qñ in ultimis uoluntatibus, intelliguntur, ſi
non petierit. ſ. de iure, caſus eſt notabilis hic, & pbatur. ↄ. vt leg.
no. caue. l. licet. ſecundum Bar. no. ¶ In fi. gl. ibi, (quia conditio
4 pro non ſcripta accipienda eſt.) † No. hic arg. ſecundum Bal. ꝙ
hęredes vſurarij non tenentur reſtituere vſuras, ſi non reperiũ-
tur, illi a quib. fuerunt extortæ, ſicut hic non tenetur iſte offer-
re liberationem, ſi non reperitur qui recipiat, ſed hoc non pla-
cet immo debent compelli per epm, ut diſtribuant inter pau-
peres, vt in c. cum ſit. de iudęis. in tex. & gl. aliter non remitte-
5 ret peccatum, ut in c. ſi a peccatum. de re. iur. ¶ † Item no. ar. ſm
eundem ſi ſtatutum dicat, ꝙ incarceratus nõ dẽt relaxari, niſi
datis fideiuſſorib. de repreſentando, ſed ſi nõ reperiẽ ad cuius in
ſtantiam quis fuit carceratus, põt relaxari non datis fideiuſſo-
rib. arg. hic. de hoc uide per Bar. in l. interdum. §. qui furem. ↄ. de
fur. & in § ſi fugitiuus. licèt Bal. non alleget.

ADDITIO.

a Per cautionem Adde cautio Mutiana habet locum in ultimis uoluntatib. vide in
l. Mutianæ. & in l. cum fundus de cond. & demonſtr. & in l. cum filius. §. qui in
Mutianam. de le. 2. & an habeat locum in ꝯctibus. unde Bartol. in l. 1. C. de pact.
Bar. Bal. & Docto. in l. ſiue apud acta. C. de tranſac. & an habet locum in dona.
cau. mor. unde per Bal. in auth. cui relictum. C. de indic. vidui. tol.

1 *Si conditio non poteſt impleri de iure. ſufficit, quod impleatur de facto.*
2 *Modus fit per ut, conditio uero per ſi, & modus interdum pro conditione*
ſumitur.
3 *Si teſtator fecit plura legata, & dedit executores, & poſtea iuſſit, ꝙ inſtitu-*
tus non ſuccederet quouſque executio legatorum eſſet facta, qñ poſſit fie-
ri iſta.

vi iſta executio, ſi ille non adeat, & ſic antequam legata ſint confirmata.
4 *Ad actionem conſequendam ſufficit aliquid fieri de facto, ſi non poſſit fieri de iure.*
An idem ſit ad pœnam euitandam, & quid ad pœnam committendam.

1 §.Si quis. †Si ꝯdõ, quæ uenit implenda ſuper re hæreditaria, nullo modo poteſt impleri de iure adita
hæreditate, debet ſaltem impleri de facto ad hoc, ut inſtitutus
poſſit eſſe hæres, & poſt aditam hæreditatem confirmabitur, ꝙ
geſtum eſt, & ſortietur iuris effectum h.d. mirabilis tex. qui ſæpe
allegatur, & ſi quoquo modo poſſet impleri de iure deberet eatenus impleri, & reſiduum implebitur poſt, ut ſupra eod. l. 4. in
prin quando autem uenit implenda non ſuper re hæreditaria,
ſi continet tale, quid, quod ſortitur iuris effectum, dẽt impleri
de iure, nec ſufficit impleri de facto, ut ſi matrimonium ꝯxerit,
vt l.hæc ꝯdõ.l.a grande.ſ. de condi.& dem. ſed ſi eſt tale quid, ꝙ
non ſortitur iuris effectum, tunc ſufficit impleri de facto.l.Mæuius.eod.tit. ¶ In tex ibi (iuſſus eſt manumittere.) ſubaudi per
modum conditionis: quia fuit inſtitutus ſub conditione, ſi ipſum manumiſerit, ſi autem per modum præcepti, uel modi, nõ
expediret, ꝙ ante aditam hæreditatem manumitteret de facto, quia iſtud grauamen venit implendum poſt aditam hæreditatem, iuxta no. in l.1.C.de his, quæ ſub modo. ¶ Sed tunc opp.
quod iſta conditio habeat potius uim modi, uel præcepti, quã
conditionis, poſtquam id, quod continet nõ poteſt de iure impleri, niſi poſt aditam hæreditatem.arg.in l.Mæuia.de ma.teſt.
& l.ſi ſocietatem.in prin.cum ibi no.ſ. pro ſoc.& tene menti:
ibi loquitur, †qñ fuit appoſitum grauamen per ut, quæ dictio
ſignificat modum, & licet teſtator dixerit, ſub hac ꝯdõne.uerba iſta non attenduntur, ut dicatur ꝯdõ, ſed potius illa dictio,
ut, & ẽt natura facti, quod continet ille modus, & ſic exponiẽ,
ſub hac conditione.i.modo, nam & modus pro ꝯdõne interdum ſumitur, ut l.1.C.de his, q̃ ſub mo.hic uero debet intelligi,
ut ſ.dix, quod fuit appoſita per ſi, quæ dictio ſignificat cõditionem, & magis inſpicitur illa dictio, quam id, quod continet cõditio, ut hic patet. ¶ In tex.ibi (nihil agi) ſubaudi de iure, quia
manumiſſio facta non a domino non ualet, bene tamen agit
q̃tum ad hoc, ut poſſit effici hæres, ut ſequiẽ, & requiriẽ, ꝙ manumittat de facto, vt hic innuitur, alias fruſtratorius eſſet iſte §.
3 & inducitur iſte tex.per Io.An.in addi.Spe.de inſtr. edi. §. nũc
uero aliqua.ante fi.ſi teſtõr fecit plura legata, & dedit executores, poſtea quendam inſtituit, & iuſſit, ꝙ non ſuccederet, nec
caperet bona hæreditaria, quouſque executio legatorum eſſet
facta quomodo poterat fieri executio, ſi ille non ſuccedat, i.nõ
adeat hæreditatem, quia legata non ſunt confirmata, nec datio executorum? & dicit ipſe per iſtum tex.quod fiat de facto, &
poſtea ſerui a aditione confirmabiẽ, uel aliter, & melius p illam
prohibitionem, ꝙ non ſuccedat non intelligitur prohibita aditio duntaxat uerbalis, ſed realis per apprehenſionem poſſeſſionis: poterit ergo adire, nec per hoc incurret pœnam a teſtõre
appoſitam, ſed non debebit tangere bona quouſq.executio ſit
facta, alias incurret pœnam & ita finaliter ipſe determinat. ¶ In
fi.tex.ibi (conualeſcit). Contra hoc opp de l.ſi ſeruo.ſ.q & a q.
vbi non conualeſcit manumiſſio facta a non dño, licet manumittens poſtea efficiatur dominus. Sol. ſecundum Bal.ibi facta
fuit ex mera uoluntate, hic ex quadam neceſſitate cautatiua,
vel dic melius, ꝙ hic adeundo fingitur fuiſſe retro dñs per l.hæres quoque, de acq.hære. cum aditio trahatur retro ad tempus
mortis teſtato.ibi uero emendo non fingitur retro fuiſſe domi
4 nus, & pro iſta facit l.proinde. ſ. ſi cer. pe. ¶ † Vltimo allegaẽ
iſte tex. ꝙ ad actionem conſequendam ſufficit aliquid fieri de
facto, ſi non poſſet fieri de iure. An idem ſit ad pœnam euitandam? ut l.quidam cum filium.de uerb.obl. Item an ſit idem ad
pœnam committendam, ut committatur, ſi fiat de facto nõ de
iure.uide plene per Bar.C.de tran.l.ubi pactum.ante ſi.ubi plene diſtinguit, & notabiliter.

§.Si quis te. Inſtitutus quis dicitur quocunq. gradu ſit inſtitutus, & legatarius dicitur quantũ
cunque modicum ſit ſibi legatum.h.d. Ratio dubitandi erat
hic, quia ſi te inſtitui in primo caſu ſub ꝯditione ſi me inſtituiſti in tuo teſtõ, uidebatur iſta conditio intelligenda, ſi me inſtituiſti in primo gradu, ſicut & ego inſtitui te.nam inconueniẽs
videbatur, ꝙ tu ex teſtamento meo ſtatim me mortuo poſſis
effici hæres, & ego ex tuo non, ſed habeam expectare mortem,
uel repudiationem inſtituti, tamen contrarium eſt inſpecto ſignificatu uerborum, q a uerũ eſt dicere, ꝙ tu me inſtituiſti, licet in ſecundo gradu, q a omnis ſubſtõ, eſt inſtitutio, & licet ſit ꝯdõnalis, tamen inſtitutio ſimpẽr poteſt appellari, ut colligitur ex iſto tex.no. Simpliciter vr̃ inconueniens, ſi te inſtitui
in magna hæreditate, uel feci tibi magnum legatum ſub conditione, ſi mihi legaſti in tuo teſtamento, quod iſta conditio cẽſeatur impleta, ſi modicum quid puta 10. ſolidos mihi legaſti,
tamen quicquid ſit, quia ſignificatus verborum hoc importat,
dicitur impleta, tene menti, quia poſſet induci ad plura.

EX XXI.

1 *Seruus alienus poteſt inſtitui, cum erit liber, ſecus in ſeruo proprio.*
2 *Ille, qui non poteſt prouidere circa aliquem defectum, qui habet uitiare diſpoſitionem ſuam, debet prouidere, nõ autem debet conferre diſpoſitionem in tempus, quo per alium prouideatur, & an alias diſpoſitio ſit nulla.*
3 *Diſpoſitio facta tempore prohibito, ſi conferatur in tempus permiſſum, quando ualeat.*
4 *Habens poteſtatem legitimandi ſpurios, ſi inſtituat ſuum ſpurium conferẽdo in tempus, quo erit legitimus, ꝙ non ualeat inſtitutio, nec reconualeſcat, licet poſtea legitimetur.*
5 *Si ſtatutum dicat, ꝙ Doctores collegij poſſint interponere authoritatem in emancipationibus libertorum, an unus Doctor collegij poterit emancipare filium coram alio Doctore.*

1 SEruus. †Seruus alienus poteſt inſtitui cũ erit
liber, ſecus in ſeruo ꝓprio h.d.cum.l.
ſeq.q̃ ſemper allegatur ꝑ rationem, quam ponit,
quæ inducitur ad plura. Circa ſeruum alienum cõ
ſiderat tres caſus, nam aut inſtituo ipſum ſimpliciter ſine libertate, & valet & inſtitutio cenſetur facta ad commodum dñi, vnde dñs poteſt ſibi iubere ꝙ adeat: aut eſt facta
cum liber erit, & ſimiliter valet, tñ cenſetur facta ad commodũ
ipſius ſerui: & ſic dñs non poſſet iubere, ꝙ adeat, ſic intelligiẽ
principium huius l. aut eſt facta cum libertate purè data a teſtatore, & non valet inſtitutio, vt l.ſi alienum.in princ.de hære.
inſtit. Circa ſeruum verò proprium nota alios tres caſus, interdum inſtituo ipſum cum libertate: & valet inſtitutio, tam
olim, quam hodie: interdum inſtituo ipſum ſine libertate, &
tunc olim non valebat & hodie ſic, videor dare libertatem, vt
lege cum quidam.de neceſſ. ſer.C. Interdum inſtituo ipſum, cũ
erit liber, vel efficietur liber, & tunc non valet inſtitutio: quia
cum poſſum ſibi dare libertatem.dare debeo ad hoc.vt mea diſpoſitio valeat, ſed inſtituendo ipſum hoc modo, nõ videor
velle dare libertatem de præſenti: & ſic non habet locũ illa l.
cum quidam. quæ ſolum procedit, vbi alia cõiectura in cõtrarium non eſt: ſed hoc eſt, quod nolim dare de præſenti, cũ con-
2 feram in tp̃s futurum dationem libertatis. †No.ergo, & ad hoc
allegatur iſta l.ꝙ ille, qui poteſt prouidere circa aliquem defectum, qui habet uitiare diſpoſitionem ſuam, debet prouidere,
non autem debet conferre diſpoſitionem in tempus, quo per
alium prouideatur: alias diſpoſitio eſt nulla, tex.eſt hic cum gl.
intelligo, quod nec reconualeſcat, licet poſtea efficiatur liber:
nam & ſi lego ſeruo meo ſine libertate, licet poſtea manumittam, non reconualeſcit legatum, per regulam Catonianam: q a
potuit aduerſus defectum ꝓuidere, ut plene no.in l.1. infra. de
3 regu.Cato. † Nec obſt. l.in tempus.de hæredibus inſtituendis.
vbi diſpoſitio facta tempore prohibito, ſi cõferatur in tempus
permiſſum, valet: quia illud debet intelligi, quando teſtõr aduerſus defectum non potuit prouidere: ſecus ſi potuit, vt eſt caſus hic cum gl.ſingulari. Aduertendum tamen ad iſtum tex. in
fi.dicit, in caſum a quolibet euenientem &c. quia innuit. quòd
ſi diceret, inſtituo te, cum efficieris liber a me. quòd inſtitutio
ualeret: ſed ideo hic non ualuit, quia vr̃ commiſiſſe in factum
alienum, cum dixit, liber eris. & iſtud etiam limitaret ea, quæ ſ.
4 dixi tene menti: quia hoc eſt ſubſtantiale.† Ex ex iſtis patet, ꝙ
a ſi aliquis habet poteſtatem [a] legitimandi ſpurios, & ipſe inſtituat ſuum ſpurium conferendo in tẽpus, quo erit legitimatus,
non valet inſtitutio, nec reconualeſcit, ſi poſtea legitimetur,
quia erat in ſua poteſtate legitimandi per ſeipſum: nam cum
hoc ſit uoluntariæ iuriſdictionis, poterat hoc coram ſe ipſo
facere, ut leg. ſi conſul. de adop. & in cap. per uenerabilem, q
fil. ſint leg. imputetur ergo ſibi, quare non legitimauit, ſecus ſi non habebat poteſtatem legitimandi, & ſic non pendebat ex ſuo arbitrio: nam tunc etiam ſi ſimpliciter inſtituiſſet, ſufficeret, quod reperiretur legitimus tempore mortis teſtatoris, per ea, quæ no. per Bar.in d.l. prima de regul.Cato. &
leg.non intelligitur. §. quando autem. de iu. fil. Et facit lex. ſi
5 deportati ſeruo.de leg.3. †Vidi etiam allegari hãc l. ꝙ cum Florentiæ ſit ſtatutum, ꝙ Doctores collegij poſſunt interpone-
re

ADDITIO.

a Poteſtatem. Adde Ant.de Roſ.& Lu.de Sard.in ſuis tract. de legitimationibus Pauli Caſt.1.ſuper Infor.

O

re authoritatem in emancipationibus liberorũ, & vnus Doct. en llegij emãcipauit filium coram alio Doctore collegij, ꝙ nõ valerer emancipatio, cũ potuiſſet emancipare corã ſemetipſo, vt d. l. ſi contul. de hoc vt caſu in l. apud. §. apud. de ma. vin. & no. gl. in l. eſt receptum. de iur. om. iud. in j. gl. & hoc qñ coram paribus ſecus ſi coram ſuperiore, vt Poteſtate, vt d. l. apud.

L E X XXIII.

1 *Conditio, ſi eueniat appoſita in diſtributione portionum, qualiter fiat diſtributio.*

2 *Iura dicentia, quòd quando non ſtat per me quominus conditionem impleam, ſed per illum, in cuius perſonam debeo implere, non habeatur conditio pro impleta, intelliguntur, niſi de uoluntate defuncti conſtet ex aliquibus coniecturis.*

1 VTer ex fratribus. † Si conditio appoſita, in diſtributione portionum eueniat, fit diſtributio ex ordinatione teſtãris, ſed ſi non eueniet, vel facto alterius ea eiꝰ pſona dependebat, uel caſu fortuito, remanet inſtitutio ſine partibus, & ſic æqualiter admittunt. h. d. cũ l. ſequẽ. ¶ In tex. ibi (qui non duxerit ex quadrante, hæres eſto.) ſubaudi qrit, qualiter iſti erunt hæredes. Et rñdet, ut ſequitur, qa ſi vnus duntaxat, alter non, tũc quia impleta eſt ꝯditio appoſita in diſtributione partium, fiat diſtributio, ut teſtãr diſpoſuit. Si autem nulli nupſit, & ſic deficit conditio, defecit ẽt diſtributio partium, cui fuit adiecta, ſed ſubſtantia inſtitutionis nõ defecit: quia illi non fuit adiecta, prout in ſi. habetur in l. 2. ſ. de hæredib. inſtit. ideo erant hæredes æqualiter: hoc autem, ꝙ nulli nupſerit poteſt pluribus modis contingere, primo, quia illa noluit. licet per neutrum illorum ſteterit, & iſtũ caſum ponit iſta l. j. in uer. ſi neuter: alio modo, quia non potuit, quia morte præuenta. & iſtum caſum ponit l. ſeq. Adde alios duos per glo. ſ. quando neuter illorum voluit, nam nec tunc deficit ſubſtantia inſtitutionis. Item quando non potuerunt, nec illa potetat, quia fortè illa erat alteri nupta, uel iſti habebant alias uxores. Sed tunc op. de rõne, quæ ponitur in ſi. l. quia iſta ꝯdõ, ſi nupſerit intelligitur, id eſt per eum non ſteterit, quominus ducat, ergo in caſu, quẽ ponit litera, qñ per iſtos non ſtetit, quia ꝑ illam uidetur, quòd iſta conditio habeatur pro impleta, ut ſupra eodem. l. 4. Solutio ſi fuiſſet appoſita circa ſubſtantiam inſtitutionis, fateor quod tunc non haberetur pro defecta, ſed ꝓ impleta, & eſſent hæredes, ſed qa fuit appoſita circa diſtributionem, licèt per neutrum illorum ſteterit, non poteſt haberi pro impleta, quia non eſſe ratio, quare magis vnus deberet admitti ad dodrantem, q̃ alter. Sed ſi poneremus caſum, ꝙ per vnum non ſtetit, quia paratum ſe obtulit, per alterum verò benè ſtetit, quia noluit, per quem non ſtetit, haberet dodrantem, ſicut ſi eam duxiſſet, & alter quadrantem per iſtũ text. in fine. & ſic ſunt duo caſus, in quibus vnus vocatur ad dodrantem, alter ad quadrantẽ quorum vnus ponitur in text. ſcilicet qñ vnus verè duxit eam, & alter ponitur per gloſſ. qñ verè nec duxit, nec paratus fuit ducere, & iſtum ponit gloſſ. & benè ad hoc, vt ratio poſita in text. in fine poſſit aliquo caſu operari, & verificari.

2 † Nec obſt. primo caſui, quod non ſteterit per alterum, qui nõ duxit, cum etiam ille paratus fuiſſet ducere, ſed illa noluit, ſed potius fratri nubere, quia cum non poſſet nubere duob. videtur fuiſſe de mente defuncti, ꝙ ſi nubat vni, alteri conditio deficiat, licèt ꝑ eum non ſteterit, & ita limitantur oĩa iura dicentia, qñ non ſtat per me, quo minus conditionem impleam, ſed per illum in cuius perſonam debeo implere: non habeatur cõditio pro defecta, nam verum eſt, niſi de voluntate defuncti cõſtet ex aliquibus coniecturis h. d. gl. hic poſita ſingulariter.

L E X XXVII.

1 *Conditio continens inhumanitatem reijcitur de inſtitutione, & ex ſermonibus fatuis pſumitur potius non eſſe ſanæ mentis, niſi probetur contrarium.*

2 *Mandans corpus ſuum ſepeliri ſine ſolennitate, ſi priuauit hæredem hæreditate caſu, quo contra faceret, non debet hæres priuari hæreditate, ſi ipſum ſepeliuit honorificè.*

3 *Quid ſi mandauit, quod corpus ſuum portaretur cum tubis, & corneis ad eccleſiam, & quod fierent nuptiæ, & quod vxor indueretur pannis rubeis, quòd iſta ordinatio non ſit ſeruanda.*

4 *Laudandus eſt ille, qui poteſt facere aliquid turpe, uel inhoneſtum, uel illicitum ẽt impunè, ſi non facit: fortius quando facit honeſtè, & diligenter.*

5 *Sepeliri corpora defunctorum eſt opus pium.*

6 *Sicut ex ſermonibus fatuis præſumitur quis fatuus, ita et ex geſtis fatuis, & qualiter debeant teſtes deponere.*

An ille, qui ſemel fuit fatuus præſumatur etiam hodie eſſe.

Sicut ex geſtis, uel dictis fatuis præſumitur fatuus, ita ex geſtis ab aliquo tanquam a domino præſumitur dominus, & quando agens debeat probare dominium, & quid in executione.

7 *Si non poſſum probare, niſi poſſeſſionem præteritam mei, & anteceſſoris meorum, qualiter mihi prouidebitur, ſi tu hodie reperiris poſſidere, & non allegas aliquam iuſtam cauſam.*

1 QVidam in ſuo. † Conditio continens inhumanitatem reijcitur de inſtitutione, & ex ſermonibus fatuis præſumitur potius non eſſe ſanæ mentis, niſi probetur contrarium h. d. vſque ad §. fin. & ſic adde iſtum caſum ad alios, qui ponuntur in l. conditiones. ſup. eod. quibus conditio reijcitur de vltima conditione. ¶ In text. ibi (ſed hoc prius.) quaſi dicat, propter quòd non impleuit conditionem non debet expelli ab hæreditate, quia de hoc potius eſt commẽdandus, quàm accuſandus, ſed propter aliud poteſt dubitari, quia teſtator apponendo illam fatuam conditionem, præſumitur fuiſſe fatuus, & ſic teſtamentum non ualeret. ut C. de teſtamen. l. furioſum & intentio venientium ab inteſtato hoc aſſerentium, eſt eo ipſo fundata, niſi per hæredem ſcriptum probetur contrarium, quòd ſanæ
2 erat mentis. ¶ † Et nota iſtum tex. per quem dicit Ang. ſe conſuluiſſe, cum quidam Florentinus diues mandauerat corpus ſuũ poni in una ſtoria, ſine pannis, & ipſum ſepeliri ſolũ cum una candela, & ſi contra fieret priuauit hæredem hæreditate: hæres autem ipſum ſepeliuit honorificè, quod non debet priuari hæreditate, quia tales uoluntates ineptæ circa ſepulturam nõ sũt ſeruandæ, ut ĵ. de legatis primo. l. ſeruo alieno. §. fin. vbi caſus.
3 ¶ † No. etiam contra illud, quod ordinauit ille Doctor Paduanus, qui fecit repertorium, quod corpus ſuum portaretur cum tubis, & corneis ad eccleſiam, & ꝙ fierẽt nuptiæ, & quod vxor indueretur pannis rubeis, aliàs priuauit hæredem hæreditate, ꝙ iſta ordinatio non fuit ſeruanda licèt de facto, vt audio, fuerit ſeruata, & certè ſatis reſultat præſumptio, ꝙ fuerit integræ mentis, cum eſſet Doctor, & benè ſciret iſtam legem, & ea, quæ
4 Docto. hic dicunt. ¶ † Nota etiam, quod laudandus eſt ille, qui poteſt facere aliquod turpe, uel inhoneſtum, uel illicitum, etiã impunè, qui non facit ad hoc l. j. §. pen. de per. & com. rei uend. fortius quando facit honeſtè, & diligenter. l. diuus. la ſecunda.
5 de cuſto. reo. † Nota etiam pium opus eſt ſepelire corpora defunctorũ, vnde & multi fuerunt, qui ſepeliebant corpora martyrum propter pietatem, credentes ſe a Deo remunerari. Item ſcias, quod ſicut ex ſermonibus fatuis præſumitur quis fatuus, vt hic, & in c. legimus. 93. diſtinctio. cum concor. alle. hic in gl. ita, & ex geſtis fatuis. l. ob quæ uitia. ſ. de edil. edic. Qualiter aũt teſtes debeant deponere, & an ille, qui ſemel fuit fatuus, pſumatur etiam hodie eſſe, vide per Bar. ĵ. de bon. poſ. fur. in ſan.
6 l. finali. † Hic eſt una gl. ſi. quæ ſemper allegatur in cauſa ſua, dũ
a dicit, quod ſicut ex geſtis, a uel dictis fatuis præſumitur fatuus, ita ex geſtis ab aliquo tanquam a domino præſumitur dominus, ut ſi poſſidebat rem, & recolligebat fructus tanquam dominus, & hoc ꝓbatur in l. filiæ. inf. de ſol. & ideo procuratores, & aduocati quando articulant, ſeruant iſtam gloſſ. quia dicũt, quod talis tenuit, & poſſedit talem rem tanquam dominus, & fructus recollegit, & omnia geſſit ſicut conſueuerunt veri domini. In hoc tamen argumen. Bar. hic diſtinguit, quod interdũ dominium deducitur in iudicium agendo, interdum excipiendo, primo caſu, ſi quidem incidenter procedat iſta gl. puta ago contra te confeſſoria ad ſeruitutem debitam tali rei meæ: nam principaliter deduco in iudicium ſeruitutem, ſecundario dominium rei meæ, nec poſſem obtinere in primo niſi probarẽ hoc ſecundum. quod res eſſet mea, tũc ſufficit probare dominium eo modo, quo dicit gloſſ. ut no. in l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. ſi ſer. uen. & l. uti frui. §. primo. ſi vſuſfru. pe. aut deduceretur principaliter, ut cum ago rei uendicatione, tunc non poſſum deducere poſſeſſionem de præſenti, quia poſſidenti non competit rei uen. ut l. j. §. interdum. uti poſ. Sed ſi deduco poſſeſſionem præteritam, quod poſſedi tanquam dominus, hoc ſolum nõ ſufficeret ad obtinendum, ſed debeo probare plenè dominiũ de iure gentium, uel ciuili acquiſitum, quod eſt difficile, ut nota. in l. cum res. C. de proba. Sed ſi probarem cum hac poſſeſſione. ẽt titulum habilem ad tranſlationem dñii, & poſſeſſionẽ longi temporis, his concurrentibus probaretur dominium, ut no. in d. l.

A D D I T I O.

a, Ex geſtis. Adde, ꝙ fatui, & inhabiles ponuntur in cathedra propter defectum ſapientum, & idoneorum, ſecundum Cyn. in l. j. & ibi Paul. de Caſt. in 2. no. C. qui & adu. quos.

d.l.cum res. aliquando tamen ſufficeret probare ſolam poſſeſſionem: vt ſi agerem contra ſpoliatorem rei vendi. non probata poſſeſſione obtinerem in rei ven. ſicut in Interdicto vnde vi. per l. ſi quis emptionis. §. ſed hoc ſuper illis. C. de preſcri. xxx. an. qui text. non eſt alibi ſm intellectum Doct. Idem puto ſi agerē contra illum, qui habet a me cauſam, puta commodarium, vel depoſitarium rei vendi. & ad probandum dominium induco contractum depoſiti, vel commodati, & nihil aliud: nam ſicut obtinerem in actione commodati, uel depoſiti: quia non pt referre mihi quæſtionem dominij, iuxta ea, quæ plene no. in l. ſi alienas. ſolu. mat. ita puto ſi egi rei uendicatione, licet glo. uideatur dicere contrarium in leg. ita ſi fur. ſ. commo. quam Doctores uidentur ſequi. ſed non placet, quia ex hoc, quòd recepiſti rem a me, tanquam a domino, confeſſus fuiſti me eſſe dominum, ergo non potes poſtea mutare propoſitum, & quia de negando reſtitutionem videris me ſpoliare, ut l. colonus. j. de vi & vi ar. ergo ſicut in caſu præcedenti obtineo ꝯ ſpoliatorē,
7 ita in iſto, qui cēſetur ſpoliator. ¶ † Quid ergo extra iſtos caſus, ſi non poſſum ꝓbare, niſi poſſeſſionem præteritam mei, & añceſſorum meorum, qualiter mihi prouidebitur, ſi tu hodie reperiris poſſidere, & non allegas aliquam iuſtam cauſam, nam tua poſſeſſio præſumitur clandeſtina propter meam, quæ præceſſit, ut l. improbata. C. de acq. poſſ. hoc tamen in rei uen. non ſufficit, ut plenè, & pulchrè no. Io. And. in nouel. in c. illud. de ꝓſump. qualiter mihi prouidebitur uide quod no. Inn. in c. ſæpe. de reſti. ſpol. & Bar. in l. rem quæ nobis. de acq. poſſ. Dico ēt, ꝙ ſi probarem poſſeſſionem longiſſimi tpis, ꝙ tunc quia illa etiam ſine tit. ſufficit ad præſcribendum cum bona fide, ut l. ſicut & quis emptionis. de præſcr. 30. ann. hoc ſufficeret in rei vendi. Et uide quod no. Bal. in l. iudicia. & l. cum ſuper. C. de rei ven. Si uero dominium deducatur in iudicium, excipiēdo ꝙ agis ꝯtra me rei uen. ad rem, quam poſſideo, tunc ſi fundaſti intentionem tuam probando dominium, non poſſum eam excludere per ſolam poſſeſſionem, nec ex hoc præſumor domin9, niſi aliter probem: vt l. ſiue poſſidetis. C. de probatio. ſed ſi non probaſti dominium, ſufficit mihi, & præſumor dominus ſecundū Bar. in l. fi. C. de re iud. Tu dic, quod bene ſufficit mihi, ut abſoluar a tua petitione, quam non probaſti: & hoc ſufficit mihi, licet nullum ius habeam, ut l. j. poſt prin. ſi pars hær. pet. ſed nō ſufficeret mihi quantum ad hoc. ut iudex debeat me declarare dominum, uel abſoluere a dicta cauſa: quia dominus, ut no. in l. circa ſ. de prob. eſſet autem hoc utilius mihi quam ſimpliciter abſolui: quia actor non probauit iuxta ea, quæ plene habētur in l. 2. de condi. inde.

§. Hæredi, quem teſtamento.

Inſtitutione purè facta in teſtamento, non poteſt adijci conditio in codicillis: quia in defectum conditionis cenſetur reuocata inſtitutio quod fieri non poteſt in codicillis. hoc dicit in effectu ſecundū uerum intellectum.

LEX XXVIII.

2 Filius in poteſtate poteſt hæres inſtitui ſub conditione poteſtatiua, & quod tunc non ſit neceſſe in defectum conditionis ipſum exhæredare. & nu. 2.
Quid hodie ſi ſolum inſtitutus ſit in legitima ſub conditione poteſtatiua.
3 Conditio conſiſtens in facto non poteſt per alium impleri, quando factum cohæret perſonæ.
4 Conditio conſiſtens in dando poteſt impleri pro alio, non tamē pro inuito.
5 Exiſtentia ſui hæredis operatur tranſmiſſionem hæreditatis ad quoſcunque hæredes.
6 Per dationem ſubſtituti vulgaris, quòd non tollatur exiſtentia ſui hæredis.
7 Quando factum eſt teſtamentum, tunc dicitur, quod quis decederet inteſtatus, quando deſtituitur teſtamentum, & qualiter uenientes ab inteſtato ſuccedant.
8 Si filius, qui tenebat primum locum tempore mortis non fuit ſuus neceſſarius hæres: quia erat inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, non prohibetur nepos effici ſuus hæres dudum poſt mortem aui.
9 Licèt non ualeat exhæredatio, ſi inſtitutio conferatur poſt mortem exhæredati, ualet tamen ſi conferatur tempore, quo incipit mori.
50 Quę utilitas reſultet, ſi nepotes admittantur ex ſubſtitutione, filio adhuc uiuente, an demum eo mortuo.
11 Acquiſitio momentanea non attenditur, niſi afferat aliquam utilitatem.

1 SI filius. † Inſtitutio ſub conditione poteſtatiua quæ vltimo vitæ ſpiritu non poteſt impleri decedente hærede, ea non impleta fit locus ſubſtitutioni vulgari, etiam eo adhuc uiuente, ſcilicet eum incipit mori: & ſi non habebat ſubſtitutum, deſtituitur tunc teſtamentum, & fit locus cauſæ inteſtati, ad quam etiam ipſe moriens uocatur, ſi pcedebat in gradu, & efficitur ſuus hæres, ſi erat filius in poteſtate. & ſic tranſmittit hæreditatem, tanꝗ ſibi ab inteſtato quæſitā. ſed ſi erat conditio, quæ ultimo uitæ ſpiritu poterat impleri, nō fit locus ſubſtitutioni, nec cauſæ inteſtati, niſi tēpore pfecte mortuo, & ſic poſt mortem tantum. & tunc non ipſe, ſed alij, ꝗ tūc reperiuntur proximiores uocat ad cauſam inteſtati h. d. in effectu iſta pulchra lex, quam Bar. dicit valde difficilem eſſe. Mihi videtur, ꝙ non ſit difficilis, licèt ſit ſubtilis, & pulchra, qm̄ eius dicta ſunt omnia clara habentibus intellectum iuris, mirabilis tn̄ fuit iſta inueſtigatio: nam dubium eſt ad quem finem tēdat, & Bar. dicit quod propter id, quod quærit gl. ꝗ incipit, ſubſtitutos. in ver. ſed an, ut nepotes admittunt, &c. & primo ponit thema ex quo reſultat qō, uſq. ibi cum non. Secundo præmittit duo ad euidentiam uſq. ibi: (nam ſuperior.) Tertio ſoluit qō nem cum diſtinctione bimembri. Ex primo membro infert ad alia duo. In ſecundo infert ad unum, & reſpondet tacitæ obiectioni, & adducit caſum ſimilem, ſecundum membrum incipit
2 in ver. (altera.) ¶ † No. primo in ſecunda parte, ꝙ filius in poteſtate poteſt hęres inſtitui ſub cōditione poteſtatiua. adde quod nec eſt neceſſe tunc in defectum conditionis ipſum exhæredare, ut j. de bon. lib. l. ſi libertus ſub condi. §. ſi libertinus ēt ſi ſit talis cōnditio, quæ ultimo uitæ ſpiritu non poſſit impleri, licet cum incipiat mori deficiat inſtitutio, ſi ꝯdō non erat impleta, & ſic reperit ſe nec inſtitutum, nec exhæredatum: non propterea vitiatur teſtm̄ ratione ꝑteritionis, ſi habeat ſubſtitutū, uel cohæredem, ſed illi admittuntur, ut hic. & ſ. de hæredibus inſtituen. l. ſuus quoq. §. ſed ſi filium. quia imputet ſibi filius quare ſe arctauit, & cōditionem non impleuit: quia ſeipſum videtur excludere. hodie uero ſi eſſet inſtitutus ſolum in legitima ſub cōditione poteſtatiua, clarum eſſet, quod illa reijceretur in l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſta. ſed ſi ſit ſubſtitutus in ſolidum, uel in maiori parte, dicunt quidam contrarium, quod non reijcitur, quia grauamine conditionis debet compenſare id, quod habet ultra legitimam: nam olim propter hoc non habebat querelam, nec alio modo poterat cōqueri: ut hac l. ergo non habet locum l. quoniam. quæ emanauit ad remouendum querelam. Contrarium eſt ueritas, quod hæc compenſatio non debet fieri, niſi etiam quando eſt inſtitutus inſolidum, ſi legatus eſt uſuſfruc. omnium bonorum: aliter reijcitur hoc grauamen de legitima, & habet eam integram in proprietate, & vſufruct. ut no. in l. omnium. ſ. de vſufruct. & in l. vxori. de vſuf. leg. ergo idem in propoſito, quia legitimam debet habere ſtatim ſine aliquo grauamine, in reſiduo uero grauamen non reijcitur ſi habet ſubſtitutum, uel cohæredem: quia conditione nō impleta peruenit reſiduum ad ſubſtitutum inſolidum, uel ad cohæredem pro parte per ius accreſcendi: ſed ſi non haberet, tunc non expectatara conditione reſiduum ſibi accreſceret, ut ſ. de hæredib. inſtitu. l. liber homo. §. Titius. cum ſequen.
3 ¶ † Item nota, quod conſiſtens in facto non poteſt per aliū impleri, quod eſt uerum, quando factum cohæret perſonæ, ut ſi capitolium aſcenderet, uel Alexandriam iret, quæ facta non ordinantur ad aliquod opus reſultans ex eis. ſecus ſi ordinarentur ad hoc, quia tunc non dicerentur cohærere perſonæ, ut ſi inſulam fabricauerit, uel ſcripſerit, quia poteſt impleri p alium æqualis induſtriæ, vt C. de cad. tollen. l. e. ne autem niſi eſſet dictum expreſsè contrarium, quod proprijs manibus, ut ibi habetur, & uide quod notat Dyn. in leg. ſi plures. de condi. inſtit.
4 ¶ † Tertio no. quod conditio conſiſtens in dando plene poteſt impleri per alium, quia ordinatur ad tranſlationem dominij quæ talis eſt, ſi fiat per unum, ſicut ſi fieret per alium, & dicit hic Ang. quod tunc poteſt impleri per alium, quando ille hēt ad hoc mandatum adimplere debendi, uel quando ille ratum habet per l. Aretuſa. de ſtatu. ho. Tu dic hoc non requiri, ſed ſufficit, quod nomine illius impleatur, ut hic, dum dicit, quæ conditio nomine filij per alium impleri poteſt &c. nam & alius nomine meo ſoluendo, etiam me inuito poteſt me liberare. ut l. ſolutionem, uel iudicium. j. de ſol. & de neg. geſt. l. ſoluendo. ergo & conditionem mihi implere: licet poſſet dici, quod non ſit eadem ratio: quia fauorabilior eſt liberatio, quam quod mihi conditionem impleat, ut acquiratur mihi actio, ſed poteſt dici, quod hic pro inuito non poſſit impleri ratione prædicta, ſed pro ignorante bene poſſit, etiam ſi de ratihabitione aliter non appareat, & ita bene quidem poteſt ſaluari dictum Angel.
5 ¶ † Quarto no. bonam gloſſ. ibi (legitimus patri hæres extitiſſe) quia ſatis bene probatur communis opinio, quod exiſtentia ſui hæredis operatur tranſmiſſionem hæreditatis ad quoſcunque hæredes, alias nihil prodeſſet, quia iſte filius in puncto mortis, poſtquam incœpit mori deſtituta inſtitutione efficeretur patri hæres legitimus ſupple, & ſuus ab inteſtato, quando non habeat ſubſtitutum, uel cohæredem, quoniam acquiſitio momentanea ex qua nulla reſultat vtilitas, non debet attendi, vt C. de bo. quæ lib. l. fi. in fi. & hic in gl. quæ incipit ſubſtitutos.

dum allegat iſtam l.ex quo ergo dicitur quod efficitur hæres le
gitimus, dat intelligere, quòd hæreditatem tranſmittit, quod
etiam probatur in verſi. argumento. in ſimilitudine, quam ad-
ducit de legato facto ſi hæres non cedit, cuius dies cedit in arti-
culo mortis ſi decedat conditione nō impleta. nam hæc ceſſio
ad nihil aliud fit, niſi, vt tranſmittatur legatum, ut l.ſi.ꝟ. quādo
dies lega. ced. & ad prædicta facit l.ſi filius hæres. de libe. & po-
6 ſthu. ¶ †Quinto in uer. (altera uero ſpecies.) ergo induco iſtū
tex. pro caſu contra communem opin. antiquorum, quod pro
datione ſubſtituti vulgaris non tollatur exiſtentia ſui hæredis,
quia iſte filius habebat hic nepotes ſubſtitutos vulgariter. vt di
citur hic: quod ſi conditio poterat impleri vltimo vitæ ſpiritu
& ipſe decedat conditione impleta, nepotes ex ſubſtitutione
vocantur demum eo mortuo, certè ſi ſublata exiſtentia ſui hæ
redis vocarentur etiam eo viuo iſto caſu, ſicut in præcedēti quū
non poterat impleri, quia poſito, quod iſta poſſit impleri poſt-
quam incœpit mori, tamen nihil prodeſſet implementum quā-
tum ad hoc, vt filius efficeretur ſuus hæres per legem, cum ha
beret ſubſtitutos vulgares, qui impedirent ipſum effici, ſed eſ-
ſet neceſſaria aditio, ſicut in extraneo, ſed ipſe amodo non po
teſt adire cum perdiderit voluntatem. ergo ſtulta expectatur
implementum conditionis, cum non poſſit ſequi effectum de
quo ſupra: nec vnquam vidi bonum reſponſum ad iſtum tex. li-
cet quidam conentur reſpondere. ſed ſi bene inſpiciatur non
tollitur ratio mea per reſponſiones eorum, & ad prædicta de
l.fina. quando d.leg.ced. facit cum ſua gl.l. ab omnibus. §. cum
7 quidam. de le. primo. ¶ †Sexto no. circa fi. in vet. (neque enim.)
quod quando factum eſt teſtamentum, tunc dicitur, quod qs
decederet inteſtatus, quando deſtituitur teſtamentum, quod
eſſe poteſt dudum poſt eius mortem, & ideo illi uocantur ab
inteſtato, quia tunc reperiuntur tenere primum locum: licèt
ſi teſtamentum non eſſet factum, vocarentur illi, qui tenerēt
primum locum tempore mortis, ſic ſupra de liber. & poſthu. l.ſi
quis poſthumos. §. ſi filium. in fine. & l.ſi quis filio exhæredato.
8 de iniuſto teſtamento. ¶ † Nota etiam: quòd ſi filius, qui
tenebat primum locum tempore mortis non erat ſuus neceſſa
rius hæres, quia inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, non ꝓ-
hibetur nepos effici ſuus hæres dudum poſt mortem aui. &
hoc vult iſte tex. dum dicit, (neque enim filius uidetur obſti-
9 tiſſe.) ¶ † Vltimo nota in fin. in uerſi (quemadmodum) quod
licet non valeat exhæredatio ſi inſtitutio conferatur poſt mor
tem exhæredati, ut l.ſi ita. §. fin. de liber. & poſthu. l. Gallus. §. in
omnibus: bene tamen valet ſi conferatur tempore, in quo inci
pit mori, & ſic ex eo viuente, vt ſi filium exhæredo, & cum mo-
rietur nepotes inſtituo. Nam innuit iſte tex. quod ualet inſti-
tutio. Et alleg. hic ſi opp. de illis legibus, quia iſta exhæredatio
non poteſt confirmari uiuente exhæredato, & ponit multas
ſol. ſed iſta eſt uera, quam gloſſ. non ponit, quòd illi fuit facta
inſtitutio poſt mortem exhæredati. hic ſi morietur, unde po-
teſt confirmari in uita, quia cum incipit mori purificatur inſti-
tutio, cum uiuens dicatur mori. l. qui duos. de manu. teſt. & po-
teſt in illo puncto adiri, vel nepotes efficientur ſui hæredes, &
10 ſic confirmabitur exhæredatio. ¶ † Vltimo pro declaratione
glo. ſuper verſi. (ſubſtitutos,) in verſi. (ſed aute.) opp. quod in-
ueſtigatio Iuriſconſulti fuerit inutilis, dum laborat in oſtendē
do, an iſti nepotes admittantur ex ſubſtitutione, filio adhuc vi-
uēte, an demum eo mortuo: nam nulla utilitas uidetur ex hoc
reſultare, nec aliquis effectus, cum a tempore quo incipit mo-
ri filius uſque ad mortem perfectam modicum ſit interuallum.
11 ¶ †Propter hoc gloſ. quærit utrum eo caſu quo uocantur filio
adhuc uiuente acquirant iſtam hæreditatem ipſi filio poſtq̄
adhuc uiuit, nam ſi hoc eſſet, iſta hæreditas aui reperiretur in
hæreditate filij. & iſti nepotes non potuerunt eam habere, niſi
tanquam bona filij patriſque ipſorum, & ſic habebunt neceſ-
ſe adire hæreditatem paternam, ſi uolent bona aui. item ſi, eſ-
ſent plures nepotes, & aliqui eſſent ſubſtituti, & aliqui non ſub
ſtituti, poſt quam ea acquiſiuiſſent patri ipſorum non poſſent
poſtea ſoli habere, ſed vna cum alijs ſuccedentibus patri com-
muniter. Sed ſi eam non acquirunt patri ipſorum: tunc ſecus:
in utroque caſu gl. arguit pro & contra, & non determinat, &
quod non acquirant alleg. leg. fina. C. de bon. quæ lib. vbi non
attenditur acquiſitio momentanea. Sed iſta non eſt bona alle-
gatio, quia uetum eſt, niſi afferat aliquem fructum. l. ſi pecu-
niam. ſupra ſi cer. pet. ſed hic affert, quia ille tranſmittit ad ſuos
hæredes. & propter hoc non poteſt dici momentanea, ſed per-
petua, quia non finitur morte filij, ſed ſi fineretur, benè ſic dice
retur momentanea, vt l. qui ſic. de ſol. ſed fortius facit pro iſta
parte, quia iſto iure filius non acquirebat hæreditatem patri, ni
ſi præcedēte eius iuſſu. vel. l.ſi quis mihi bona. in §. iuſtum. de ac.
hæred. tñ ad iſtam adhuc reſpondetur, ꝙ iſto caſu non requiri-
tur iuſſus, quia fit acquiſitiu per l., nam ipſi nepotes efficiuntur
ſui hæredes, auo etiam ignorante, ſtatim ꝙ filius incipit mori,
& eodem inſtanti acquirunt ipſi filio, in cuius ſunt poteſtate,
& faciunt ipſum filium ſuum hæredem, vt eſt tex. in fin. qui vi-
detur hanc partem probare in l. qui in aliena. §. interdum. ff. de
acquiren. hære. & ſic filius, qui non fuit effectus ſuus hæres, ꝑ
ſeipſum efficitur ſuus mediantibus nepotibus ex eo. Item iſtis
nepotibus potius eſt damnum, ſi fuerint vocati, filio viuente, q̄
ſi vocarentur poſt eius mortem, quia tunc non acquirerent pa
tri iam mortuo, nec habent etiam neceſſe adire hæreditatem,
& communicare cum fratribus non ſubſtitutis, & iſtam par-
tem, ꝙ acquirant, videtur ſentire glo. dum vltimo loco allegat,
vel arguit pro iſta parte l. placet. de acq. hære. nā in vltima opp.
cōiter videtur gloſſ. reſidere, vt no. in l. qui filium. §. Sabinus.
infra ad Trebel. & iſtam etiam partem tenet Bar. dicens, quòd
non videt ad quem alium finem facta fuerit iſta inueſtigatio.
Alij contra, & ſpecialiter Bald. quia l. placet, cum ſimilibus lo-
quitur in acquiſitione perfecta, & irreuocabili, quam iſto iure
faciebat filius, ſed iſta, quæ fit per ſolam exiſtentiam ſui hære-
dis, non eſt perfecta, nec irreuocabilis, cum poſſit adhuc repu-
diare beneficio prætoris, vt Inſti. de hæredi. quali. & diffe. §. ſed
his. unde non fit huic filio, & iſtis nepotibus, licet ſint in eius
poteſtate, ſed ipſe Bal. non reſpondet ad §. interdum. ubi loqui
tur de ſimili acquiſitione, & tamen ibi dicitur, quod ſic & ad
rationem Bal. poteſt reſponderi, ꝙ eo modo, quo iſta acquiſi-
tio fuit facta nepotibus cū poteſtate repudiandi, fiat filio, pa-
triq; ipſorum, vnde fateor, quod hæredes patris poterunt repu
diare, ſi ſunt plures, quàm iſti nepotes ſubſtituti: illis inuitis nō
poterunt iſti ſubſtituti repudiare, & ſi repudiarent accreſceret
alijs, dico etiam, quòd alia utilitas poteſt ſubeſſe, quia ſi ſimul
morerentur filius, & nepotes, ſi uellemus tenere aliam opin.
quod nepotes non quæſiuiſſent patri, poſſent iſti nepotes trā-
mittere ad eorum hęredes, quod non eſſet ſi non admitterent,
niſi poſt mortem: præcedens tamen plus placet per illum §. in-
terdum. Omnes aliæ gloſſ. tendunt ad declarationem literæ ex-
cepta ultima, quæ format contrarium, quod ſupra ſolutum
eſt in ultimo notabili.

---

1 *Hæreditas quot modis, & quibus, & ad quorum inſtantiam deferatur.*
2 *Terminus aſſignatus hęredi, ſi labatur, quando habeatur pro aditione, & quando pro repudiatione, & a quo aſſignetur.*

De iure deliberandi. Rubr.

1 ¶ † Quoniam hæreditate non adita creditores hæreditarij nō
habent quem conueniant, nec quis eis ſoluat, prouiſum eſt eis
per edictum prætoris, ut poſſint adire iudicem, & facere uoca-
ri hæredem, & præcipi, ꝙ adeat, uel repudiet hæreditatem, ut
ſciant quid facturi ſint, & ſimiliter prouidit hæredi, ſi non vult
inconſultè adire, uel repudiare, ut poſſit petere terminum ad
deliberandum, & iudex debeat ſibi concedere eum. de hoc lo-
2 quitur iſte ti. ¶ † Et notandum, quod interdum hęreditas eſt pu
re delata. & ſcitur cui, & ille eſt præſens, & tunc loquitur iſte ti.
Interdum ſub cōditione, & tunc loquitur l. ſi quis inſtituatur.
ſ. de hæredib. inſtituen. Interdum ignoratur cui delata ſit, vel
eſt abſens, & ſic diu hæreditas præſumitur debere iacere, tunc
3 loquit l. ſi diu. ꝟ. q. ex cau. in poſſeſſio. eat. † Item debes ſcire, ꝙ
interdum terminus aſſignatur hęredi ad inſtantiam credito-
rum, & loquuntur iſta iura, & tunc lapſus termini habetur pro
aditione, ſi aliud non apparet, quia ſic expedit creditoribus. In-
terdum ad inſtantiam ſubſtituti vulgaris, & tunc loquitur l. q̄-
diu. la gran. ꝟ. de acq. hær. & tunc lapſus termini habetur pro re
pudiatione, quia ſic expedit ſubſtitutioni. Interdum aſſignat
ad inſtantiam filij exhæredati uolentis intentare querelam, &
tunc loquitur l. ſancimus. §. fi. C. de inofficioſo teſtamento. po-
teſt aſſignari & alijs modis, de quibus uide bonam gl. in l. quā-
diu. Item iſtud tempus aſſignatur a iudice, & eſt aliud tempus
deliberandi, quod datur a lege, ſ. annus, & de hoc non habetur
in iuribus ſtorum, ſed in l. cum antiquioribus. C. eodem ti. &
iſtud operatur tranſmiſſionem, ſi interim decedat hæreditate
non adita, quia tranſmittit illud ius deliberandi ꝟ. tempus, ꝙ
ibi ſupererat, quod ibi habetur.

LEX PRIMA.

1 *Hæreditas delata monacho poteſt adiri per abbatem ſine facto monachi, qui non habet uelle, uel nolle.*
2 *Inter ſeruos, & monachos non eſt omnimoda ſimilitudo.*
3 *Hæreditas ſi deferatur filiofam. tempus ad deliberandum debet aſſignari ſimul patri, & filio,*

Si ſeruus

1 SI ſeruus. ¶†No.j.in prin.huius l.arg. q ſi de-
lata eſt hæreditas monacho. tẽpus
ad deliberandum non dẽt aſſignari monacho, ſed
2 abbati.†quia iura,quæ a loquunt in ſeruis,& dñis,
a locum hñt in monachis,& abbatibus,ut no.Inno.
in c.eũ olim.de priui.& maximè,quia hr̃ditas dela-
b ta de mona.põt adiri,per abbatem ſine facto monachi,q b non
hẽc uelle,vel nolle,ut no.Io.An.in nouel.in c.in pñtia. de pb.
gl.mag.in fi.licet Bal.videatur tenere ɔ̃rium in l.j. C.qui admi.
ad bo.poſſ.ſed præcedens opi. ſemper mihi plus placuit, & ſm
eam pluries conſului,& fuit originaliter la. de Are.ſed dñs nõ
põt adire per ſe,ſed requiritur factum ſerui adeuntis, quia põt
nolle adire.ut l.2.C de hær.inſt.& j̃.ſi quis omiſ.cau.teſta.l.j.§.
qd ergo.& ſic non eſt omnimoda ſĩlitudo inter ſeruos,& mo-
3 nachos.¶†Quid aũt ſi deferatur hæreditas filiof.dicit Bar.de-
bere aſſignari ſimul patri,& filio,quia filio repudiante pr̃ adire
põt,& non prius,ut l.cum non ſolum.C.de bo.quæ li.& in hoc
etiam abbas plus iuris habet,quam pater ,quia poteſt adire ẽt
monacho non repudiante Bar.autem diſputat,cui magis com-
paretur,ut l.j.ſ̃.de vulga.& pupilla.tu dic,ut ſ̃.dixi.

ADDITIONES.

a Iura,quæ. Adde in l.j. in l.ſi ſeruus l.liber homo.& l.quod ſeruus.ff.de ſtipu.ſer.
gl.in c.parochianos.de ſent.excom.Abb.conſi.104.inci.pro euidentia quæſtio
nis in 2.col.in j.vol.

b Qui.Adde tex.in c.non dicatis.12 q.1.c.nolo.ea.cauſa.& q.1.& in c.religioſus.
de elec.lib.6.

---

1 *Dilatio non eſt danda,niſi petenti.*
2 *Tempus quando non exprimitur a lege, uel ſtatuto ꝛelinquitur in arbitrio
iudicis.idem in pœna,& quid in actu explicando per partem.*
3 *Quando profertur ab homine, ut a iudice condemnante aliquem in exilium
non ſpecificato tempore,de quo intelligatur.*
4 *Ad deliberandum non debet dari minus tempus centum dierum,& a centũ
ſupra eſt in arbitrio iudicis,ut quando datur annus.*
5 *Si aſſignauit hæredi minus tempus centum dierum, tunc quicquid fiat vir-
tute huius aſſignationis,poterit irritari.*
6 *Quid ſi aſſignatur ad effectum,ut creditores non cogantur tantum tempus
expectare.*
7 *Si prima dilatio non ſufficit debet aſſignari ſecunda cum cauſæ cognitione,
ſi probat ſe fuiſſe impeditum in prima, & ſi fiat contrarium an ualeat.*
8 *Legatario non datur tempus ad deliberandum, ſecus in fideicommiſſario
uniuerſali, licèt hæres non confecerit inuentarium intra terminum a iure
præfixum,fideicommiſſarius uniuerſalis poterit conficere poſt reſtitutam
hæreditatem,ut ſibi proficiat & incipiat ſibi tempus a die reſtitutæ hære-
ditatis,ſicut incipit hæredi a die aditæ.*
9 *Inuentarium confectum per hæredem, an proſit fideicommiſſario remiſ-
ſiuè.*

1 §.Ait prætor. †No.hic in prin.in ver.patet, q dilatio
non eſt danda,niſi petenti ſm Bal.cer-
tè immo iudex poteſt interdum dare non petenti,qñ ambæ par-
tes ſunt præſentes,& iudex vult expedire cauſam intra tp̃s iſtã-
tiæ,& partes,vel altera earum uadit protelando,ut inſtantia pe-
reat.ita determinat Bar.in l.j.C.ut q̃ deſunt aduo. partium. p
l.properandum.poſt prin.C.de iudi.& etiam in l.3.§.hoc aũt iu-
2 dicium.de dam.infec.¶†Item no.illud ad quod ſemp allegatur,
q quando tempus non exprimitur a l. vel ſtatuto relinquitur
in arbitrio iudicis.idem in pœna in l.j.§.expilatores.j̃.de effrac.
& expila. item hoc uerum de tpe in actu explicando per partẽ
relinquitur in arbitrio partis.ut l. venditione.§. de tempore.j̃.
3 de bo.au.iud.poſſ.¶†Item qñ profertur ab homine,pura,ut iu-
dice condemnante aliquem in exilium non ſpecificato tempo-
re,uidetur intelligendum de decimo,ut j̃.de pœ.l.ſi non præ-
4 finito.¶†Item no.q ad deliberandum non datur minus tem-
pus centum dierum.eſt ergo in arbitrio iudicis.ſ̃.centum dies,
non.j̃.iſtud de centum diebus procedit in extraneis hæredib.
qui habent centum dies ad petendum bon.poſſ. p aliud edictũ
prætoris,ut j̃.quis ordo in bo poſ.ſerue l.2.ſed ſi ſui hr̃des.i.de-
ſcendentes habent annum:uõ non debet concedi minus anno,
quia prætor viuus imitatur edictum prætoris mortui, in hoc,
vt l.ſi quis inſtituatur.ſ̃.de hær.inſt.poſt prin.ibi,& imiteẽ edi-
5 ctum prætoris mortui &c.†Et per hoc dicit Bar.q male faciũt
aſſeſſores,& iudices,qui aliquando ad inſtantiam creditorũ fa-
ciunt vocari ab hærede,ſi ſit aliquis,qui prætendat ſe hæredẽ,
debeat intra tantũ tempus adire hæreditatem, & faciunt aſſi-
gnari minus tempus centũ dierum, nam quicquid poſtea fiet
uirtute huius aſſignationis poterit irritari,quia non poteſt iu-
dex iſtud tp̃s a iure p̃fixum minuere facit l.j.ſ̃.de ſer.ſed Bal. ſm
Jac.But.hic,& C.de ſuc.edic.ſuper rubrica dicit ɔtrarium: quia
iſtud,quod hic dicitur,procedit.quando uellemus,quod per la-
pſum termini haberetur pro adeunte, uel repudiante, ut tunc
6 non poſſint aſſignari minus tempus. Sed q̃tum ad alium effe-
ctum, vt creditores non cogantur tantum tempus expectare,
poſſit aſſignari minus tempus:vt eo elapſo creditores mittãtur
in poſſeſſionem bonorum,& ſi eorum credita ſunt liquida,ſa-
tisfiet eis,uel per iudicem,uel per procuratorem datum bonis,
maximè ſi præiudicium eſt in mora,& fiat ſolutio, ſecundũ ea.
7 quæ habentur.j̃.eod.l.Ariſto.§.j.& l.igitur.¶†Vltimo not. in
l.nec no.q ſi prima dilatio non ſufficit, debet aſſignari ſecũda:
non tamen debet hoc fieri,niſi cum cauſæ cognitione, ſi pbat
ſe fuiſſe impeditum in prima.quod dic,ut l.fin.ſ̃.de ſer. Et ſi fiat
ɔ̃rium,an ualeat,dic,vt ibi.& quod no.in c.vltra ternam.de teſ.
8 ¶†Vltimo no.hic gl.q legatario non datur tempus ad delibe-
randum:quia non poteſt prætendere præiudicium,ſecus ergo
in fideicommiſſario uniuerſali,in quem tranſeunt omnia one-
ra,& per hoc dicit Bar.quod licet hæres non confecerit inuen-
tarium intra terminum a iure præfixum,fideicommiſſarius vni-
uerſalis poterit conficere poſt reſtitutam hæreditatem, ut ſibi
proficiat,& incipiet ſibi tempus a die reſtitutæ hæreditatis,ſi-
cut incipit hæredi a die aditæ,ut l.fi.§.ſi uero poſtq̃.C.eod.ti.de
9 hoc uide per Bar.in l.in ratione.§.q vulgo.j̃.ad l.Fal.†ubi etiam
tractat, an inuentarium confectum per hæredem proſit fidei-
commiſſario. tunc ergo quando hæres, uel fideicommiſſarius
faciunt inuentarium,non indiget iſto tempore ad deliberãdũ:
immo ſi peterent, non prodeſſet eis inuentarij confectio: q̃a
ſpectarent prouiſionem l.ut d.l.fi.§.ſed quia quidam.C.eo.ti.
¶Opponitur contra iſtam l.nec non.q poſtquam ſemel eſt da-
tum tempus, amplius non detur,ut d.l.fi.§.ſed quia.C.eod.ti.
Sol.iudex inferior a principe non debet dare minus centũ die-
rum vt hic,nec vltra nouem menſes,ut ibi.& ſi a principio de-
diſſet nouem menſes amplius dare non debet,ita loquitur ibi,
ſi autem minus:tunc poteſt iterum dare ex iuſta cauſa,& ita in-
telligitur hic, princeps autem dat uſque ad annum, ut ibi hr̃.

LEX V.

1 *Hæreditatem quis ante quam adeat,quid ſiendum.*
2 *Quando in termino dato,ut hic,exhibentur ſeu producuntur originalia in-
ſtrumenta, quod illa non debeant remanere penes hæredem,licet debeat
ea uidere, ſed dabitur copia ſine die, & conſule, & originalia repor-
tabuntur.*
3 *Pendente termino ad deliberandum poteſt hæres adire iudicem,& petere
licentiam uendendi res,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,& quæ non.*
4 *Hæres talia faciendo non facit ſibi præiudicium, ut uideatur per hoc adire
hæreditatem,ſi hoc proteſtatur expreſsè,quod non facit animo adeundi,&
quid ſi erat conſtitutus curator.*

1 ARiſto. ¶†No.in hoc prin. q hæres, antequam a-
deat,poteſt impetrare a iudice,ut mittatur
præconium, q quicunque prætendunt aliqua habere
ab hæreditate, compareant intra certum terminum
dicturi de iuribus eorum, ad hoc,ut hæres poſſit deliberare, an
velit adire,& repudiare:& ſi non comparuerint.poſtea non au-
dientur,ut hic iuncta l.j.§. cum igitur. j̃.ſi cui pluſquam per l.
Fal.Et hoc prout iſte tex.intelligitur de inſtrumentis credito-
a rum hæreditariorum,ut debeat fieri de illis copia.†& hic tamẽ
no.quod originalia inſtrumenta non debeant penes hæredem
remanere, licèt debeat ea uidere,ſed dabitur copia ſine die, &
conſule,& originalia reportabuntur,ut infra de Carbo.edic.l.
ſed his.§.penul.& C.de eden.procurator.poteſt etiam intelli-
gi de inſtrumentis hæreditariis,in quibus conſiſtũt credita hæ-
reditaria,ut debeat ipſorum fieri copia, ut uideat, ſi hæreditas
3 eſt locuples.¶†Item no.in §.ſi maior quod pendente termino
ad deliberandum poteſt hæres adire iudicem, & petere licen-
tiam uendendi res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, uel
quæ ſunt ſumptuoſa magis,quam utilia,ut equi,& etiam ſoluẽ-
di debita hæreditaria pœnalia,uel uſuraria,in quibus periculũ
eſt in mora,& hoc eſt uerum, quando non fuit conſtitutus cu-
rator hæreditatis:ſed ſi fuit conſtitutus,quod fieri poteſt,tunc
non habet neceſſe adire iudicem, ſed a ſeipſo poteſt iſta uende-
4 re,& debita ſoluere,ut l.ſi quis conſtituatur.de hær.inſt.¶†Itẽ
no.q talia faciendo non faciat ſibi præiudicium, ut uideaẽ pp
hoc adire hæreditatem,quod eſt uerum, ſi hoc proteſtatur ex-
preſsè,quod non facit aĩa adeundi.argu.l.4.ſ̃.qui mo.pig.vel
hypo.ſoluaẽ.& ſi erat conſtitutus curator, non indiget prote-
ſtatione,ſi facit ea,quæ pertinent ad officium curatoris:hoc in
maiore pupillo:ſed ſi eſt pupillus, etiam ſi conſtitutus eſt cu-
rator,nihil põt minuere, niſi cum legitima iudicis, & hoc vult
l.ſed ait prætor. ut aliquid addam ad iſtos tex. ſecundum Bart.

LEX VII.

1 *Qui non poteſt alienare, non poteſt rem in iudicium deducere.*
2 *Tutor poteſt alienare rem pupilli, etiam immobilem, parum tamen utilem pro emendo boues, ut alia poſſeſſio utilis non remaneat inculta.*

1 AIt prætor. †No. hanc l. in verſi. eſt enim. quæ ſemper allegatur, ꝙ qui nõ poteſt
alienare, nõ poteſt rem in iudicium deducere. hoc
eſt verum in eo. qui vult procedere nomine ſuo. Si
aũt alieno non ſequit̃, non poteſt alienare rem alte
rius: ergo nec illam in iudicium deducere noĩe illius, ut no. in l.
j. C. de bo. mater. & uide Inn. in c. j. ne ſe. vac. Item ꝑ iſtam l. cir
2 ca fin. ibi, nam agri inculti ſunt. †dicit Ang. ꝙ tutor poſſet alie-
nare rem pup. ẽt immobilem, parum tñ vtilem pro emẽdo bo-
ues, ut alia poſſeſſio vtilis non remaneat inculta. licet ti. de reb.
eor. velit, ꝙ non poſſint alienari immobilia, niſi propter æs alie
num exoluendum, & hic non ſubeſt æs alienum, tamen adde
iſt am cauſam ad illum ti. ſecundum eum. quod tene menti.

LEX VIII.

1 *Etiam poſt abſtenſionem ſuus hæres habet beneficium deliberandi, & ſe immiſcendi.*
2 *Si ſuus fuit excluſus per lapſum temporis, ut quia fuit ſibi datum tempus ad deliberandum ad inſtantiam ſubſtituti, quo caſu lapſus temporis habe tur pro repudiatione, vel ſtetit per xxx. anno. quibus ſe non immiſcuit, an poſſit poſtea.*
3 *Si ſuus, qui abſtinuit, habebat ſubſtitutum vulgarem, qui poſt abſtenſionem adiuit, an liceat ſuo reuocare abſtenſionem, & auferre hæreditatem ſubſtituto.*
4 *Si ille, cui delata eſt hæreditas non repudiat expreſsè, ſed dicit ſibi non expedire hæreditatem, uel ſe uelle eam repudiare, an iſta uerba habeant uim repudiationis.*
5 *Quid ſi dixit, nolo adire.*
6 *Quid ſi dixit, non ſum hæres.*
7 *Quid ſi nihil dixit uſque ad xxx. annos.*

1 SI quis. ¶ †Etiam poſt abſtenſionẽ ſuus hęres ha
bet beneficium deliberãdi, & ſe immiſcẽ
di. h. d. ſ'm Bal. & non eſt alibi in corpore ſtorũ, ſed
bene hr̃ in l. fi. C. de repu. hære. vbi Imperator alle-
gat iſtam l. & illa ſupplet iſtam in t'pe, quia põt vſq.
ad triẽnium & qñ incipiet currere diſtinguitur, ibi an erat ma
ior annis xxv. t'pe, quo repudiauit, & etiam exceſſerat quadriẽ-
nium continuum, quod datur ad petendam reſtitutionem in
integ. & ſic in effectu exceſſerat xxix. annum, & tunc incipit
currere a die repudiationis, vel abſtenſionis, aut illa tempora
nõ exceſſerat, & tunc incipit currere triennium poſt comple-
tũ xxix. ann. & eſt mirabilis determinatio iſtius l. Itẽ gñalior
eſt q̃ illa, nam illa uĩ loqui ſolum in hæreditate paterna, iſta ve
ro cum dicat generaliter, ſi quis ſuus hæres, &c. quod uerbum,
verificatur in omnibus deſcendentibus: vult ꝙ idem ſit in auia,
& proauia: non ergo habet locum in hæreditate materna, ne-
que in emancipato, quia non ſunt ſui hr̃des, & ita loquitur
2 contrarium ſignatũ in gl. de l. a. C. de iur. & fac. igu. ¶ †Quæro,
quid ſi ſuus fuit excluſus per lapſum t'pis, ut quia fuit ſibi datũ
tempus ad deliberandum ad inſtantiam ſubſtituti quo caſu la-
pſus temporis habetur pro repudiatione, vel ſtetit per xxx. an.
ꝙ non ſe immiſcuit, ut no. in l. j. C. eo. ti. Rñdeo, quod non ha-
bet locum iſta l. ut poſſit poſtea adire, quia fortior eſt excluſio,
quæ fit per lapſum temporis, quam per expreſſam repudiatio-
nem. Primo enim caſu eſt in negligentia, quę magis eſt nocuia.
in ſecundo patet, ꝙ per inaduertentiam, & ad hoc ĵ. ad Treb.
3 l. facta §. ſi quis bonorum. ſ'm Bal. poſt Iac. de Arc. ¶ †Item quę
ro, an ſi ſuus, qui abſtinuit, habebat ſubſtitutum vulgarem, qui
poſt abſtenſionem adiuit, an liceat ſuo reuocare abſtenſionẽ,
& auferre hæreditatem ſubſtituto? gl. hic vult, quod non. ibi dũ
dicit, vel verius ibi erat ſubſtitutus, quaſi res tunc non ſit inte-
gra, quia bona fecerunt tranſitum in alium, ſi eſſent alienata,
ſecus dicit gloſſ. ſi non habebat ſubſtitutum, licèt legitimus hę
res. l. proximior poſt filium hæreditatem adiuiſſet. Mihi uidet̃,
quod etiam ſi habebat ſubſtitutum, non poſſit ipſe ſubſtitutus
nec etiam legitimus adire, quouſque filius ſit excluſus perfectè
ab hæreditate, & ſic etiam a beneficio huius l. quia repudiatio
habetur pro non facta, quouſque labatur triennium, quod pa-
ter, quia aſſignat̃ ſibi terminus ad deliberandũ, ſicut ſi nõ repu
diaſſet, vt hic, nam ſubſtitutio vulgaris fit in defectum inſtitu-
tionis, & hic non eſt omnino defecta, quouſque eſt ſine aliqua
ſubſtitutione põt adire, ſecus ſi nõ poſſet niſi mediante reſtitu
tione, qa tunc ſubſtitutus adire poſſet. & ſi ille reſtitueret̃, non
deſineret eſſe hr̃s noĩe, licet ſibi auferretur hæreditas per reſti-
tutum, ut l. & ſi ſine §. qđ Papin. ĵ. de minor. ſed hic non indi-
get reſtitutione, niſi quando bona eſſent alienata, & tunc non
4 concederetur, niſi eſſet minor, ut d. l. ſi. circa fi. ¶ †Vltimo quæ-
ritur, hic loquit̃, quando ſuus abſtinuit. i. repudiauit expreſsè,
quid ſi ille, cui delata eſt hæreditas, non repudiat expreſsè, ſed
dicit ſibi non expedire hæreditatem, vel ſe eam repudiare, an
iſta uerba habeant uim repudiationis? dic, ꝙ ſic, ſi prolata ſũt
poſt t'ps ſibi datum ad deliberandum, ut ĵ. ad Tre. l. ſed ſi aliud.
§. j. ſed ſi non erat datum tempus, tunc cum lapſu triũ menſiũ
5 habent vim repudiationis, ut l. fi. §. j. C. eodem ti. †Sed quid ſi di
xit, nolo adire reſpondetur, ſi poſt tempus datum ad deliberan
dum, habent uim repudiationis, per d. l. ſi non erat datum tem
pus, tunc cum lapſu habẽt uim repudiationis, vt l. filij mater. §.
j. ĵ. ad Tert. quia per iſta uerba non ita conſtat de mente loquẽ
6 tis, quod nolit habere hæreditatem, ſicut per præcedentia, †qa
dicendo, nolo adire. poteſt intelligi. ſ. pronũc, quia uolo adhuc
melius deliberare, ſed dicendo, uolo repudiare, uel hæreditas
mihi non expedit. apparet, ꝙ eam non vult, ideo ſufficit minus
tempus. Item quid ſi dixit, non ſum hæres, an iſta verba habeãt
vim repudiationis? dic, ut no. in l. qui ſe patris. C. unde lib. in gl.
& per Doc. Si autem nihil dicit uſque ad xxx. annos, niſi datũ
fuiſſet ſibi tempus ad adeundum ad inſtantiã ſubſtituti, ut no.
ĵ. de acq. hær. l. 3.

LEX X.

1 *Quando ſunt plures gradus hæredum, cuilibet de per ſe aſſignatur tempus ad deliberandum.*
non erit nulla quia potius attendit̃ ſecunda cauſa, quã prima,
quæ reddit nullam, quod vr̃ eſſe falſum. quia qñ concurrunt
duæ cauſæ, quarum una nocet, altera ꝓdeſt, inſpicit̃ illa, q̃ no-
cet, ut l. ſi quis in graui §. fin. cum l. ſeq. ĩ. ad Silla. niſi quando
illa. quæ ꝓdeſt, abſorbet illam, quæ nocet, ut l. auferi. §. ſi quis
palã. de iure fiſ. Sol. dico dictũ Inno. eſſe verum, quando cã illa,
quæ non erat falſa in iure, ſola erat ſufficiens ad ſententiam fe
rendam. tunc enim iudex in qualibet earum cenſet̃ ſe fundaſ-
ſe, & licèt fundamentum in prima non ſit bonum, & reddat
ſñiam nullã fundamentum in ſecunda eſt bonũ, uel eſſe põt, ſi
eſſet cauſa vera, & hoc ſufficit, ſecus ſi altera illarum cauſarũ p̃
ſe ſufficeret, quia tũc videret̃ ſe fundaſſe in utraque ſimul, iõ
viciſſim unus ſufficeret, & ꝑ illa diſtinctione allegabo unam
11 gl. quæ eſt in c. 2. de reſcri. & Cy. in l. cum re. C. de ꝓba. ¶ † An ãt
c iudex habeat neceſſe exprimere cãm, [c] propter quam mouetur
ad ſñiam ferendam? dic, q̃ non, quantum ad hoc, vt valeat ſñia,
quia valet ſine expreſſione cauſæ text. eſt in c. ſicut. de ſent. &
re iu. immo cauti iudices nõ debẽt eã exprimere ſ̃m ſa. But. ne
incidant in dubium iſtius glo, ſed quantum ad alios effectus,
puta ad releuandũ partem ab infamia, vel ad infamandum, vel
ad

ADDITIONES.

a Item facit iſta l. Adde in hoc do. Alex. de Imo. in conſi. 2 a t. col. 2. ver. in ſup cõ-
probatur. in 1. vol. qui hoc refert, & ita ipſum ſequitur Fran. Cur.

b Quod pupillus potuit teſtari. Adde an pupillus poſſit teſtari de his, quæ vidit in
pupillari ætate. vide per Hoſt. in ſum. in tit. de teſtib. in §. quis poſſit eſſe teſtis.
verſ. ſed nunquid pupillus.

c Iudex habet exprimere cauſam. Adde Cy. in l. properandum. §. ſi. C de iud. Bar.
in l. hæc ſtori §. ignominiæ. ff. de his, qui no. inf. Hoſt. in c. ex parte. de conceſ-
ſio. præb. Car. Zab. in c. 1. in 19. not. de poſtu. prælat. Idem Card. in c. cum ſu-
per. in primo notab. de conceſ. præb.

ad alium effectum,bñ habet neceſſe exprimere, ne ꝯ intẽtionẽ
t a inâ al.qd ſequat̃,vel.2.§.ignominiæ.& ibi no.ſ.de ſta.† & ſi nõ
exprimat̃,& ex ꝓceſſu colligunt̃ plures cauſæ, tp in dubio cen
ſet̃ ſe fundaſſe in illa,quæ reddit iniam validam, & æquam,niſi
ꝓbet̃ contrarium, vt eſt caſus in l pe.C.ſi ex fal.inſt. & in c. cũ
I.& A.de re iud.ꝓbati autem poteſt per verba iudicis prolata,
etiam aliter, quam in ſententia.glo.eſt ſup. de iud.in l. ſi præ-
tor. §.Marcellus.quam no.& ſic ex actis non appatet, niſi vna
cauſa cenſetur ex alia ſe mouiſſe,vt no. ȷ.de exce.rei iud.l.ſi qa
ad exhibendum.& ſ.de eui.l.ſed & ſi quid.& vide bonam gl.in
c.ſi confirmationem.de elect.li.6.in vl.gl.

LEX XXIIII.

L.Fuit quæſtionis. Illud,quod fit ad vnum effe-ctum, non inducit effectum contrarium.h.d.

LEX XXV.

SI quis mihi bona. Seruus alienus bona fide poſſeſſus, vel vſuſfructuarius adeundo hæreditatem ſibi delatam iuſſu poſſeſſoris,vel fructuarij non acquirunt illis,ſed vero dño, vel proprietario.h.d.Rõ eſt,quia illi non acquirunt,niſi ex re illorum, vel ex opera ſua,ſed hæc acquiſitio,non eſt ex re illorum , nec conſiſtit in opera,& hoc ꝓbat̃ in l.aditio.ȷ.eod.ſi tamen eſſent inſtituti contemplatione poſſeſſoris, vel vſuſfructuarij,cenſerentur ex re illorum prouenire, vt l.ſed ſi plures § in arrogato. in fin.ſ.de vul.& pup.& iõ videret̃ tunc,ꝙ pñt adire iuſſu illorum, & etiã immediatẽ acquirere.gloſſ.tñ volunt contrarium,quòd immo debeant adire iuſſu veri dñi,vel ꝓprietarij,tamen illi tenent̃ reſtituere poſſeſſori, vel vſuſfructuario , hoc vult gloſſ.in l.ſi ſerui.ſ.de vſuſ. quam vltima gl.allegat ꝓ contraria, & Bar. hoc tenet per l. ſeruus dotalis. ſ.ſol.mat. non ſic in libero hoïe bona fide poſſeſſo,& inſtituto contemplatione poſſeſſoris,qa ſi ſcit ſe eſſe liberum, põt adire iuſſu illius, & ſibi acquirere, vt d.l.aditio ver.& qđ a quibuſdã.& hoc vult hic gl.j.& quæ ſit rõ diuerſitatis dic,vt in ead.¶ In glo.j ibi(ſol.ibi loquit̃.) Vel dic melius,ꝙ hic, qñ non fuit inſtitutus contemplatione poſſeſſoris,vel fructuarij, ſi aũt illorum cõtemplatione , tũc loquimur in ſeruo alieno bona fide poſ.vel in quo habeo vſumfru.& tũc adhuc adibit iuſſu veri dñi, vel ꝓprietarij ,ſed tenebitur mihi reſtituere:aut loquimur in libero homine bona fide poſſeſſo.& poteſt adire iuſſu meo,ſi ſcit ſe liberũ, & vult mihi acquirere,qm hẽt volũtatẽ, & illa iũcta cũ mea poſſeſſione,& bona fide,ſufficit ad acquirendũ mihi,ſed ſeruus alienus, vel in quo habeo uſumfr. non habet voluntatem,ideo non ſufficit, ꝙ velit mihi acquirere,ſed ſi dominus,uel ꝓprietarius conſentiret , ꝙ adiret iuſſu meo,eſſet idem quod in libero hoïe. & hoc vult iſta gl.quæ loquitur obſcurè,dum dicit, non mea tm̃,ſed mea, & dñi,&c.¶ In gl.ſeq.ibi(ſed mihi reſtituit.) intellige hoc ſanè, qñ fuit inſtitutus mei cõtemplatione, aliás non reſtituit mihi, ¶ In fi.gl.ibi,(ſed legatum,quod mihi quæritur) intellige , qñ fuit relictum mei contemplatione:& tunc acquiritur mihi ſine aliquo iuſſu, vñ non expedit tunc vti circuitu. nec requiritur,ꝙ volũtas veri dñi,vel ꝓprietarij, adſit licèt ſecus in aditione hæreditatis,vt dictum eſt,ſed ſi non eſſet relictum mei contemplatione,nõ acqreret̃ mihi, quia non conſiſtit in opera , nec ex re mea, ſed acquiritur, vero domino , vel proprietario.

§.Seruus. Si ſeruus inſtitutus manumittat̃,vel alienat̃ , antequàm adeat iuſſu domini, nõ perdit ius adeundi, ſed poterit adire pro ſe in primo , uel iuſſu noui dñi in ſecundo caſu.h.d.cum glo.¶ In tex.ibi(vel curiæ,)idem ſi eſſet alicuius priuati,cum ſit eadẽ rõ.¶ In tex.ibi(hæres inſtitutus.) nõ cõtẽplatione priſtini dñi :ſi aũt eius contemplatione an ſit idem,reſpondet̃,ꝙ ſic, ut poſſit adire iuſſu noui dñi,uel a ſeipſo,ſi eſt manumiſſus,ſed an tenebit̃ reſtituere priſtino dño puto ꝙ nõ,imputet ſibi quare manumiſit,uel alienauit,anteꝗ̃ iuberet illum adire. nã vr̃ iuri, quod hẽbat in iubendo quodã mõ renũtiare,non ſic in caſu p̃cedenti,ubi non eſt, ꝗd ſibi imputet̃,hoc ſi ſciebat ipſũ inſtitutũ,alias ceſſaret hæc rõ,& putarẽ tũc illos teneri ad reſtituẽdum.ita intelligo iſtum tex.cũ gl.

1 *Differentia quæ ſit inter hæreditatem opulentam, & lucroſam.*
2 *Pupillus licèt non poſſit adire lucroſam,uel locupletem hæreditatem ſine tutore:quod tamen poterit adire opulentam.*

1 §.Si ſeruus fiſci. †Non ſummat̃.¶ No.hic unam gl.quæ non eſt alibi ſm̃ Ang. quæ facit drãm inter hæreditatem opulẽtam,& lucroſam,quia opulenta dr̃,quæ hẽt utilitatem ſine uexatione,quia nulla ſunt ibi
2 debita,†iſtã locuples dr̃,q̃ hẽt utilitatem cũ uexatione,& idem in lucroſa , & iõ licèt iura dicant, ꝙ pupillus non poſſit adire ſine tutore et lucroſam,vel locupletem hr̃ditatem,ut l.obligari.§.pupillus ſ.de aut.tu.nõ ſequit̃, ergo nec opulentã,ſic videmus in proc.fiſci,qui poteſt hanc adire , & non illam.

1 *Inſtitutio facta de illo,qui eſt ſeruus pœnæ eſt pro non ſcripta, nec poteſt ille adeundo acquirere fiſco,qui non eſt ſeruus fiſci.*
2 *Damnatus ad ſecuim,uel ad ſagittas non efficitur ſeruus pœnæ nec teſtamentum eius rumpitur,cum talis pœna non debeat imponi.*
3 *Non poteſt quis condemnari,ut ferretur,uel diuidatur per medium, niſi ſtatutum hoc diſponat.*

1 §.Si quis planè. †Inſtitutio facta de illo,q eſt ſeruus pœnæ,eſt ꝓ non ſcripta,nec poteſt ille adeundo acqrere fiſco, quia non eſt ſeruus fiſci.h.d.ptinet ergo ad uenieñtes ab inteſt.l.ſi in metallum.de his,q̃ ꝓ nõ ſcrip. haben.¶ In glo.j.ibi(non ſic in deportato)ſ. vt efficiat̃ ſeruus pœnæ, quia non perdit libertatem, licèt ꝓdat ciuitatẽ.ſed iſti, de quib.hic ꝓdũt ẽt libertatem,ſed in alio eſt idem , quia ſicut inſtõ iſtorum,de quib.hic,eſt ꝓ non ſcripta,& ipſo iure nulla, ita & inſtõ deportati ſm̃ ueram opi.no.in l.i.C.de hær. inſt.Et ſi dicat̃,quid ergo hẽt plus commodi deportatus?Reſpondeo, ꝙ ſi añ aditam hr̃ditatem qs deportaret̃:licèt inſtõ efficeretur caduca,ſi poſtea reſtitueret̃ in integ. recõualeſceret, & inhabilitas medij tpis non noceret,ſi fuerit habilitas enb.tporib.ut l. ſed ſi in ꝯdõne.§.ſolemus.de hær.inſti. non ſic recõualeſceret, ſi damnatus in metallum reſtitueret̃ in integ. qa cenſeret̃ nouus homo , ſed deportatus,q retinuit ciuitatẽ, nõ cẽſet̃ nouus
2 homo:& hæc ꝓbant̃ in l.interdicit.ȷ.de cond.& demon.¶ †In gl.ibi(non alio ferro.)ſupple inconſueto,puta ſecuri,vel ſagittis:talis enim pœna non dẽt imponi,ut quis occidat̃,ſicut bos, ut eſt caſus notabilis in d.l.aut dãnũ.§.j.ȷ.de pœ. & ſi fiat ꝓtra tium,ẽt ſi ſnĩa executioni mittat̃,non efficit̃ condemnatus ſeruus pœnæ, nec teſtm̃ eius rumpet̃:quia non eſt lgimè condem
3 natus ſm̃ Ang.qđ no.†& ſic nõ põt qs cõdẽnari, ut[a] ferretur ,
a uel diuidat̃ per medium, niſi ſtatutum aliqđ hoc diſponeret & iudices qui ꝯtrium faciunt,dicunt̃ homicidæ, & habent reddere rõnem Deo.¶ In gl.ibi(hodie nemo benè natus.&c)ſupple efficit̃ ſeruus pœnæ.qđ intellige,vt dixi l.eius qui.§.1 ſ. de teſt. in illis,qui habent ſuperuiuere nãliter: non in his, qui hñt ſtatim mori ſm̃ cõem opin.¶ In glo. ſeq.ibi(ſiue primo fuit damnatus,& poſtea inſtitutus,ſiue cꝯ.) primũ dictum eſt verum indiſtinctè,ſed ſm̃ qñ primo fuit inſtitutus,& poſtea fuit ꝯdẽnatus: & hoc accidit uiuente teſtõre,inſtõ non dr̃ ꝓ non ſcripta, qñ habuit principium,ſed efficit̃ caduca,& ſic non acquirit̃ fiſco hr̃ditas,ſi uero poſt mortem teſtoris,& ſic poſtꝗ̃ ibi fuit acquiſitum ius adeundi:tũc dic,ꝙ aut ſumus in caſu , quo potuiſſet tranſmittere ad extraneos hæredes hęreditatem nõ aditam, qui notant̃ ȷ.eo.l.venete.& tũc trãſmittet̃ ẽt ad fiſcũ,qui loco extranei hr̃dis hr̃ : aut non tranſmittet̃ ad extraneos hæredes: & tũc nõ trãſmittet̃ ad fiſcum,ſed deuoluet̃ ad ſubſtitutum,vel cohæredẽ ; & ſi eos nõ hẽat,ad uenientes ab inteſt. & hoc, qñ hr̃ditas nõ erat adita tpe cõdẽnationis: aliàs ſicut alia bona ſua cõfiſcant̃,& iſta hr̃ditas: & adde,quod no.in l.ſeq.ȷ.ad Syllan.

ADDITIO.

a Vt adde etiam,ꝙ condemnatio ad moriendum in tormentis,uel ut plantetur non ualet ſecundum Flo.in l.qui occidit.ad fin.prin.eo.l. Aquil.

1 *Tria requiſita ad hoc,ut iuſſus patris ,vel domini ualeat.ſ. ꝙ præcedat aditionem, & quòd fiat ſpecialiter, puta de hæreditate talis, & ꝙ fiat ſuper hæreditate iam mortui. & nu. 2.*
Iuramentum generaliter pręſtitum a minore , ꝙ non ueniet contra aliquẽ contractum,quem poſtea faciet, quod non ualeat .
3 *In caſibus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum , ut ad petendam reſt. in integ. ſufficit generaliter dici,quòd poſſit petere reſt.in inte. in omni cauſa,in qua conſtitutus eſt .*
Aditio non poteſt fieri ſub conditione, nec per procuratorem, ſed iuſſus poteſt fieri per nuntium,vel epiſtolam .
4 *Differentia inter iuſſum,& authoritatem, & nu. 6.7.*
Authoritas qualiter poſſit interponi in perfecto negotio .
Quòd non poſſit interponi per nuntium uel epiſtolam.
Quid in conſenſu patris,qui hodie requiritur in aduentitijs.
5 *Statutum,ſi dicat,quòd mulier,uel minor non poſſit agere, vel contrahere ſine conſenſu conſanguineorum,an illi poſſint præſtare conſenſum per nuntium,uel epiſtolam.*
Decretum an habeat interponi ante,uel poſt, & quòd poſſit interponi, per nuntium,vel epiſtolam.
Authoritas ſemper debet interponi pura,etiam ſuper contractu conditionali,ſed iuſſus poteſt interponi conditionaliter .
7 *Authoritas debet formaliter interponi per hæc uerba,authoritatem interpono,vel interpoſui,non alijs uerbis,& an ſufficiat uerbum, conſenſus, vel licentia,ſed in iuſſu ſufficiunt quæcunque uerba.*
8 *Præceptum,uel permiſſio,an debeant actum præcedere.*
Quid in uerbo,conſcientia quæ importat idem,quod conſenſus .
9 *Quid in uerbo conſilio,uel conſenſu, & aſſenſu.*

§.Iuſſum

t §.Iuſſum. † Vſque ad fi. ſtius l. tractat de m̃a iuſſus patris, vel dñi, qui requirit̃ in aditione filij, vel
ſerui. Et diuide in quatuor partes. Quia primo ponunt̃ tria, q̃
requirunt̃ ad hoc, vt iuſſus valeat uſque ibi (ſed quid ſi mandauit.) Secundo ponit per quæ verba inducatur iuſſus vſque ibi
(ſed ſi mandauit.) Tertio declarat, qñ in iubente fuit error, an
hoc habeat vitiate iuſſum, & an valeat aditio non ſeruata forma tradita p errorem, vſque ibi ſed poſtea. Quarto & ult. declarat, an iſte iuſſus poſſit reuocari re integra, expreſſè, vel tacitè.
2 ¶ † No. tria, quæ requirunt̃ ad hoc, ut iuſſus ualeat. Primo φ p̃cedat aditionem, & ad hoc ut dicat̃ præcedere ſufficit, quod
non appareat ſecutum eſſe, ut s̃. eo. l. is qui. in fi. & ibi dixi ſm
Bal. & Ang. ĩ hoc differt ab authoritate, q̃ et̃ ſi apparet, φ ſit ſecuta, dum t̃n incontinenti non vitiat actum. ita intellige iſtum
tex. cum gl. ¶ Secundo requirit̃, φ fiat ſpecial̃r, puta de hæreditate talis, & non ſufficit generalis iuſſus, & per hoc dicunt quidam, φ conſenſus patris, qui hodie requirit̃, cum filius agit ſup
aduentitijs per l. cum non ſolum. §. de neceſſitate. de bon quæ
lib. non poteſt præſtari generaliter, puta conſentio, φ agas in
quaecunque cauſa, quam contiget moueri per te; vel ꝯ te. vt
no. in d. §. neceſſitate. facit ad quæſtionem no. in auth. ſacra. φ
non valeat iuramẽtum generaliter præſtitum a minore, quod
non veniet contra aliquem contractum, quem poſtea faciet.
3 † Item allegat̃ φ in caſibus, in quibus requirit ſpeciale mandatum, puta ad petendam reſtitutionem in integrum, non ſufficit generaliter dici, φ poſſit petere reſtitutionem in integrum
in omni cauſa, in qua reſtitutus eſt, ſi fuit conſtitutus ad oẽs lites, ſed debeat dici in cã, quam habeo cum talj. Bar. t̃n tenet cõtratium in l. filius. j̃. de dona & ã. deliber. & poſthum. l. Titius.
¶ Tertio & ult. requirit̃, φ fiat iuſſus ſuper hæreditate iã mortui, vel illius qui dicebat̃, & reputabat̃ mortuus, licet nõ eſſet,
& ualet tunc iuſſus, non φ poſſit adiri hæreditas, antequam ille moriatur, ſed ſortit̃ effectum poſtquam ille mortuus erit.
& non requirit̃ nouus iuſſus, ſed ſi ſciebat̃ viuere, non ualet, &
requirit̃ nouus iuſſus. ex his apparet differentia inter iuſſum,
& aditionem, quia aditio non poteſt fieri de hr̃ditate viuentis,
et̃ ſi putet̃ viuere, ut j̃. eod. l. neminẽ. ſecus in iuſſu. Item aditio
nõ põt fieri ſub ꝯdõne, qa eſt actus legitimus, ut l. actus. de reg.
iur. ſed iuſſus ſic, vt in ſiniſtus primæ partis ibi (vt ſi ſcripſit cum
appareat) & ĩ ſequẽti parte ibi (qđ ſi mãdauit & ibi ſi cõia &c.)
Nec põt fieri aditio p ꝑcuratorẽ, vel p aliũ. j̃. eod. l. Paulus. ſed
iuſſus põt fieri per nuntium, vel epiſtolam, ut in prin §. huius.
4 † No. et̃ hic in princi. duas dr̃ias [a] inter iuſſum, & authoritatem.
a Prima qa authoritas interponit̃ perfecto negotio. intellige interponit. i. interponi põt nã in prin. interponit̃. i. añ actum pfectum, ut j̃. eodem. de uiuc l. nunquam. & etiam in ipſo actu, vt
l. obligari. §. tutor. j̃. de auth. tut. & et̃ poſt actum, vt dummodo
eodem contextu, & incontinenti tam in primo caſu, quàm in
ultimo totum fiat, & ita intelligunt hic gl. & Doct. ſed iuſſus ſẽper dẽt interponi ante, ut hic, quod intellige etiã, ſi actus poſtea ex interuallo fiat, ut patet j̃. in uer. plenè cum gloſſ. & in
§. ſed quid. circa fin. uel ſimul cum actu ſupra, eodem l. is q hr̃s
in fin. licèt poſt actum non, etiam φ incontinenti, ut inuitis
aliàs non eſſet differentia inter authoritatẽ & iuſſum, licèt quidam dixerint contrarium, ut hic no. glo. 2. in uer. Item no. qđ
Cy. dixit, ſed non eſt uerum licèt gl. tranſeat, & ſic notarius debet eſſe cautus, cum conficit inſtrumentum, ut apponat uerba
taliter, φ non appareat actum primo celebratum, & iuſſum poſtea interueniſſe etiã incontinenti. Nec haberet vim ratificationis, qa aliud eſt ratificare, aliud iubere, nã ratificatio ꝓdeſt
in actib. in quib. neceſſarius eſt conſenſus, ut l. fi. C. ad Macedo.
nõ in his, in quibus requirit̃ iuſſus. Alia differentia eſt, quia iuſſus poteſt interponi per nuntium, uel epiſtolam, ut hic: ſecus
in authoritate, ut in gl. 4. ſuper uer. fieri poſſe. q̃ incipit. ſ. iuſſũ.
¶ Quid autem in conſenſu patris, qui hodie requirit̃ in aduentitijs. d. §. neceſſitate dicunt Doct. idem quod in iuſſu, vt poſſit
interponi a pr̃e abſente per nuntium, vel epiſtolam, & p iſtum
tex. & per l. honores. in fi. j̃. de decu. licèt illa l. parum faciat,
quia loquit̃ potius de diſſenſu, & ꝯdictione patris, quæ non fit
ad ſolleniizandum actum, nos loquimur de conſenſu, qui requirit̃ ad ſolennitatem iudicij, ut ibi no. & expreſſe in Spec. de actio. § j. ver. ſed & filius. & ſic videt̃, φ debeat interuenire in ipſo
actu, ſed ſi poſſet interponi a patre abſente, non interueniret
in ipſo actu. Vel dic, φ conſert̃ in tempus ipſius actus, ſi uolu-
5 mus ſequi communem opinionem. † Et idem poſſet quæri, ſi
ſtatutum dicat, φ mulier, vel minor non poſſit agere, vel contrahere ſine conſenſu conſanguineorum, ut illi poſſint præſtare conſenſum per nuntium, vel epiſtolã, ſi hoc eſt in iuſſu, qui
debet præcedere, licet requirat ad ſolennitatem, ſi autem non
ad ſolennitatem, ſed ratione præiudicij, quod poteſt conſeq habens conſentire, & tunc non eſt dubium, φ poteſt interponi
per nuntium, vel epiſtolam, & etiam ex interuallo ratum habẽdo actum dicta l. fi. ad Maced. non ſic, quando non tendit ad
præiudicium: quia tunc cẽſetur requiri ad ſolennitatem, & debet interuenire in ipſo actu, vt not. in Spe. vbi ſupra & pleniſſime per Bal. C. qui admitti. ad bon. poſſ. in l. prima. in fi. ¶ Quid
autem in decreto, an debeat interuenire ante, vel poſt. dic per
Inno. in capitulo dudum. de reb. eccl. non alie. & p Bal. notabiliter in l. quæcunque. C. de bo. quæ libe. & non poteſt interponi p nuntium, vel epiſtolã, vt l. nec quicquam. §. ubi decretum.
6 de offic. procon. † Adde aliam differẽtiam inter authoritatẽ, &
iuſſum, quoniam authoritas debet ſemper interponi pure, et
ſuper contractu conditionali, vt s̃. de auth. tuto. l. ſi conditionalis, ſed iuſſus poteſt interponi conditionaliter, ut j̃. in verſic.
(plane.) ibi (vt ſi ſcripſit eum &c.) & in §. ſeqn. circa fin. ibi (φ ſi
7 mandauit &c.) † Item aliam: nam dicit Innoc. φ debet interponi formaliter authoritas per hæc verba, authoritatem interpono, vel interpoſuit &c. ſecus ſi vteret̃ alijs verbis, vt ipſe no. in
c. conſuetudinis. de conſue. ſecus in iuſſu, in quo ſufficiunt q̃cũque verba exprimentia conſenſum. ut §. ſeq. Sed contra dictũ
Inno. videt̃ eſſe tex. cum gl. in l. 2. s̃. de auth. tut. quæ volunt ſufficere verba conſenſus, & ſic ſufficit dicere, φ tutor conſenſit
contractui pupilli, licet nõ dicat, φ authoritatem interpoſuit:
hoc intellige ſi apparet, quod in ipſo actu conſenſit, ante, uel
poſt incontinenti, ut tunc habeat uim authoritatis, ſecus ſi ante, vel poſt ex interuallo, & ſic poteſt ſaluari dictum Innocen.
8 ¶ † Quid in verbo (licentia.) dicit Bal. quòd debeat interuenire ſm Ang. in Aut. de alie. emph. §. emphyteuſim uerò. & vide quo Inno. in d. c. dudum, & in regula, qui tacet. in mercualibus. Vbi et̃ de præcepto, & de permiſſione, an debeant actum
præcedere. Quid in verbo (conſcientia,) dic, φ importat idem,
quod conſenſus, & ſic poteſt ſequi ex interuallo. vt in d. §. em-
9 phyteuſim vero. ſecundum Ange. † Quid in uerbo, (conſi-
b lio, vel conſenſu, [b] & aſſenſu. dic, ut in c. 1. ne ſede uacan. & iſta
ſunt notanda ꝑpter ſtatuta, quæ faciunt aliquando mentionẽ
de vno, aliquando de alio, vt ſciat̃ quando debet interuenire
ſolennitas a ſtatuto requiſita. In gloſſ. quæ incipit, (ſubaudi) ibi
(& nn. hic argu. φ conſenſus patris poſt ſententiam nõ valet.)
Tu dic, φ immo etiam poſt conteſtationem, quia eum requiratur hodie ille conſenſus, de quo in § neceſſitate. ad ſolenniizandum iudicium dẽt interuenire tempore conteſtationis, quo iudicium inchoat̃ & iſta eſt communis opi. per l. ſi cum dotem. §.
eo autem tempore. ſolu. matr. alias non diceret inchoatum: &
quicquid poſtea fieret non ualeret. ¶ In fi. gl. ibi licet ſit ꝯtrarium argumẽtum. ſupple ad id, quod s̃. dixerat, quod poteſt nõ
parere. Sed reſpondet. φ ſi non vult parere patri, vel domino,
p̃ot pater, uel dominus iudicem adire, uel facere ipſum præciſe compelli ponendo in carceribus, uel aliud ꝑut iudici videbit, ut l. 1. § 1. ſi quis omi. cau. teſt. tamen adhuc his non obſtantibus poteſt nolle adire de facto, & ꝑmittere ſe ſpoliari, & eruciari, ut d. l. 3. C. de hære. inſti. ¶ In gl. ſuper uer. (dẽt.) ibi (Item
hodie in aduentitia filius ſine patre, & pater ſine filio adit) ille
primum eſſe verum, quia ſi filius poteſt patre ꝯdicente adire,
vt l. cum non ſolum. fortius eo nõ iubente, per hoc, quod no.
j̃. eod. l. hæredi poſthumo. in vlt. gl. patri tamen acquirit̃ uſuſfruct. niſi expreſſe contradixerit. ſecundum vero, quod pater
poſſit ſine filio, procedit, quando filius recuſauit expreſſe adire, tunc perdit proprietatem, & acquirit̃ patri, & eſt mirãdum
φ licet patri non fuerit delata hæreditas, ſed filio: tamẽ in patrẽ
transfert̃ ius adeundi. ſic j̃. eodem l. cum quidam. in prin. In ꝑfectitia uero, nihil vr̃ mutatum: & ſic pr̃ non põt adire ſine filio, nec filius, ſine patre, & eius iuſſu, & põt pr̃ compellere filiũ
ad repudiandum. ergo non poteſt filius adire ſine iuſſu pr̃is, vt
dixi ſupra eodem l. is qui. in fin. ¶ Quæro quid ſi pr̃ eſt præſens,
& tacẽs tpe, quo filius adit, an uideat, iubere? vr̃ φ nõ, & ſic nõ
valebit aditio: licet in actu, quem facit pater præſente filio, facilius præſumat̃ conſenſus filij, ut no. in l. ſi eum dotem. §. j. ſolu.
ma. de hoc vide quod habet̃ in l. filius. s̃. de tut. per Bar. in d. l. cũ
dotem. §. tranſgrediamur. an pater præſens. & tacens videat̃ filio præſtare conſenſum: ubi diſtinguit, an ſit actus, cui pater teneatur conſentire, uel non.

ADDITIONES.

a Differentias inter iuſſum. & authoritatem. Adde Cy. in l. j. §. ſed ego. ff. quod iuſſu. Bar. in l. j. §. neceſſitate. C. de bon. quæ lib. glo. in c. j. de reb. eccle. non alie. lib. 6. in cle. j. de iud. Card. Zab. in c. quoniam Abbas. de offi. deleg.

b In quo autem differant conſilium, conſenſus, ſiue aſſenſus. vide in cle. exiui. §. rurſus. & ibidem. de uerb. ſig. c. in uerb. de elec. & ... c. cum olim. Et in regula nullus ex conſi. lib. 6.

t *Iuſſus quomodo intelligatur.*

a *De æquipollentibus uerbis idem eſt iudicium.*

Qui vult adire hæreditatem de iure prætorio, cenſetur etiam eam uelle de iure ciuili.
Quid in petente bonorum poſſeſſ.
3 *Ratihabitio quæ fit ad ualidandum actum geſtum importat mandatum ſuper actu gerendo.*
4 *Si cum quis recepiſſet iniuriam ab aliquo inimico ſuo dixit famulo ſuo, non reuertaris ad domum, quin ſentiam nouum, & ille famulus iuit, & interfecit inimicum, quod debeat dominus puniri, ac ſi mandaſſet.*
5 *Creditor ſi dicat debitori, amice ego indigerem illa pecunia, quòd videatur ipſum interpellaſſe, & in mora conſtituiſſe.*

1 **§.Sed quid.** †Iuſſus intelligitur quocunque modo, &
per quæcunque verba voluntas iubẽtis
apparcat, etiam ſi ſint enunciatiua, & poteſt fieri ſub ↄdõne, &
cum certa limitatione h.d. vſque ad §. ſed ſi mandauit. & gloſſ.
dicit, ꝙ niſi ſeruet forma tradita à iubente, non valebit aditio,
facit l. diligenter. ſ. manda. ¶ No. 1. ꝙ quantum ad iuſſum non
requirit certa forma verborum, ſed ſufficiunt quæcunque ver
ba, per quæ appareat de conſenſu iubentis, nõ ſic in authorita
2 te, ſm Inno. vt dixi in præce. §. ¶ †Item no. ꝙ de æquipollentib.
a verbis idem dẽt eſſe iudicium. Item no. ibi (ſi vt petat bonorum
poſſ.) ꝙ qui vult habere hæreditatem de iure prætorio, cenſet ẽt
eam velle de iure ciuili, vñ licèt iuſſerit, ꝙ petat bon. poſſ. iſte
iuſſus importat vt etiam poſſit adire. Quid in ipſo petente bo.
poſſ. an cenſeat velle hæreditatem de iure ciuili, vt ſic efficiatur
hæres vtroque iure? dic ut l. puberem, & l. ſuum hæredem. C. de
3 iu. delib. ¶ †Item no. deligenter ibi bo. po. ratam habuit, &c. ꝙ
b ratihabitio[b] quæ fit ad validandum actum geſtum, importat
mandatum ſuper actu gerendo: quia ſi ratificauit petitionem
bon. poſſ. iam factam, cenſet voluiſſe, ꝙ poſſit adire, & ſic actus
qui fit ad conſeruandum aliquid de nouo inducit, qđ facit pro
eo quod no. Bar. in l. 3. in prin. de acq. poſſ. & ↄ id qđ dixi in l. is
qui putat. ſ. eo. Adde quod dixi in l. ſi quis filio exhrdato §. irri-
4 tum. ver. qua rõne. j. de iniu. teſt. ¶ †Vltimo per iſtum tex. cum
qdam recepiſſet iniuriam a quodam inimico ſuo dixit famulo
ſuo, non reuertaris ad domum quin ſentiam nouum. ille famu
lus iuit, & interfecit inimicum, an debeat ille puniri, ac ſi man-
daſſet? determinatum fuit, ꝙ ſic, & fuit ille decapitatus Floren-
tiæ ſm Bar. ꝑ iſtũ tex. qa ſatis ex illis uerbis cõſtabat de ſua vo
5 luntate: nec alia forma verborum reqrebat. †Alle. ẽt iſte tex. in
ver. (pr̃ filio.) ꝙ ſi creditor dicat debitori, amice ego indigerem
illa pecunia, ꝙ videat ipſum interpellaſſe, & in mora cõſtituiſ-
ſe. licèt ſint verba enuntiatiua. facit l. eo modo. de leg. 1. & no. ꝑ
Doct. in l. inimicorum. C. qui ex cau. in inte. teſti. non eſt neceſ.

ADDITIONES.

a De æquipollentibus. Adde c. in his. de ver. ſign. Car. in c. licèt. §. ex præmiſſis. de probatio.
b Ratihabitio. Adde in regula. ratihabit. de re. iur. lib. 6.

1 *Error in iubente, quando vitiat iuſſum.*
2 *Iuſſu non determinato, quia non dixit, quod adiret pro parte, uel ex teſtamento, ſed ſimpliciter, licèt iubens putaret unum, & eſſet alterum ſufficit quod mandatarius facit meliorem conditionem iubentis, uel non faciat deteriorem, & ualebit actus, ſecus ſi deteriorem.*
3 *Quid in mandato non determinato.*
Error in iubente non ſemper uitiat iuſſum, licèt error in adeunte vitiet.
4 *Si mandaui tibi, ꝙ occideres Titium, & tu non occidiſti, ſed vulneraſti, uel aliam iniuriam feciſti, quòd teneat, ac ſi illud tibi ſpecialiter mandaſſem.*
5 *Quid econtra, ſi mandaui, quòd percuteres, & occidiſti?*

1 **§.Sed ſi mandauit.** †Error in iubente vitiat iuſ-
ſum, quando ſi non vitiaret,
efficit deterior cõditio iubentis per aditionem, ſecus ſi melior
vel deterior. Itẽ iuſſus ſuper una hrditate, ad aliam non porri-
git. Item poteſt reuocare expreſsè, & tacitè, añ ſecutam aditio-
a nẽ. h.d. vſque in fi. ¶ †No. ergo, ꝙ iuſſu non determinato, qa nõ
dixit, ꝙ adiret ꝓ parte, vel inſolidum, vel adiret ex teſtõ, vel ab
inteſt. ſed ſimplr. licèt iubẽs, putaret vnũ, & eſſet alterũ, ſufficit
ꝙ mandatarius faciat meliorem ↄdõnẽ iubẽtis, licèt aliquid fa
ciat præter ꝓpoſitum illius, vel nõ faciat deteriorem, & ualebit
3 actus, ſecus ſi faciat deteriorem. †hoc ẽt habemus in mandato
non determinato, qñ aũt eſt determinatũ, tũc aut mandatarius
facit oĩno aliud, q̃ ſibi fuerit mãdatũ, & nõ valet actus. Aut non
oĩno aliud, ſed fuit aliqualiter tranſgreſſus, & tũc ſeruanda eſt
diſtinctio de qua ſ. an fecerit ↄdõnem meliorem, an nõ, vt hęc
bñr in l. 3. cum l. ſeq. & ſe. ſ. mand. hoc ẽt ꝓbat hic, qñ fecit non
aliud, ut ſi iuſſit de hrditate teſtatoris, & adiuit hrditatẽ pupil-
li, qđ nõ valet, ẽt ſi ↄdõ iubentis facta fuerit melior. Itẽ no. hic,
ꝙ error in iubente non ſp vitiat iuſſum, licèt error in adeũte vi
4 tiet. dixi ſ. eo. l. ſi quis cũneos. §. ſciendũ. †Bal. inducit iſtum tex.
ꝙ ſi mandaui tibi, ꝙ occideres Titiũ, tu non occidiſti. ſed vul-
neraſti, vel aliam iniuriam feciſti teneor ac ſi illud tibi ſpãliter
mãdãſſẽ, qa ſi mãdaui, qđ periculoſum erat, & uolui de illo te-
neri fortius id, minus periculoſum, vt colligitur ex iſto text.
qñ iuſſi, ꝙ adiret ex teſtõ, quod erat periculoſius, & ipſe adiuit
ab inteſt. qđ eſt minus periculoſũ. nã vr̃ aditio facta iuſſu meo,
5 ut hic patet. †Sed ecõuerſo, ſi mãdaui ꝙ pcuteres, & tu occidi-
ſti, ſi qdẽ tibi mãdaui, ꝙ pcuteres manu vacua, nõ teneor: qa ve
riſiſe nõ erat ex tali pcuſſione dẽre mortẽ ſeq. ſi aũt, ꝙ vulnera
res gladio, tũc teneor: qa poterã veriſilr opinari, ꝙ ex hoc poſ
ſet ſequi mors. ergo &c. vt in c. fin. de ho. lib. 6.

LEX XXVI.

L.Si ego. Qui vult portionẽ ſibi delatã p aliũ, eo ipſo vr̃
adire delatã ſibi. h.d. qa erat in ſua ptãte eã adi
re. non ſic econuerſo. vt in glo. & dic, ut ↄ. eodem l. ſi ſolus.

LEX XXVII.

L.Neminem. Vt quis gerat ſe pro hærede neceſſe
eſt illum mortuum eſſe, in cuius bo-
nis geri debet. h.d.

LEX XXVIII.

1 *Si feciſti mecum aliquem actum tanquam procurator Titij, an tenearis mihi edere inſtrumentum procurationis.*
2 *Quid ſi feciſti aliquam proteſtationem, an tenearis edere inſtrumentum proteſtationis.*

1 **ARiſto.** †No. in hac l. ꝙ hæres, qui deliberat de ade-
undo, põt petere ſibi oſtẽdi inſtr̃a hæredita
tia, vt poſſit melius deliberare. & non vr̃ per hoc adire,
a vt l. ſeq. † Et inducit Bal. ꝙ ſi feciſti mecum aliquem actũ tanq̃
procurator Titij, tenearis mihi edere inſtr̃m ꝓcurationis, vt ex
eo poſſim me defendere ↄ Titium, & ſi feciſti aliquam ꝓteſta-
tionem tenearis edere inſtr̃m ꝓteſtationis: certè debeo hoc pe
tere a notario, q fuit rogatus, non a te, quia fortè non habes.

LEX XXX.

1 *Impeditus iubere propter abſentiam ſui, vel filij, reſtituitur ad commodum hæreditatis, ut eam habeat, ac ſi fuiſſet adita iuſſu ſuo.*
2 *Reſtitutio id concedit, quod abſtulit læſio.*
3 *Licèt filio recuſante expreſſe adire, ius adeundi tranſeat hodie in patrem, ſi tamen non recuſauit expreſsè, ſed mortuus eſt, ea non adita non transfertur in patrem, niſi filius eſſet infans.*

1 **CVm quidam.** †Impeditus iubere pp abſentiã
ſui, vel filij, reſtituit ad commo
dum hrditatis, vt eã babeat, ac ſi fuiſſet adita iuſſu ſuo.
h.d. & ĩtellige hic, ꝙ filius mortuus erat hrditate nõ adita, & ſic
pr̃ eã adire nõ poterat. mero iure: ſed qa fuerat impeditus iube
re, vt adiret, vel pp ſuã abſẽtiã ſm primam lect. vel pp abſẽtiam
filij, ſm ſcdm reſtituit ex ti. qui. ex ca. ma. & gloſſ. intelligit, ꝙ re
2 ſtituat, ut poſſit adire. Bal. & Ang. contra quia † reſtitutio[a] id ↄ-
a cedit, quod abſtulit læſio. vt l. ꝙ ſi minor §. reſtitutio. de mi. ſed
læſio nõ abſtulit ius adeundi, qa pr̃ ipſum nunq̃ habuit, ſed ſẽ
per ſint penès filiũ, ergo nõ dẽt ſibi reſtitui, qa illud erat pſona
le cohærẽs pſonæ filij. dicit ergo, ꝙ reſtituit ad cõmodũ hrdita-
tis, & ad iura vtilia, ut habeat pinde, ac ſi hrditas fuiſſet adita p
filiũ iuſſu pr̃is. Et hoc eſt vtile, qa ſtatim reſtõne ↄceſſa hẽbit pr̃
iſta iura, ſine noua aditiõe: & trãſmittet ad ſuos hrdes, ſed ſi ẽt
neceſſaria aditio. vt gl. vult, niſi fieret, nõ hẽt iura, & nõ trãſ-
mitteret ad ſuos hrdes. Et hẽt locũ iſta l. ẽt hodie, qa licèt filio
recuſãte expſsè adire ius adeũdi trãſeat hodie in prem p l. cũ
nõ ſolũ. de bo. q̃ li. qđ olim nõ erat, ſi tñ nõ recuſauit expſsè, ſed
mortuus eſt ea nõ adita, rtãſfert in prem, ſm Doct. ibidẽ. quia
ſpãle eſt i filio infante, vt eo mortuo pr̃ adire poſſit. l. ſi infanti.
C. de iur. del. ergo in ↄtriũ ẽ ius cõe, ſm ꝓdictos Doc. Bal. & Ang.
& bñ. ¶ In gl. q̃ inc. (nã ira.) ibi (nã bñ ſubuenit in lucro.) hoc ve
rũ, ſi potuiſſet illud ↄſequi ſine iniuria alterius, ſi nõ fuiſſet ab-
ſens, vt erat illud de quo hic, alˀs ſecus, ut in loco pſcriptionis, ſi
pp abſentiã fuit interrupta, & ſic potuit illud ↄſequi, nam non
reſtituit, vt habeat ꝓ non interrupta. ut l. denique. ſ. qui. ex ca.
ma. quia non ſine iniuria dñi ↄ quem præſcribitur. Et facit l. u
cui. §. j. de fur. Sed op. cõ gl. nam poſito, ꝙ iſte pater non fuiſſet
abſens

ADDITIO.

a Reſtitutio. Eſt enim in priſtinum rei ſtatum repoſitio. ut d. l. quòd ſi minor. ut ibidem per Bar. Et adde eundem plene in l. ab hoſtib. §. ſed quòd ſimpliciter. ad fi. & in 2. col. uer. ueritas eſt ff. ex qui. ca. ma. & Spe. ti. de reſt. in integ §. 1. in 2. par. & Car. in cle. 1. in 3. no. de reſt. in inte. Quibus addere potes eundem Bar. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſth.

abſens.non ꝑpea ſequitur. ꝙ iſtud lucrum fuiſſet omnino habiturus,quia poterat filius non adire eius iuſſu,ergo videtur,ꝙ nō debeat ad ipſum reſtitui.ac ſi omnino fuiſſet habiturus. ar. in l.naturalem.§.1.de acq.re.do.vbi eſt bon.tex.in ſimili.So.hoc contingit pp veriſimilitudinem,& præſumptionem quæ eſt, vt filius debeat obedire patri:alias procederet contrariū,ꝙ nō deberet reſtitui ad lucrum incertum:tene menti.facit ad ea, quæ hñr in l.j. C.de ſen. quæ pro eo. an poſſit peti veriſilr fructus ſi habuiſſet pecuniam:vt quia erat negotiator, an non,vt ēt no.
3 in l.3.§.fi.de eo quod cer.lo.¶ † In gl.ſe.circa fi.ibi.Sol. plus iuuant hæc bona.nam reſtitutio q̄ concedit ex ti.de min. fundatur ſup iure ſingulari.ſ. minori ætate, ſed illa, q̄ ex ti.q. ex cau. maio.fundatur in ratione naturali:& ſic in iure cōi pp iſtud impedimentum,ſed ius cōe magis extenditur,quam ius ſingulare:facit l.eius militis.§.militia. de teſt.mil.& quod no.glo.in l.1. C.ſi aduer.ven.præterea pater.ita dr̃ impediri propter abſentiā filij,ſicut per ſuam.nimirum ſi propter vtrâque reſtituitur. ſed non ſic ætas filij,vel fragilitas eius,dr̃ ætas patris, vel eius fragilitas,vt ſic propter eam reſtituatur pater. & iſta eſt clarior.

2 *Proximus heres dicitur, qui ſuccederet non nato poſthumo.*
Si venter erat plenus, non poſſum ſuccedere: idem ſi non erat, ſed ego putabam eſſe: & hoc niſi eſſet inſtitutus vnà mecum,vel exhæredatus. & vide num. 1.
3 *Mulier ſi fuit inſtituta, & venter præteritus, ſi ſcit ſe non eſſe prægnantem, poteſt adire.*
4 *In his quæ dependent ex mera voluntate mea, ſi non ſum certus de veritate per ſenſum corporeum, ſed opinior inclinando animum meum ad vnam partem, an debeat inſpici mea opinio, vel veritas.*
5 *In his in quibus non poſſum habere certitudinem, per propriam, & veram ſcientiam, ſeu ſenſum corporeum: puta, an aliqua mulier ſit prægnans, debeo potius ſtare opinioni eorum, qui poſſunt melius ſcire, quàm ego, vt dicto mulieris, vel obſtetricum.*
6 *Si epiſcopus, vel eccleſia mandaret mihi ſub pœna excommunicationis, ꝙ facerem aliquid contra conſcientiam meam, & ego ſcio veritatem debeo potius pati excommunicationem.*
Quid ſi non haberem perfectam ſcientiam.
7 *Syndicus communicatis ſi tenetur ſub pœna denuntiare maleficia, & publica vox & fama eſt, quòd ipſe ſyndicus commiſit aliquod maleficium, & ipſe eſt certus de contritio: non tenetur denuntiare ſeipſum, non ſic ſi publica uox, & fama eſt de alia, licèt non commiſerit: & etiam ipſe credat, quòd non commiſerit.*
8 *Poteſt eſſe fama de aliquo negatiuo, vt ꝙ talis mulier non ſit prægnans.*
Quid ſit fama.
9 *Quis dicatur conſanguineus.*
10 *Venter qui non eſt pariturus ſuum, an mittatur in poſſeſſionem ex edicto de ventre in poſſ. mit.*

1 §.Quod dicitur. † Venter q̄ pariturus eſt poſthumum, qui me impedit ſuccedere, ſimiliter antequam naſcatur me impediet, ſi re uera erat plenus. vel etiam non erat, ſed ego putabam eſſe. ſi autē non erat, nec ego putabam eſſe, ſed ſciebam non eſſe, uel etiam opinabar, & mea opinio iuſta ratione fundabatur me ſuccedere nō impedit uel adire.h.d.in effectu uſque ad §. ſuum hæredem. licet per multa uerba ſe inuoluat,ut dicit gl.pe.ſuper verbo ꝓficit,quæ incipit,ſed nec tunc. Et quia tex.eſt infraſcatus diuide q̄a primo ponit vnam rl̃am antiquorum continentem tres caſus, duos negatiuos,in quibus adire non poſſum,& tertiū affirmatiuum,in quo adire.poſſum.uſque ibi:(non ſolum.)Secundo oſtendit illam regulam habere locum in tribus caſibus.ſ.in cauſa teſtati,& inteſtati: & iſte eſt unus. Item ſiue uenter pariturus eſt ſuum hæredem, ſiue non ſuum,licèt legitimum, uel conſanguineum:& iſte eſt alius.Item habet locum ſiue tractet de ſucceſſione fienda de iure ciuili,ſiue de iure prætto.per bon. poſ.& iſte eſt tertius. Et aſſignat rōnem quare poſthumus anq̄ naſcatur me impedit,cum non ſit in rerum natura. Et dicit io quia hr̃ pro nato in his quæ concernunt eius commodum, ſed ſi eſſet natus me impediret,ut ponitur in themate: ergo antequam naſcat̃,uſque ibi:(ſiue igitur.) ibi,(tertia in qua concludit)infert ad caſum propoſitum,& in illo ver. debet incipi caſus in terminis,vt omnia bene correſpondeant,vſque ad ver.ꝙ dr̃(ſi imputetur.)Ibi quarta in qua determinat tria dubia circa illud verbum regulæ, dum dicitur,(ſi putetur eſſe prægnans.) Primo quid ſi non putabatur per me prægnans,nec etiam erat: & ſic mea op.concurrebat cum ueritate,vſque ibi:(quid ergo) Secundo quando non putabatur per me prægnans,tamē erat: & ſic non concurrebat cum veritate vſque ibi,(ſed ſi ipſa.)Tertio quia locutus eſt in ſuperioribus in illo qui non pōt eſſe certus,an ſit prægnans,vel non,licèt poſſit opinari, ꝙ ſit, vel non ſit,ponit quid iuris in ipſa muliere,quæ dicitur ꝓgnans inſtituta,& ventre præterito,quæ poterat eſſe certa ante ſi eſſet prægnans,vel non,ſi putabat ſe prægantem cū non eſſet, an opin. ſua ſibi noceat, ut non poſſit adire tanq̄ incerta de uiribus teſtamenti,& determinatur,ꝙ ſic:ſicut noceret,cuilibet alteri, q̄ nō poſſet eſſe certus. Pone ergo caſum,ꝙ quidam inſtituit me hæredem extraneum, & uentrem uxoris ſuæ præteriit. certum eſt,ꝙ ſi naſceretur poſthumus,impediret me ſuccedere:q̄ rumpet teſtamentum, quæritur an impediat me tanquam naſcat̃, videbatur,quod non:quia teſtamentum eſt ualidum, & non eſt in rerum natura qui poſſit me impedire,Iuriſconſultus antequam reſpondeat ad iſtam quæſtionem præmittit vnam regulam antiquorum,quæ dicit,ꝙ proximus hæres a filio poſthumo ſi mulier eſt prægnans,uel ipſe putat eam eſſe,licèt non ſit,
2 adire non poteſt. † Dicitur aūt proximus [a] ille,qui ſuccederet
a non nato poſthumo,ſed ego hic ſuccederem: ſi autem ſcit eam non eſſet prægnantem bene poteſt ſuccedere. Ex his infert ad deciſionem in ver.(ſiue igit̃.)vt ſi uenter erat plenus, non poſſim ſuccedere, idem ſi non erat,& ego putabam eſſe.hoc tamē q̄ñ poſthumus erat præteritus, quia tunc naſcendo impediret me ſuccedere:ſecus ſi erat inſtitutus una mecum : uel exhæredatus, quia naſcendo non impediret me ſuccedere : nec rūperet teſtamentum:ideo ēt antequam naſcatur non impedit,vñ ſi erat exhæredatus,non impedior adire inſolidum, ſi eram inſtitutus,& nullus erat in utero.Idem ſi aliqs erat in utero poſſum adire ꝓ portione,quæ me contingit habito reſpectu ad numerum eorum,qui ſunt in utero,qui eſt certus in rerum nã,licet apud nos ſit incertus,unde ſi erat unus efficior hæres in dimidia,ſi duo in tertia.& ſic de ſingulis.ut ſ̃.ſi pars hæred. pet.l. Illud.& ĩ.l.ea.§.ſuum hæredem: ſed ſi in rerum natura nō erat certum,quot deberent eſſe:q̄a mulier ꝯceperat, & non erant adhuc tranſacti xl.dies ita,ꝙ poterant plures formati partus,& uſque ad ſeptem,elligitur media uia,ut efficiatur hæres interim in quarta,& poſtea in plus,& minus ſecundum quod formabūtur ut in d.§.ſuum hæredem.cū ibi no.& l.antiqui.ſi pars hær. pet.¶ In tex.ibi(quod dicitur.)quæritur hic quomodo intelligatur uerbum regulæ in ſecundo caſu:dum dicit:aut putāt eſſe ſupple licèt non ſit:ponamus enim quod non eſt, & non putatur eſſe:immo qui uult adire putat contrarium,ꝙ ſit, utrum iſta ſua opi.ſibi proderit? & reſpondetur, ꝙ ſi non eſt rationabilis,ſibi non prodeſt,puta ſi ipſa mulier aſſerebat ſe eſſe:nā debebat illi credere,uel ſi obſtetrices hoc aſſerebant,licèt mulier non,adhuc debebat illis credere, vel ſi nec mulier,nec obſtetrices,ſed cōis opi.erat, ꝙ eſſet, ipſe autem ſolus credebat, ꝙ non eſſet,certè iſta opinio dicitur temeraria, & ſibi non prodeſt: ſi autem cōis opin. erat ꝙ non eſſet prægnans, & etiam ita erat in veritate,& tunc ſua opinio ſibi prodeſſet, poſtquam iſta tria concurrunt:& hoc vſque ibi: (quid ergo.) ſed ſi re vera erat ꝓgnans,& ſic ſua opin.non concurrebat cum veritate. licèt cōiter reputaretur non prægnans:& etiam ipſa,& obſtetrices hoc dicebant,adire non poteſt.quia poſt in contrarium ſe habet veritas:& hoc erat certum in rerum natura,illa potius inſpicitur, quàm opin. prædictorum,in tantum ꝙ ſi tunc adeat,non valet
† aditio,nec reconualeſcit,licet poſtea abortiuū faciat. ¶ † Ipſa autem mulier ſi fuit inſtituta,& venter præteritus,ſi ſcit ſe non eſſe prægnantem poteſt adire:quia de hoc poteſt eſſe certa,nec tunc eſſet curandum de eo quod dicerent obſtetrices: aut ꝙ cōis opin.in contrarium.illud enim inſpiceretur in eo, qui nō poteſt eſſe certus,& ſic non poteſt dici, quod ſciat, ſed opinet̃. iſta autem dicit ſcire: & ideo locum haberet tertius caſus regulæ ꝙ ſi ſcit ſe non eſſe prægnantem adire poteſt. ſi autem credit ſe prægnantem, & tamen non eſt: licèt ſua credulitas non videatur iuſta: attamen ſibi nocet, ſicut noceret cuilibet alteri, q̄ non poſſet eſſe certus, & ſic non poterit adire,hoc dicit vſq. ad fin. ¶ Not.ergo plura ex iſto verſ. in quo dicitur primo expoſitio illius verbi:(ſi putetur.) quia exponitur ideſt putari debet. Nam poſito, ꝙ non putetur prægnans,ſi m̃ debet putari: quia ipſa mulier ſe aſſerit, vel obſtetrices, vel eſt cōmunis opin. perinde quis impeditur adire, acſi putaret ipſe eam ꝓgnantem. ſimile nota.in leg.ſed Iulian.§.quod dicitur. ad Maced. in glo.
4 & facit l.3.§.1.in fin.de ali.lega. ¶ † Secundn no.bonam doctrinam, quód in his quæ dependent ex mera voluntate mea, ſi non ſum certus de veritate per ſenſum corporeum, ſed opinor inclinando animum meum ad vnam partem:& quæritur an debeat inſpici mea opinio, vel veritas,diſtinguitur.aut mea opinio concordat cum veritate : & eſt rationabilis: & tunc vtraque inſpicitur,& habetur pro perfecta ſcientia,& perinde adire poſſum, ac ſi per ſenſum corporeum ſcirem. Aut non erat iuſta mea credulitas : & tunc neutra inſpicitur, quod pater:

ADDITIO.

a Dicitur autem proximus. Adde quis dicatur proximus. Vide no.in c.proxim. de pœ.diſt.1.& in c.Ioſeph de verb.ſin. & quot modis dicatur proximus, dic ꝙ quatuor modis de q̄b.memorat Card.Zab.in c.nulla in 3.no. de conceſſ.ꝓben.

patet.quia utraque tendit, vt adire poſſim.ſi non erat pgnans,
& ego ita putabam, & tamen adire non poſſum,quia nō habe-
tur pro defecta ſcientia,poſtquam non eſt rationabilis , ſed ha-
betur pro dubitatione , quæ impedit aditionem , ſi autem opi-
nio diſcordat a ueritate,tunc inſpicitur illa,quæ nocet,& non
illa,q̃ prodeſt,nam ſi non erat prægnans, & ego putabam eam
eſſe,inſpicitũ mea opinio,quæ mihi nocet,ut adire non poſſim ,
non ueritas quæ prodeſſet.econuerſo ſi erat prægnans , & ego
putabam non eſſe,inſpicitur ueritas,quæ mihi nocet , & nō o-
pinio quæ prodeſt:& ſic non poſſum adire,ut hic in uer.(quid
ergo ſi prægnans.)In his autem quæ non dependent ex uolun
tate mea duntaxat,inſpicitur veritas potius,q̃ opin.ut dixi.ſ̃.e.
l.qui in alien.§.ſi is qui.per l a.§.i.ĵ. de actio.emp.& l.regula.§.
5 a.vel.3.ſ̃.de iur.& fa.ign.¶ † Tertio. no. diligenter.quod in his
in quibus non poſſum habere certitudinem per propriam , &
ueram ſcientiam,ſeu ſenſum meum : puta, an aliqua mulier ſit
prægnans,debeo potius ſtare opinioni illorum, q poſſunt me-
lius ſcire,quam ego:puta,dicto mulieris,uel obſtetricum : & ſi
ↄ̃dicunt potius dicto obſtetricum , quam mulieris,uel ſi neu-
træ dicunt,communi opinioni potius, quam meæ . Non ſic in
illis de quibus poſſum habere perfectam ſcientiam, per ſenſum
corporeum,quia potius debeo ſtare ſcientiæ mei ſolius, ſi ſum
certus de ueritate,quam dictis quotumcunque in cōtrarium ,
ut patet hic in muliere,quæ ſcit ſe eſſe non prægnantem, vnde
poteſt adire,licet obſtetrices, uel omnes alii crederent contra-
6 rium,& pro hoc ĵ.e.l.fi.† Et iſtud facit pro eo,quod dicunt Ca
noniſtæ,ſi epiſcopus,uel eccleſia mandaret mihi ſub pœna ex-
communicationis,quòd facerem aliquid contra conſcientiam
meam,ſi ego ſcio veritatem:puta,mandat mihi quod cohabitē
cum illa,quam ſcio non poſſe eſſe uxorem meam,vel rōne con
ſanguinitatis,vel affinitatis,ꝙ tunc debeo potius pati excōica-
tionem q̃ facere contra propriam conſcientiam informatā a ve
ra ſcientia.Sed ſi ſuper aliquo de quo non haberem perfectam
ſcientiam,de quo deberem ſtare iudicio aliorum potius quàm
meo,debeo conſcientiam deponere,licet habeam meam in cō
trarium,& obedire præcepto, vt not.in c.inquiſitioni. de ſentē.
7 excommuni.¶ †Facit etiam ſi ſyndicus comitatus tenetur ſub
pœna denuntiare maleficia, & publica vox,& fama eſt , quod
ipſe ſyndicus commiſit aliquod maleficium , & ipſe eſt certus
de ↄ̃rio,non tenetur denuntiare ſeipſum, nec incidit in pœna,
non ſic ſi publica vox, & fama eſt,ꝙ alius commiſit,licet nō cō
miſerit,& ēt ipſe crederet,ꝙ non commiſerit. nō tñ eſt certus,
tiam non dēt ſtare ſuæ credulitati,ſed ei quod cōiter dr̄ , & de-
nuntiare,alias punitur,& licet poſtea reperiatur,quod ille non
commiſerit , non punitur iſte tanq̃ calumnioſus denuntiator,
q̃a publica vox , & fama ipſum excuſat a calumnia poſtq̃ tene-
tur ei ſtare,vt hic colligitur,& ſ̃.de her.inſt.l.fin.& ĵ. de adul.l.
miles.in l.fi.& in l.præſens.C.ſi ſeruus aut lib.ad decu.aſpi.l.10.
8 ¶ † No.etiam quod poteſt eſſe fama de aliquo negatiuo, puta,
ꝙ talis mulier non ſit prægnans . Item , quod fama eſt opinio
multorum.quod exponunt Doct.i.maioris partis populi, ſi eſt
de aliquo magno quod ad notitiam totius populi veriſimiliter
debet peruenire, uel maioris partis viciniæ,uel cognoſcentiũ,
ſeu amicorum, ſi eſt de aliquo paruo,quod ad notitiam totius
populi ueriſimiliter peruenire non debet,puta,an aliqua mu-
lier ſit prægnans,uel non. & ita intelligitur hic.¶ Vltimo recol
lige quatuor caſus. Primus quando mulier eſt prægnans,cuius
venter ſuit præteritus,& tunc inſtitutus indiſtincte non poteſt
adire. Secundus,quando non eſt,licet inſtitutus putat eſſe, &
idem nec curatur,an ſua opinio ſit rationabilis,uel non, Ter-
tius caſus eſt,qñ non eſt inſtitutus, & ſcit per propriam ſciētiā
quod non eſt , & tunc indiſtincte poteſt adire , nec curatur di-
ctum obſtetricum. vel aliorum : hoc tamen non poteſt proce-
dere,niſi in ipſa muliere,quę poteſt habere perfectam ſcientiā.
& iſti tres caſus ponuntur in regula,quæ ponitur in princ. Eſt ,
& quartus caſus, qui additur p interpretationem in hoc verſi.
(quod dicitur.) quando non eſt, tamen inſtitutus hic neſcit p-
fecte,ſed credit , vel vehementer opinatur, cum non ſit , & ſic
ſua opinio concurrit cum veritate , & tunc adhibetur diſtin-
ctio de qua hic,an ſua opinio ſit rationabilis. quia cum ea con
currat dictum mulierum obſtetricum,uel cōmunis opinio , &
habetur pro perfecta ſcientia: aut non,& tunc hr̄ p dubitatio-
ne,& in hoc ſtat tota ſubſtantia huius § & quod dixi in inſtitu
to,locum habet,ſi ille de cuius hæreditate agitur, deceſſit inte
ſtatus,& aliquis inferioris gradus a poſthumo vult adire,q̃a nō
ſupereſt de præſenti,qui habeat eum impedire , ue nō poſſit in
caſibus, ut ſupra dixi inſtitutum non poſſe , & in quibus ſi po
ſthumus naſceretur,impediret ipſum ſuccedere, alias ſecus, vt
9 infra ea.l §.ſuum hæredem.¶ † In gl.ſuper uerbo, (conſangui-
neum.) id eſt cognatum contra iſtam expoſitionem opp. quia
a conſanguineus dicitur frater ex latere patris cōiunctus l.poſt
conſanguineos,infra de ſuis,& leg. Sol.tribus modis ſumitur.
Primò ſtrictè,& propriè,ut ibi. Secundo pro cognato ſimplici,
qui non eſt agnatus. quando iſtud uerbum iungitur cum ver-
bo,legitimum.ut hic.niſi enim ita ſumeret,nihil adderet, quo-
niam appellatione legitimi uenit frater ex latere patris coniũ -
ctus,& etiam quilibet agnatus, & iſtum reſpectum habuit hic
gl. Tertio ſumitur largiſſimè pro quolibet coniuncto per ſan-
guinem ex latere maſculino,uel fœminino , ut in ti.de conſan.
& aff.& ita ſumitur ſ̃m communem uſum loquendi,quod no.
pro ſtatutis ſi facerent mentionem de conſanguineo,ut intel-
ligantur ſecundum iſtum tertium modum,quia uerba debent
intelligi ſecundum communem vſum loquendi.vt l.liberorũ.
10 §.quod tamen Caſſius.de leg.3. ¶ † In fin.gl.tenet ergo iſta glo.
ꝙ venter,qui non eſt pariturus ſuum , non mittat in poſſeſſio-
nem ex edicto de uentre in poſſeſſionem mittendo,& idem te-
net alia gl.quæ incipit,ſi habeas in prin. de quibus uidetur tex.
in l.1.in §.1.co.ti. Contrarium plenè diſputando determinat gl.
in l.fi.eo.ti.in hoc tamen differunt,quia quando non eſt paritu
rus ſuum,ita demum mittitũ , ſi non ſupereſt aliquis, qui faciat
ei controuerſiam, ꝙ nō ſit filius talis defuncti,ſi autem ſuper-
eſt,non mittitur,ſed quādo eſt paritura ſuum, & tunc mittitur
cauſa cognita:& differtur qō in tempus pubertatis , hæc patēt
in l.ubicunque.§.interdum.e.ti.Item quando eſt paritura ſuũ ,
ita demum mittitur, ſi non habet aliunde,unde ſe alat mater,
ut l.extraneo.eod.ti.ſecus ſi eſt paritura ſuum.¶ In glo.ſeq.ibi,
(ſed in quo differat a ſuo.ſubaudi alius,qui eſt in eodem gradu
cum poſthumo,neuter tamen ſuus. Nam poſthumus non im-
pedit eum de præſenti ſuccedere a caſu , quando uterque eſt
ſuus.nam & tunc non impeditur iam natus ſuccedere,ut ſupra
uoluit gl.quia iſti non ſunt inferiores, de quibus loquitur tex.
¶ Tamen gl.quęrit,quæ ſit differentia inter iſtos caſus, quādo
neuter eſt ſuus,uel uterque eſt ſuus,& tamen uterque eſt in eo
dem gradu,& aſſignat dr̄iam,quia quando uterque eſt ſuus,cũ
ille,qui eſt iam natus,& vult ſuccedere efficiatur hæres per l.ēe
ignorans,ſi uenter eſt uacuus efficitur hæres inſolidum, inſpe-
cta ueritate,quæ eſt in rerum natura , de qua lex eſt certa , licèt
ipſe credat eſſe plenum,& non inſpicitur ſua credulitas, poſt-
quam non efficitur hæres per ſuā aditionem,ſed inſpicitur cer
titudo legis:& ſi in vtero eſſet vnus,efficeretur hęres p dimidia
ſimiliter inſpecta veritate:ſed qñ non eſt ſuus, quia non effici-
tur hæres per l.ſed per ſuam aditionem , & ſic debet eſſet cer-
tus,& ſi eſſe non pōt, tunc dicit glo. ꝙ non efficitur hæres, niſi
p quarta, licèt in vtero nullus ſit, vel ſit vnus tantum:quia cer
tus erat,ꝙ etiam nato poſthumo ſucceſſurus erat cum illo in
aliqua parte.vnde ſufficit,ꝙ de illa ſit certus,licet de alia , quæ
poteſt ſibi obuenire, ſit incertus,& efficitur in illa hęres , ſicut
in ſua.vt ĵ.eo.l.ſi quis extraneus.in fi.& probaṫ in l.illud.ſi pars
hęred.pet. quæ loquitur ēt in extraneo. nec ob. l.antiqui.cod.
tit.in qua gl.ſe fundat,dum dicit.ꝙ pro quarta, quia ibi quan-
tum ad poteſtatem agendi petitione hæreditatis,vel tanquàm
hæres.quia licèt ſit effectus hæres inſolidum, vel pro dimidia,
iudex tñ. qui de hoc eſt incertus, & etiam an aliquis ſit in vte-
ro.vel non,& quot ſint,& eſt poſſibile, ꝙ ſint ſeptem, vel vnus
tantum,vel nullus,propter hoc dubium, non admittit eum ad
agendum,niſi pro quarta parte,ut ibi, ſed ex futuro euentu de
clarabitur pro quota debeat admitti . uendicat etiam ſibi locũ
hoc dictum gl.quod non efficiatur hæres,niſi pro quarta, quā-
do non eſt tranſactum tempus xl .dierum poſt conceptionem.
nam tunc ex conceptu poſſunt plures formari : & iō etiam tūc
eligitur media uia ĵ.in §.ſuum hæredem.i.nec per naturam hu
manæ conditionis,ſed quando eſt tranſactum tempus , & non
eſt formatus niſi unus,& plures a modo poſſunt formari,inſpi
citur certitudo,quę in rerum natura , de qua etiam l.eſt certa.
& ideo facit illum hæredem in dimidia,inſpecta ueritate.

ADDITIO.

a Conſanguineus dicitur. Adde Doct.in c.non debet.de conſan.& aff.

---

7 l. j. ſ. alleg. † Sed quid ſi dixit lego dimidiam talis fundi, cum ipſe
non haberet niſi unam dimidiam, an cenſetur ſenſiſſe de tota il-
la dimidia, an de dimidia dimidiæ? Bar. tenet iſtam partem, ad qđ
omnino vide quod ipſe no. ī. de dam. infect. l. ſi plures. † Quæro
8 quid ſi teſtator habebat rem communem cum hærede, nam hic
loquitur quādo cum extraneo? Reſpondeo, tunc debetur tota.
vt in l. cum filius. §. dominus. ī. ti. j. niſi dixerit meam. Item quæro
circa gl. quid ſi redemit partem ex quadam neceſſitate, quia fuit
ſibi adiudicata iudicio diuiſoris? dicit. Iac. de Are. tunc totam de
beri legatario, ſiue dixerit meam, ſiue non. ut in l. Iul. §. Celſus. ſ.
de act. empt. Sed ibi loquitur in ꝯtu oneroſo, in quo eſt alia ra-
tio: vnde verius uidetur ꝙ etiam tunc adhibeatur diſtinctio glo.
Tene menti.

L E X VI.

1 *Relatiuum quis uel qui quando faciat conditionem, uel demonſtrationem.*
2 *Relatiuum quis uel qui, iunctum futuro tempori, reddit conditionale ſuum antecedens, & non aliud, & unde nu. 3.*
3 *Si tunc antecedens eſt tale in quo conſiſtit ſubſtantia inſtitutionis, tota diſpoſitio conditionalis redditur, & defectus talis conditionis facit deficere ſubſtā tiam inſtitutionis.*
4 *Si antecedens eſt tale in quo ſubſtantia diſpoſitionis non conſiſtit, ſed accidēs tunc facit deficere illud accidens, non autem ſubſtantiam.*
5 *Relatiuum accidentis quantitatis, uel qualitatis, iunctum futuro tempori, non facit conditionem.*
6 *Clauſula, ſi non ualet iure teſt. debet intelligi quatenus non ualet.*
7 *Statutum ꝙ minor poſſit contrahere ſine præſentia & uoluntate duorum conſanguineorum ex parte patris, & ſi eos non habet, duorum ex parte matris, & minor habeat unum tantum ex parte patris, debet ille adhiberi cum uno alio ex parte matris.*

1 a STichum qui. † Relatiuum quis, uel qui, a iunctum ver. futuri temporis facit conditio-
nem. ſed iunctum uerbo præſentis temporis, facit demon-
ſtrationem. Item condō quæ uenit in plenda in re de qua fit
diſpoſitio, reſoluitur in quatenus. h. d. & ſemper allegat. & conti
net tria dicta primum qñ iungit uerbo futuri tpis, ſcm qñ uerbo
ꝓſentis. tertium circa primum dictum declarat unum dubium.
effectus primi dicti eſt. quia licet tpe teſtamenti ſeruus eſſet te-
ſtatoris, ſi tñ poſtea alienauit, uel ex cauſa uoluntaria, vel ēt ne-
ceſſaria, non curo, & ſi tempore mortis non reperitur ſuus, lega-
tum non debebitur, quia deficit conditio ſub qua fuit factum.
In ſecundo caſu ſi alienauit ex cauſa neceſſaria, bene debebitur,
quia defectus demonſtrationis non uitiat legatum, cum conſtet
de corpore. vt l. demonſtratio. de cond. & dem. Sed ſi alienaſſet
ex cauſa uoluntaria, non deberetur, quia cēſeretur teſtator lega
b tum reuocaſſe. [b] vt l. fideicommiſſa §. ſi rem. de lega. 3 & no. glo.
2 in l. Imper. eo. tit. † In gl. j. ibi: (ſed certè) Dic clarius ad iſtud con
trarium, ꝙ relatiuum quis vel qui, reddit cōditionale ſuum an̄s
& non aliud. ſi ergo antecedens eſt tale quid in quo cōſiſtit ſub
ſtantia inſtōnis, tota diſpō ꝯdōnalis redditur, & defectus talis cō
ditionis facit deficere ſubſtām inſti. & iſte eſt caſus hic, nā in re le
gata conſiſtebat ſubſtantia legati. & per iſta verba apparet ꝙ
Stichus non fuit legatus, niſi ſub iſta condōne, ſi erat teſtatoris
3 cum moreretur. † Interdum an̄s eſt tale in quo ſubſtantia diſpo-
ſitionis non conſiſtit, ſed accidens, & tunc facit deficere illud ac
cidens, non aūt ſubſtantiam. ita loquitur illud ꝯtrarium, quia inſti.
hr̄dis poteſt fieri ſine partibus, & cum partibus. Si ergo dixi, inſti
tuo talē, & talem ex partib. quas aſcripſero, ſi poſtea nō aſcribo,
deficit diſtributio partium, non inſtū, ſed eſt pinde, ac ſi ſine illis
verbis fuiſſent ſimpliciter inſtituti. In fi. gl. ibi, (ſed ib apparet rō
diuerſitatis.) qa ius patronatus quod remanet teſtatori poſt ma-
numiſſionem, ſubrogatur loco dn̄ij iō non cenſet̄ ſeruū alienaſ-
ſe, ſed cenſetur eſſe adhuc ſuus, iō illa condō, ſi meus erit, nō cē
ſetur defecta. Sed opp. nunc extra gl. ꝯ primum dictum l. de l. fi.
C. de poſth. hære. inſti. ubi ſi teſtator inſtituat poſthumum q ſibi
naſcetur poſt mortem, licet naſcatur in uita, non deficit inſtō: &
ſic relatiuum illud ꝯdōnem non facit. Sol. & tene mēti, iſte tex.
dēt intelligi, qñ teſtōr ſciebat, uel credebat illud qđ adijciebatur
per relatiuum. quis, vel qui, ſe poſſe hr̄e ad eſſe, uel nō eſſe. & ſic
uoluit facere condōnem. Sed ſi credebat ſe habere ad eſſe tantū,
quia in infirmitate de qua credebat mori dixit illa uerba, & ſic
putabat illum naſciturum poſt eius mortem, non intendebat fa
cere condōnem. ſed cauſam. Et exponitur qui mihi naſcet̄ poſt
mortem. i. quia inſpecta mea opi. Ideo ſi reconualeſcet, & naſca-
tur in uita, non deficit inſtō, quia defectus cāæ non finalis, non
facit eam deficere, nec fuit inductus ad ipſum inſtituendum ꝑ
hanc cauſam, quia deberet naſci poſt mortem, ſed quia filius. iō
5 cauſa non erit finalis. † Item adhuc opp. de l. ſi Titius mihi. §. cū
ita. in fi. ī. tit. j. Sol. hic loquitur in relatiuo quis, uel qui, quod eſt
relatiuum ſubſtantiæ. ut no. C. de ſent. quæ pro eo. l. pe. ibi loqui-
tur in relatiuo accidentis, quantitatis, uel qualitatis, quod iun-
ctum futuro tempori conditionem non facit. ut eſt alibi caſus
no. & l. Clemens patronus. in fi. de hæred. inſt. Contra ſecundum
dictum oppo. de l. numer. de leg. 3. Sol. hic loquitur quando adij
citur certo & determinato corpori. & tunc fecit demonſtratio-
nem, ſi iungitur uerbo præſentis temporis. Si autem adijciatur
incerto corpori, tunc facit conditionem, ut ibi quod expone, i.
taxationem & limitationem. vt ſi dico, lego omnia uina q̄ mea
ſunt, uel omnes veſtes, quæ meæ ſunt. nam non tenet legatum
niſi in illis quæ meæ ſunt, in alijs uero ſecus, quia in eis deficit de
monſtratio. Sed ſi adijcitur certo corpori, licet demonſtratio de
ficiat, non redditur legatum nullum. ſed ꝯ, ꝙ ēt tunc reddatur
nullum, quia ſi dico relinquo x. quæ mihi Titius dēt. hic adijcit̄
terminus determinatus rei, & tñ ſi Titius non dēt, legatum non
ualet. ut l. ſi ſic. §. j. cum ibi no. ī. eo. Sol. ibi, falſa demonſtratio fa
cit deficere ſubſtātiam rei legatæ. Nā uideor tunc potius legaſſe
actionem q̄ q̄titatem. Si ergo ille non debet, deficit actio, & ſic
res legata, in qua deficit ſubātia legati. ſecus quādo nō facit ſub-
4 ſtātiam deficere. † Vltimo inducitur iſte tex. in fi. ad duas q. pri-
mo ꝙ illa clauſula, ſi nō ualet iure teſtamēti, debet intelligi qua
tenus nō ualet. & eſt gl. in l. cōtrouerſia. ſ. de ṫtāſa. Item ſi ſtatu-
c tum [c] dicat, ꝙ minor non poſſit contrahere ſine præſentia, &
volun-

ADDITIONES.

a Quis vel qui. Vide per Oldr. conſ. 126. per Bal. conſ. 445. 2. lib. & per Sig. de me di. in conſi. x. in conſ. 70. coſi. 107. & coſi. 229. & p d. Alc. coſi. 46. co. 3. in 2. vol. Fel. in c. ſuper literis. col. 3. de reſcrip. Fran. Cur.
b Reuocaſſe. Adde ut per Lu. Rom. coſi. 228.
c Statutum. Adde ut p And. conſi. 170. & ēt Pau. de Ca. in ſuo conſi. 66. Fran. Cur.

voluntare duotum conſanguineotum ex parte patris, & ſi eos
non habet, duotum ex parte matris, & minor habeat vnum
tantum ex parte patris, an illo omiſſo debeant duo adhiberi ex
parte matris? videbatur ꝙ ſic. quia ſi non habet ambos, cenſen-
tur verificari verba ſtatuti. Et ſi eos non habet & cæt. vt veniatur
ad alios. In contrarium facit iſte tex. vt intelligatur ideſt quate-
nus non habet: & ſic adhibebitur ille vnus cum alio ex parte ma
tris. de quo vide hic per Bar. ſcias etiã ꝙ hic vna glo. tenet ꝙ iſta
conditio quæ inducitur per relatiuum, dicatur tacita, de quo
videtur eſſe tex. in l. j. circa fin. de cond. & dem. tamen non ex ta-
cita diſpoſitione legali, ſed ex tacita voluntate defuncti, qui non
fuit vſus verbis directò facientibus conditionem, vt eſt dictio,
ſi, ſed ꝑ indirectũ vt ſicut cum vtiř dictione, cũ, q̃ principľr facit
tẽps ſecũdario ꝯdõnẽ, ut ĩ. qñ di. le. ced. l. Titio. & iſta ꝯdõ reddit
adeo legatũ ꝯdõnale, ꝙ impedit diẽ eius cedere. & ſic legatarius
interim decedens nõ tranſmitteret. vt l. qđ purè. ĩ. qñ di. le. ce. &
expreſſe tenet Bar. l. ſi poſt mortẽ. in fi. ĩ. eo. ſecus in tacita lega-
li, quæ dicitur extrinſeca, nõ prouenięs ex teſtõ. vt dixi. ſ. eo. l. iij.

L E X VII.

1 *Ademptio a quo fieri poſſit.*
2 *Hæreditatem ſeruo delatam an ſolus dominus poſſit repudiare.*
3 *Cum hodie filio quæratur proprietas, & patri vſusfructus, poteſt pater illum vſumfructum repudiare in ſui præiudicium non proprietatem in præiudiciũ filij, & ſua repudiatio proderit filio.*
4 *Legatum monacho delatum, an ſolus Abbas poſſit repudiare, uel acceptare.*

LEgatum. † In glo. ibi, (non tñ dño adimi põt.) quia
ademptio non dẽt fieri niſi ab eo cui reli
ctũ eſt. ſed ſi relinquit ſeruo, nõ ꝑpea vř relictũ dño, licet
ſibi mediãte ꝑſona ſerui acquiratur, quod eſt ex diſpoſi-
tione legali, nõ ex uoluntate defuncti. vt l. qui liberis. §. hæc ver-
ba. de vulg. & pup. bñ tñ põt grauari dñs in relictis ſeruo, ga li-
cèt non hẽat expreſſam uolũtatem teſtõris, q̃ requirit̃ ad hoc ut
alicui poſſit adimi, hẽt tñ tacitam, quæ ſufficit ut poſſit grauari.
vt ĩ. eo. l. cum filio. cum ſimili. & ſibi acquirat̃ recta uia mediãte
ꝑſona ſerui. licèt reuocabiliter anteq̃ acceptet. Et hoc ſufficit ut
poſſit repudiare vt hic. nam repudiare eſt abdicare a ſe ius acqui
ſitum, ſed non ꝑfectum, nõ ergo ꝑtinet ad ſeruum, cui nõ acqui-
ritur, ſed ad dñm, cui acquirit̃, licèt mediãte perſona ſerui. & hęc
eſt rõ huius l. In fi. gl. ibi, (plus iuris hẽt filius.) iſta gl. ſentit duo.
nam ille §. ſi. loquitur in hæreditate, hic in legatis. & in hoc glo.
non vř facere vim. Item ille loquitur in filio & patre, hic in ſeruo
2 & in dño, & in hoc gl. non vř facere vim. ſenſit ergo gl. † Primo,
ꝙ ille §. qui loquitur in filio & pře, nõ hřet locũ in ſeruo & dño,
& ſic ꝙ hæreditatem ſeruo delatam ſolus dñs poſſet repudiare,
licèt delatam filio pater repudiare non poſſit. Bar. ibi hoc repro
bat, quia in nullo iure hoc cauet̃, & in ꝯtrium eſt ſecunda, ga dñs
non poſſet eam adire, immo requirit aditio ſerui. vt C. de hær. in-
ſti. l. cum proponas. ergo nec repudiare. ut l. is põt. de acq. hær. li-
cet ſecus in bon. poſſ. q̃ repudiare põt. ut l. j. §. per ſeruum. de ſuc
3 ceſ. edi. & quæ ſit ratio dic, vt in d. §. ſi. per Bar. † Secundo ſentit
gl. ꝙ iſta l. quæ loquitur in ſeruo & dño, non haberet locum in
patre, & filio, ſed hoc eſt falſum ipſo iure, cum ſit eadem rõ, quia
legatum factum filio quærebatur patri ipſo iure: ſicut hic dño,
ergo ſolus pater poterit repudiare. Item hodie iure codicis, cum
filio quærebatur proprietas, & patri vſusfru. poteſt pater illum
vſumfr. repudiare in ſui præiudicium, non proprietatem in præ-
iudicium filij, & ſua repudiatio proderit filio. ut l. cum non ſolũ.
4 C. de bo. quæ lib. † Et quod hic dř in ſeruo & dño procederet in
monacho & Abbate. tamen Abbas non ſolum legatum poteſt
repudiare & acceptare, ſed etiam hæreditatem delatam mona-
cho, quod non eſt in dominio, vt not. in c. præſentia. de proba. nõ
tñ vř ꝙ poſſit repudiare ſine conſenſu capituli, vel conuentus,
ſicut nec aliàs alienationem facere per l. magis puto. §. fundum
autem. ſup. de re. eo. licèt Fed. de Senis videatur conſuluiſſe cõ-
a trarium[a] per l. qui autem. in prin. quę in frau. cre. quæ nihil facit,
quia loquitur in creditoribus qui non habebant ius in reb. alie-
natis. vnde non poſſunt reuocare repudiationem lucri nõdum
quæſiti, tanq̃ factam in eorum fraudem, ſed alienationes rei ꝑ-
fectè quæſitæ ſic. Nos loquimur in eo q̃ habebat ius, vt eſt ꝯuen
tus, ſicut & Abbas in legato facto monacho, ga quærit̃ toti mo-
naſterio, quod conſiſtit in Abbate & conuentu. & hoc probat
optimè ille §. ſi fundum. contra quem videtur ipſe conſuluiſſe, li
cet ipſum alleget de quo miror, cùm fuerit excellentiſſimus vir.

A D D I T I O.

a Contrarium. Adde quod op. Fed. ſeq. Lud. Rom. conſi. 184. ubi refert ꝙ Ioan. de Ana. etiam ita conſuluit. & ibi dicit etiam ꝙ Bal. fuit ſibi ipſi contrarius, & opin. Fed. ſequitur Car. conſi. 89.

L E X VIII.

1 *Si teſtator rem legatam diminuit, uel auget, cenſetur diminutum, & auctum legatum.*
2 *Si teſtator alienauit ex neceſſitate rei familiaris, non cenſetur in illa parte legatum reuocaſſe.*
3 *Contrariorum eadem debet eſſe ratio.*
Quod operatur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito.
4 *Idem iuris eſt de augmento, quod eſt de ipſo principali.*
5 *Si alicui conceſſa eſt immunitas a collectis, & poſt conceſſionem inducatur noua collecta propter guerram ſuperuenientem, an teneatur ad illam ſoluendam.*
Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.

1 SI ex toto. † Si teſtator rẽ legatã diminuit, vel auget,
cenſetur diminutũ, vel auctũ legatum. h. d.
a Concor. ĩ. eo. l. quod in rer. §. ſi qs poſt. † In text. ibi, (alie-
naſſet.) ſi voluntariè. ſecus ſi ex neceſſitate rei famil. quia
non cenſeretur in illa parte legatũ reuocaſſe. & ſi adhuc totus
fundus deberetur, vt ĩ. de leg. 3. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. & ita
intellige hic gl. 1. In tex. ibi, (ga ẽt ſi adieciſſet.) † No. ꝙ eadem
debet eſſe rõ ꝯtriorũ: ga ſi vnũ de ꝯtrijs operatur ꝓpoſitũ in pro-
poſito, & operatur oppoſitũ in oppoſito. vt ĩ. de leg. 3. l. fin. & ſ.
4 de vul. & pup. l. & ſi ꝯ. † No. ẽt ꝙ idem iuris eſt de augmento, ꝙ
eſt de ipſo principali. cõcor. l. inter ſocerum. §. cum inter. de pac.
do. & l. ẽt. C. de iure dotium. Et inducitur in argumentum ꝑ Dy.
ad q. quotidianam. Si alicui conceſſa eſt immunitas a collectis,
b & poſt conceſſionem inducatur collecta noua[b] ꝑꝑ guerram ſu
peruenientem, vtrum teneatur ad illam ſoluẽdam. & eſt ar. hic
ꝙ non, quia cum habeat immunitatem de principalibus colle-
ctis quæ tunc uigebant, cenſetur habere ẽt de iſta, quæ uenit per
modum augmenti ad primas. Et per hoc, quia conceſſio vř exĩẽ
di ad futuras collectas, cum fuerit ſimpliciter facta. vt in l. ſi ſer-
uitus. ſ. de ſer. vrb. præ. & quod no. idem Dy. & Bar. in l. ſi mihi &
tibi. §. in legatis. in fi. ĩ. eo. In contrarium, quia non cenſetur co
gitatum de his, ſed ſolum de illis quæ tunc uigebant: niſi forte
iam tunc erat incepta guerra tempore conceſſionis, & ſic ſube-
rat cauſa cogitandi, & ad hoc l. qui cum tutor. ſ. de tranſac. & l.
in lege. & l. Rutilia Polla. ſ. de contrah. emp. † Item quæ de no-
5 uo emergunt, nouo indigent auxilio vt ſ. de inter. act. l. de ęta te.
§. ex cauſa. Iſtam partem tenet hic Dy. in l. j. C. ne li. in emptione
ſpecierum. lib. x. ſeu xj. Alij tenent contrariam partem quæ mihi
plus placet, quia concedens potuit de hoc caſu cogitare, ſaltem
in genere, licet non in ſpecie, unde ſibi imputet ꝙ ſimpliciter ꝯ-
ceſſit, argu. C. de tranſ. l. ſub prætextu. la. ij. cum ibi no. per doc. &
per Cy. in l. non modus. C. de ſerui. & aqua. Et quia debet fieri
larga interpretatio contra concedentem in beneficijs, ſicut põt
dici conceſſio, ut l. beneficium. de conſti. prin. & quod no. Inno.
in c. cum dilectus. de dona. Bald. autem vř diſtinguere, aut impo-
nuntur per modum augmenti, & procedit iſta pars: aut tanq̃ no
uæ collectæ, & procedit oppo. Dy. Sed parum eſt probabilis hæc
diſtinctio, quia rõ põt hic apparere, & quia eſſet in poteſtate im
ponentis grauare illum cui facta eſt conceſſio, quod eſſe non de
bet. arg. ſ. de ar. l. ne in poteſtate. & de iud. l. 2. §. ſed ſi agant. Vlti-
mo oppo. ꝯ hunc ver. de no. per gl. & doc. ſ. eo. l. ſerui electione. §.
fi. Solu. poſſet ꝙ hic intelligatur ſm ea quæ ibi no. quia legauit
fundum ſimpliciter, non dicendo meum. & tunc debebitur lega
tario augmẽtum, ſecus ſi dixiſſet meum per illam gloſ. hoc tamẽ
nõ placet, ga hic ſimpľr loquit̃, iõ dic ſm Iac. de Are. ꝙ hic lega-
uit totũ fundum, quo caſu ẽt ſi dicit meum, debebitur augmen
tum poſtea ſuperueniẽs, quia non cenſetur illud uerbum appo-
ſitum cã limitãdi legatum, ſed potius cã demõſtrandi, quia non
ſuberat cauſa quare deberet in legato plus uenire, q̃ illud qđ
erat ſuum, & totum erat ſuum. Sed ibi loquitur qñ legauit fun-
dum in quo habebat ſolum partem quam habebat, ſi ergo tunc
dixit meum, illud uerbum cenſetur appoſitum cã limitandi lega
tum ad ſuam tñ partem, quia ſuberat cã ꝑꝑ quam uideretur pri
ma facie totus fundus legatus, quia totus erat unius fundus, ſi
erat communis pro indiuiſo. vñ dicẽdo lego talem fundum, ui-
debatur totum legaſſe. Si ergo addidit meum perinde eſt ac ſi di
xiſſet lego partem duntaxat meam, iõ licet redimat alteram par
tem, non debetur. quia legatum limitatum non recipit augmen
tum, ar. in l. in agris limitatis. de acq. re. do. Sed legatum de quo
hic, non erat limitatum per rõnẽ de qua ſ. dixi. ideo recepit aug
mentum. Gloſ. remanent expeditæ per prædicta.

A D D I T I O.

b Collecta noua. Adde Bal. conſi. 124. 5. lib. Lud. Ro. conſi. 436. & per Ale. de Imo. in conſi. 30. col. 3. uer. nec ẽt obſt. in 5. vol. & de hoc vide ẽt ꝑ Alex. in conſi. 193. col. 3. verſi. nunc attingo, & in conſi. 213. col. 6. verſi. Ad idem in 2. vol. Adde tñ ꝙ ſi eſt conceſſa immunitas alicui a collectis, ſi talis patiatur ſe deſcribi in libro ſoluentium collectas ꝙ ſibi præiudicat, ſi non appellauit. ita notabiliter Ang. in l. j. §. ſi quis tutor. ĩ. qñ app. ſit. Et dicit d. Ale. de Imo. in conſi. 101. col. pe. ver. 3. principaliter in 3. vol. & in propoſito vide quæ ponit ipſe Alex. in conſi. 193. ſ. alle. & etiam Fel. in c. cauſam. col. 2. ver. tertiam conclu. de reſcri. & in c. accedens. col. 3. & vij. de præſcr. Fran. Cur.

1 *Alternatiua poſita inter perſonas grauatas ſtat proprie, & tribuit actionem cuilibet inſolidum.*
2 *Per dictionem alternatiuam poſitam inter obligatos, cõſtituuntur plures rei debendi: ſed copulatiua tribuit actionem cuilibet pro parte.*

3 *In teſtamentis poſſunt etiam conſtitui duo rei debendi, & eodem modo duo rei credendi.*

Licèt plures rei debendi ſint obligati diuerſis obligationibus, tamen uno ſoluente liberatur alter. & nu. t.

4 *Si unus ex hæredibus ſoluat totam quantitatem, ut hic, an poterit petere a cohærede partem actione neg. geſt.*

5 *Si unus ex duobus reis credendi tantum egit, & exegit totum, an teneatur communicare partem alteri.*

1 **§. Si ita ſcriptum.** †Alternatiua poſita inter perſonas grauatas ſtat propriè, & tribuit actionem cuilibet inſolidum. Item vno ex reis debendi ſoluente in totũ, uel pro parte, liberatur alter in totũ, uel ab illa parte. Itẽ pars illa non ſoluta põt ab illo eodem ꝗ primã partẽ ſoluit, uel ẽt ab altero peti, put elegerit creditor, ſicut poterat ipſm totũ, h. d. nneabiſr. Et in hoc ultimo ꝯſiſtit difficultas huius §. qa immo uidebat ꝙ altera pars nõ ſoluta, nõ poſſet peti ab illo eodẽ ꝗ ſoluit primã partẽ, ſed ſolũ ab altero ꝗ nihil ſoluerat, quaſi recipiendo partẽ ab illo cẽſeat ſibi pactũ de nõ petẽdo amplius de eo, vt in l. ſi creditores. C. de pac. & ꝙ cẽſeaꝰ actio diuiſa, ut C. de fideiuſ. l. liberũ. de quib. ll. gl. hic magna ſit ſopp. & ſoluit mul
2 tis modis. dic, vt dicã ſup ea. †Venio ad caſum. No. j. ꝙ p dictionẽ alternatiuã poſitã inter obligatos ꝯſtituunꝰ plures rei debendi. ꝯco. C. de cõſt. pecu. auth. ſi qñ, & plenè p Bar. in l. j. ff. de duo. re. in q. illa quãr ꝯſtituanꝰ plures rei debẽdi, vbi tex. iſte allegaꝰ, ſed p copulatiuã nõ, qa tribuit actũ cuilibet p parte. vt in l. reos. §. cũ tabulis. e. ti. & in l. pe. ꝗ allegat gl. i. niſi fuerit dictũ expreſſe ꝯtriũ, ꝙ q̃libet teneaꝰ inſolidũ. ut in l. eadẽ. eo. ti. ſed qñ poniꝰ alternatiua nõ expedit ꝙ dicaꝰ, ſed ꝯ. ꝙ ẽt alternatiua reſoluaꝰ i ꝯiũctã. ut C. de verb. ſig. l. pe. Sol. vt hic in gl. ꝗ inci. ergo. in fin. qa ibi qñ poniꝰ inter honoratos, i. illos qb. relinquiꝰ uel inter credi. qb. acquiriꝰ oblo. hic qñ inter grauatos uel inter eos ꝗ obligãꝰ. Item not. ꝙ ẽt in teſtis põr ꝯſtitui duo rei debẽdi, & eodẽ mõ duo rei
3 credẽdi. vt ff. ti. j. l. ſi Titio aut Sein. in j. char. †Itẽ no. ꝙ licet plꝰes rei debẽdi ſint obligati diuerſis oblonib. tñ uno ſoluẽte liberaꝰ alter, qa unicum tñ cenſeꝰ debitũ, & vnica eſt actio. In gl. ꝗ inc. ergo. ibi, (de pac. l. ſi creditores. & de fideiuſ. l. liberorũ.) Iſta duo ꝯria dẽnt diuidi, licet gl. cumulet. nã aliud dicit l. liberorũ. aliud l. ſi creditores. dic ergo ad l. liberorũ. ꝙ ibi loquiꝰ quãdo creditor cõuenit ambos reos debẽdi, quẽlibet tñ pro parte, quo cenſetur actionem diuiſiſſe. & ſi cõtingat eos cõdemnari, & alterum ipſorum non eſſe ſoluẽdo, & ſic nõ poſſit ꝯ eum fieri executio, non poterit ad alterum redire pro illa parte. hic aũt loquitur qñ cõuenit vnũ tñ pro parte, vnde nõ eſt tractandũ de diuiſione actionis, ſed ſolũ de pacto, an videaꝰ ſibi feciſſe pactũ, de non petẽdo alterã partẽ. & iſte tex. probat ꝙ nõ. Sed l. ſi creditores. C. de pac. probat ꝯtrium. glo. hic laborat in ſoluendo. & Bar. tenet illã ſolutionẽ ꝙ hic loquaꝰ in legatis eorũ fauore, ibi in contractib. licèt glo. ipſam reprehendat. & meritò. dic ergo ſm Bal. & Ang. ꝙ ibi in petendo partẽ appoſuit alia ver. ex quib. reſultat pactũ, quia in libello dixit, peto a te quinque pro parte. quæ tangit te de iſto debito. vel ſi vnus eorum ſpõtè ſoluit partem, & dixit ſoluo pro parte mea, hic verò non fuerunt appoſita hæc verba, ideo non reſultat tacitum pactum de non conueniendo illum
4 in plus. hæc eſt ipſa veritas. †Vltimo quæro, quid ſi vnus ex hæredibus ſoluit totam quantitatem, an poterit petere a cohærede partem act. neg. geſt. quia ipſum liberauiſſe videtur ꝙ ſic. vt l. ſoluendo, de neg. geſt. Sed illa loquitur qñ ſoluens liberat alium, & non ſe, quia ipſe non erat obligatus. hic autem liberat ſe principaliter, & ſic geſſit negotiũ ſuum, licèt in ꝯñam etiam alienũ. Bñ dic ꝙ non repetit, cum ſint duo rei ex cauſa lucratiua, ſecus ſi eſſent ex cã oneroſa. puta pro pecunia, quã mutuo receperunt & ꝗ peruenit ad quemlibet eorum pro parte: tñ ambo ſe obligauerunt inſolidũ, tunc. n. ſi vnus conuentus ſoluat totũ, repetit a correo pro parte quę ad illum peruenit ſm Bar. in materia duo
5 rum reorũ. †Et idem in duobus reis credẽ. & ſi vnus tñ egit, & exegit totũ, & quæriꝰ an teneaꝰ cõicare partem aliis, quia diſtinguit, an ſit ex cã lucratiua, uel oneroſa, ut no. in l. qui hominem. §. j. de ſol. & d. l. ſi Titio. & ff. ti. j. & in l. frã a fatre. ff. de condi. inde. poſt prin. glo. magnæ. & in l. j. C. de duo. reis. dic, vt ibi no.

1 *Qui habet electionem in alternatiua, quid poteſt eligere.*

2 *Debitor alternatiuus non poteſt partem ſoluere de uno, & partem de altero, & ſi ſoluat partem in uno, etiam ab illa parte non liberatur quouſque alteram partem ſoluat in eodem.*

3 *In ſtipulatione annua unica tantum eſt obligatio, uel ſtipulatio pro omnibus annis, niſi in executione illius obligationis ſit neceſſarius actus corporis ipſius creditoris, & quid in legato.*

Si ſtipulor alternatiuè habitationem annuam, uel decem pro quolibet anno, poſſum pro primo anno habitationem eligere, & pro ſecundo decem, & quolibet anno uariare.

4 *Legatum alternatiuum conſideratum reſpectu vtriuſque extremi, an ſit unũ uel plura.*

Vnum extremum obligationis alternatiua quãdo contineat vnũ, & quando plura, & quando continet plura, an tunc dicatur continere plura legata.

1 **§ Si ita legatum.** †Qui hẽt ele. in in alternatiua, nõ põt eligere partem i vno de alternatiuis, & partẽ in altero, qñ in quolibet eorũ erat una tñ res, vel q̃titas legata: & idẽ ſi in una tñ parte, licet i altera eſſẽt plꝰa ſubrogata loco illius vnius, ſed dẽt eligere alterã tñ. h. d. tex. ſed ſi in quolibet de alter. tiuis eſſẽt plꝰs res, poſſet eligere unã de vno, alterã de altero. & h. d. gl. j. ꝗ no. ecce caſum. In tex. ibi, (lecticarios octo.) Iſtud legatũ dꝰ vnicũ, licet ꝯtineat octo ſeruos poſtquam nõ fuerũt ſingulariter noiati, vt i l. ſcire debemꝰ. de verb. ob. iõ nõ põt pro parte acceptari, & pro parte repudiari, ut ff. ti. j. l. nemine. e. ſi l. ſeq. In tex. ibi, (in hoies ſingulos certã pecuniã.) Iſta pars alternatiuè cẽſeꝰ cõtinere plura legata pp dictionem, ſingulos. ꝗ eſt diſtributiua, & ſic eſt pinde ac ſi legaſſet oẽs decẽ. ſecus eſt ſi dictio diſtributiua nõ eſſet appoſita: vt qa dixiſſet aut octuaginta. vt in fi. huius §. qa tũc eſſet unicũ legatũ. ẽt in iſta parte. Verũ tñ vtrobiq idẽ eſt, vt nõ poſſit acceptari pro parte vnꝰ, & pro parte alterius, vt in fi. §. qa licèt in primo caſu ſint plura, ſubrogaꝰ loco unius ꝯtenti in altera parte, & hoc vult dicere tex. dum dicit, qa unũ in alterutra cã &c. q. d. ſufficit ꝙ ſit unum
2 in altera parte alternatiuæ. †In tex. ibi, (verũ legatarius uolet.) & ſic erat electio creditoris. Item ſi debitor, qa debitor alternatiuꝰ nõ poteſt partem ſoluere de uno, & partem de altero, & ſi ſoluat partem in vno, ẽt ab illa parte non liberatur quouſque alteram partẽ ſoluat in eodẽ, quia licèt iſta oblo ſit de ſe diuidua quantũ ad ſubſtantiã oblonis, eſt tñ indiuidua q̃tũ ad ſolonem ſeu executionẽ, ut in l. in executione. §. pro parte, & l. 2. poſt princ. ff. de verb. obl. In tex. ibi (ne aliter obſeruantibus) probat per reductionem ad abſurdum, quia ſi poſſet eligere parte in vno, & partem in altero in exemplis, de quibus. ſ. in qb. in una parte eſt unum, in altera parte plura, ſiſr ſoluere poſſet, qñ in utraque parte eẽt vnum: ut lego Stichum, aut x. ꝯñs eſt falſum, ergo &c. quia licet ſint plura, reputanꝰ vnũ pp ſubrogationem loco unius. In text. ibi, (nec intereſt &c.) tollit quandam oppoſitionem, quia poſſet dici ꝙ legaſſem uni ſeruos, aut p eis octuaginta. & ſic ſi ſummã non diuiſiſſem, poſſet procedere quod ſ. dctũ eſt, licet qa diuiſi dicendo in ſingulos 8. nõ debeat procedere. Et rñdet ꝙ non eſt vis an ſit diuiſa, uel coniunctim poſita & ꝙ ſicut qñ fieret cõiunctim poſita, non põt fieri diuiſio, & illud eſt certum ut ſubiici, & certe 8. ſeruis. &c. ita & ſi diuiſa eſt, ut in exemplis de quib. ſ.
3 ſufficit. †In gl. quæ incipit, petere in fi. ibi. (tot obligationes &c.) Iſta ſol. non vꝰ vera per l. Stichum. §. ſtiplo. de ver. obl. ubi in ſtiplone annua unica tñ eſt oblo, vel ſtiplo pro omnibus annis: licèt ſecus in annuo legato, ſed dic ſm do. illud eſſe verũ niſi i executione illius oblonis, ſit neceſſarius actus corporis ipſius creditoris, vt ſi ſtipulor annuã habitationẽ, tũc. n. quot ſunt anni, tot eẽentur ſtiplones, & oblones. iõ ſi ſtipulor alternatiuè habitationẽ annuã, vel x. pro quolibet anno, poſſum p primo anno habitationẽ eligere, pro ſecundo decem, & quolibet anno variare, vt eſt caſus not. in l. ſi ſterilis. §. fi. de act. emp. & facit l. ſi ſeruus cõis Meuii. §. fi. de ſtipu. ſer. †In ſequenti glo. quę incipit, ſi dicas
4 alterutra, pro declaratione iſtius gl. debes ſcire, ꝙ aut quærimus vtrum legatum alternatiuũ conſideratum reſpectu vtriuſque extremi ſit vnum, vel plura, & tunc leges videntur variare, quæ alleganꝰ hic in gl. ſed eſt dicendum, ꝙ põt dici vnum vno reſpectu, quia ſufficit ſoluere vnum de alternatiuis, & ſic reſpectu ſolutionis põt dici duo reſpectu obli. qa quælibet res de alternatiue debitis dꝰ eſſe in obl. vt in l. illud. de conſti. pe. Et iſtum reſpectũ nõ habuit hic iuriſconſultus. Interdum q̃rimus de vno extremo tñ oblonis alternatiuæ, vtrũ contineat vnum, vel plura. & iſtum reſpectum habuit hic iuriſconſultus, & bñ ſi continet vnã rẽ tñ, non eſt dubiũ, ꝙ dicit continere vnũ legatũ. vt hic in ver. ne aliter. Itẽ ſi continet plures res ſpecificatas, ſed ſub nomine collectiuo comprehenſas, vt in prin. §. & tunc dꝰ etiam continere vnũ in alio extremo, licèt in eo plures res fuerint ſpecificatę, quia ſubrogantur loco illius vnius. ſi aũt ſpecificantur quælibet de per ſe, tunc dicitur continere plura legata, vt l. ſcire debemus. de verb. oblig. & tunc ẽt altera pars continens plures diceretur continere plura legata. & non haberet locum iſte §. ſed haberet locum variatio, vt glo. præcedenti, & in gl. j.

L E X IX.

1 *Res hoſtium quæ ſemel fuit noſtra põt a nobis legari propter ſpẽ poſtliminij.*

2 *Res mea poteſt mihi legari ſub conditione, ſi deſierit eſſe mea: ſed ſi legatur ſimpliciter, non ualet legatum, nec poſtea reconualeſcit.*

1 **ID quod apud hoſtes.** †Res hoſtium quæ ſemel fuit noſtra poteſt a nobis legari propter ſpem poſtliminij. h. d. videbatur contrarium, quia cum hoſtibus non habemus nec habere debemus commercium, & ſic videtur legata res cuius non eſt commercium, quia non licet nobis cum eis contrahere, & acquirere, & ſic videtur legatum nullum ſicut rei ſacræ, vel religioſæ, vel pertinentis ad vſum publicum, quarum non eſt commercium, quia non poſſumus eam emere, vt infra eodem l. apud Iulian. §. fina. ſed text. voluit ſoluere iſtud contrarium,

iſtud grauamen nõ cenſeť per prius iniunctum filio vel ſeruo,&
per poſterius ſibi, quia ſit eſſet ſenſus, ꝙ filius,vel ſeruus eſſent
grauati,& effi:erent grauati de reſtituẽdo ſibiipſis,& ſic grauamẽ
& oblõ ſumerent originẽ in ꝑſona ipſorũ & poſtea ad pr̃em, vel
dñm facerent tranſitũ, ſicut & ipm lucrũ hr̃ditatis ſumit origi-
nem in perſona ipſorum,& poſtea facit tranſitum ad pr̃em, vel
dñm.Sed hoc nõ põt ſtare, vt qs incipiat eſſe obligatus ſibiipſi,
vt no.in l.ſr̃a tr̃e.ſ.de cond.inde.in fi.gl.mag.oportet ergo dice-
re ꝙ cẽſeať iniunctum ſoli pr̃i,& dño,& ꝙ ipſi ex propria perſo-
na teneanť filio uel ſeruo,nõ ex ꝑſona filij, vel ſerui ne ſequať in
conueniẽs de quo ſ.ipſi aũt pr̃. & dñs nõ fuerũt hr̃des inſtituti,
licet cõmodum hr̃ditatis ſentiãt,ergo nõ pñt dici grauati, vt hæ
redes.& ꝑ ꝯñs ſal.vel trebel.nõ detrahiť aduerſus filiũ vel ſeruũ
5 effectos ſui iuris cũ eis reſtituunt. † Si aũt grauanť de reſtituẽdo
cuidã extraneo; tunc iſtud grauamen cenſeť ꝑ prius iniunctum
ipſi filio, uel ſeruo, & in eis ſumit originẽ & principium, poſtea
facit tranſitũ ad patrẽ & dñm, ſicut & lucrũ hr̃ditatis : quia hic
ceſſat incõueniens de quo ſ. Nã ſi filius,& ſeruus inſtituti eſſent
ſui iuris, poſſent grauari de dãdo extraneo : ergo & põt fingi, vt
grauamẽ iniunctũ pr̃i & dño, cenſeať ꝑ prius iniunctum filio,&
ſeruo . Ex illorum ergo ꝑſona ,& tanq̃ illis iniunctũ ꝑ prius pr̃,
& dñs tenẽtur extraneo,ſicut ſi eſſet inſtitutus pupillus, vel mi-
nor,& grauamẽ eſſet iniunctũ tutori,uel curatori,vt ĩ.ad Treb.
l.j.§.ſi filia.in fi.& l.peto.§.fr̃.de le.2.tunc ergo cenſeť iniunctũ,
vt hr̃di.& ſicut ipſe filius,vel ſeruus ſi eſſent ſui iuris, & fuiſſent
grauati, detraherent trebellianicam & falcidiã , ita pr̃ uel dñs q
teneanť ex perſona illorũ tanq̃ illis per prius ſuerit iniunctũ.† Itẽ
6 debes ſcire, ꝙ fideicommiſſum relictũ poſt mortẽ grauati cẽſeť
ꝯdõnale.l.ſi fideicommiſſarius ſuperuiuat grauato , & ſi p̃cedat
fideicommiſſum extinguitur tanq̃ defecta ꝯdõne,ut l. hr̃s meus.
in prin. ĩ.de ꝯd.& dem.Si ergo pr̃ vel dñs grauantur de reſtituẽ
do filio uel ſeruo poſt mortem ipſius pr̃is,uel dñi,qa ipſe pr̃ vel
dñs tñ cenſeť grauatus,ut primo dixi,fideicommiſſum iſtud eſt
relictũ poſt mortẽ grauati : iõ bene ſequiť ꝙ ſi filius uel ſeruus
prius moriant,fideicommiſſum euaneſcat, ẽt ſi illi erant effecti
ſui iuris per emancipationẽ, uel manumiſſionem. & non tranſ-
mittunt ad eorũ hr̃des,ſed remanet penes grauatũ, & hoc dr̃ in
7 fi.l.† Sed ſi grauenť reſtituere extraneo poſt mortẽ ipſius patris,
vel dñi , quia iſtud grauamen cenſeť per prius iniunctum filio ,
vel ſeruo,& pr̃ vel dñs ex illorũ ꝑſona hẽt ſoluere ſicut tutor, &
curator iniunctum pupillo, uel minori, patet ꝙ iſtud fideicom-
miſſum nõ eſt relictũ poſt mortẽ grauati, ſed poſt mortẽ execu-
toris,quia pater,& dñs ſicut & tutor,& curator uidenť executo
res in ſoluendo.Sublãta ergo iſtius legati cenſeť pura, licet exe
cutio ſit collata poſt mortẽ illorũ. Iõ tunc fideicommiſſarius de
cedens an pr̃em,vel dñm trãſmitteret ad ſuos hr̃des,quia nõ de-
ceſſit pendente ꝯdõne,cum in ſubſtantia non ſit ꝯdõ,ſed in exe
cutione.differeť ergo executio quouſq; pater,vel dñs moriať,&
poſtea ſit reſtõ hr̃di fideicommiſſarij,& ita intelligit Bar.fi.huius
l.in eo quod innuit a ꝯtrio ſenſu . Et ex his patet caſus clarus iſti⁹
l.& quaſi oium gloſſatum pertinentiũ ad declarationẽ tex. Ve-
8 niã ergo ad caſum in voce, & aduerte qa iſta eſt ſolennis l. † Itẽ
ſcire debes ꝙ interdũ inſtituitur pater, vel dñs, & grauantur de
reſtituendo filio,uel ſeruo proprio cum eſſet ſui iuris, & tũc eſt
clarum, ꝙ vr̃ grauatus ſemper vt hæres, cũ ipſe ſit inſtitutus , &
ſic aduerſus eos detraheret trebellianicam,& falcidiã. & oĩa re
media trebel.locũ haberent,ſicut ſi eſſet grauatus de reſtituen-
do extraneo : ſed ſi grauarentur ſimplr̃ reſtituere filio,uel ſeruo
non appoſitis aliquibus verbis,ex quibus non appareret uoluiſ-
ſe differri fideicommiſſum in tp̃s quo eſſent ſui iuris , non uale-
ret fideicommiſſum , & iſte caſus non ponitur in hac l. ſed quid
iuris ſit in hoc.dic,vt plene habet in l.cogi.§.ſi pater. ĩ.ad Tre-
9 bellia.& l.purè,& l.Imperator.eo.titul. † Interdum inſtituitur
filius,vel ſeruus alienus, & tunc tres ſunt caſus. Nam interdum
iniungitur grauamẽ ipſi patri , vel dño: interdũ ipſi filio vel ſer-
uo inſtitutis,interdũ vtrique.primo caſu ſiquidẽ filius, vel ſer-
uus roganť reſtituere patri,vel dño, an valeat dic,vt ĩ.eo.l.a fi-
lio.in tex. & glo.quia ſi reperiuntur ſui iuris tp̃e quo adeunt hæ
reditatẽ,licẽt tp̃e teſtatoris eſſent in illorũ ptãte, valet fideicõ-
miſſum.Sed ſi tp̃e quo adeunt erãt in illorũ ptãte , nõ valet , qa
eſt nugatoriũ , cum illis acquiratur ſola aditione facta illorum
iuſſu,vt l placet,de acq.hære. Sed ſi grauantur reſtituere extra-
neo,valet indiſtinctè, & ſi adeunt iuſſu patris,vel dñi,pater ipſe
& dñs tenentur ex ꝑſona illorũ,& locũ habent remedia trebel-
lianica,& hic eſt caſus in d.l.j.§.ſi filio.in prin.ĩ.ad Treb.nec iſte
10 caſus ponitur hic. † Secundo caſu qñ grauatur ipſe pater , vel
dñs,iſte poniť hic,in quo diſtinguitur, an ſit grauatus reſtituere
eidem filio,vel ſeruo, an extraneo , & primo caſu non grauatur
vt hæres , ſed vt commoda ſentiens , & ſic non detrahit falcidiã
vel trebellianicam,licẽt alia remedia Trebe.locum habeant , vt
hic in glo.quæ incipit,tenentur,um,qđ dic vt ibi dicam cum glo.
ſeq. Si aũt extraneo, tunc grauantur vt hæredes , quia tenentur
ex perſona filij,vel ſerui,& oĩa remedia trebellianica locum ha-
bent,ſicut ſi ipſe filius,vel ſeruus eſſent ſui iuris, & fuiſſent gra-
uati. Tertio caſu loquiť l.Neſennius.§.ſeruo. ĩ.ad l. Fal. nam ſi
grauantur dare extraneo, tam illa quæ relinquuntur a ſeruo,&
filio,q̃ illa q̃ a patre & dño debẽtur ex ꝑſona filij , vel ſerui,& ſic
tãq̃ ab hærede relicta, tñ in cõputatione falcidiæ prius hr̃ rõ re-
lictorũ a filio,& ſeruo, & poſtea relictorũ a pr̃e,& dño,ut ibi hr̃.
Nunc ſufficiant iſta.Sup prima parte huius l.ſunt gl.duæ quarũ
prima ponit caſum,& bñ loquiť p̃te q̃ in duob.qa exponit tex.
in ſecunda parte dũ ibi dicit, deberi fideicommiſſum ex perſona
pr̃is,vel dñi cum grauantur reſtituere filio, vel ſeruo.i.ex volun
tate,qa niſi velint nõ debeť.imo relictũ eſt nullũ,vt inſti.de leg.
§.ſi ſeruo.Sed qñ extraneo debeť ex ꝑſona filij.i.ex neceſſitate,quia
tunc ualet q̃ expoſitio nõ eſt bona . Eſt alius intelleſ lr̃æ , ut dicã
in ſecunda parte ſup gl.q̃ ponit alium intelleũm , & uerum , licet
ẽt recitet iſtũ. Item gl.dicit aliud, ꝙ ipſe filius eſt hr̃s,& remanet
hæres,licẽt pr̃i q̃rat emolumentũ. Sed hoc nõ eſt expeditũ, imò
dic,ut dicã in ſecũda parte ſup gl.q̃ idẽ vult, ꝙ iſta,licet in ſeruo
11 dicat ſecus. † Scđa gl.q̃rit,quare põt grauari pr̃ uel dñs , cum eis
non fuerit relictũ ꝯ.l.ab eo.C. de fideicom. & rñdet ꝙ licet non
fuerit relictũ expreſſe, cenſeť ei relictum tacitè, quia teſtator , q
ſciebat illum eſſe filium vel ſeruũ alienũ,ſciebat, uel ſcire debat
hæreditatẽ illam acquiri patri vel dño , & ſic tacitè uoluit hoc ,
quia qui vult unum, vult aliud quod ſequitur ex illo. ſed cõtra ,
quia iſta acquiſitio fit ex legati diſpõne,ergo non põt pater , vel
dñs grauari,ut l.ſi arrogator.§.ſed an impuberi.de adopt.Solu.
iſtud eſſet verũ. ſi cũ illa non concurreret tacita uoluntas teſta-
toris,quia acquireret ẽt ꝯ ſuã voluntatẽ,ita loquiť ibi in quarta,
quæ debeť fillo ẽt patre inuito.vñ in ea nõ grauať:qa hẽt a l. nõ
a pr̃e,ẽt ſi pr̃ eã relinquat,quia facit ex neceſſitate. hic uero con
currebat,ex quo illũ hr̃dem inſtituit.poterat.n.ipm nõ inſtitue-
12 re,& ſic non fuiſſet emolumẽtũ acquiſitũ. † Itẽ adhuc opp.de l.
ſi ſic.§.fi.de leg. 3. Sol.ibi in illo ad quem peruenerũt bona teſta-
toris potius ex fortuna q̃ ex cogitatu teſtõns expreſſo , uel taci-
to,iõ non põt grauari.hic uero ex cogitatu ordinato ad hoc, ſi-
ue ſciebat illũ eſſe filium vel ſeruũ alienũ , ſiue ẽt ignorabat: qa
lex præſumit ipm habuiſſe hũc conceptũ, quod ſi eſt ſui iuris,ac
quiratur ſibi, ſi eſt in aliena ptãte acquirať illi , vt in l ſi paterfa.
Titium.cum ibi no.ſ.de hr̃d.inſt.Itẽ tertio opp.de l.cũ quidã.C.
de leg.Sol.ibi eſt caſus ſpãlis in ſubſtituto exhæredati . ꝙ nõ põt
grauari ẽt in eo quod fuerat relictum exhr̃dato, & ad eũ ꝑuenit,
licet ipſe exhæredatus grauari potuerit,& fortè nõ reperiť caſus
13 de quo minus poſſit aſſignari rõ.† Vltimo opp.de l.ſi alienus.ĩ.
ti.j. Sol.limita principium huius l.per illam l.nam iſtud fideicõ.
debebitur a patre,vel dño ſi filius,uel ſeruus adeant ipſorũ iuſ-
ſu.& ſic illis acquirať,ſed ſi anteq̃ adeant efficiantur ſui iuris , &
adeant ipſorũ voluntate , & ſic lucrũ hæreditatis apud eos re-
maneat, tunc tale fideicommiſſum de rigore nec debeť a patre ,
uel dño,qui non hñt emolumentum,nec a filio, uel ſeruo q nõ
fuerunt expreſſe grauati,ſed de ęquitate bñ debetur ab eis,quia
grauamen fingiť per prius eis iniunctum , ut hac l. ꝓbanť, dum
dicit deberi ex eorum perſona,& hoc dr̃ in illa l. Ex ſcđa parte l.
no.duo. primo ꝙ pater.& dñs quib.facta eſt acquiſitio ꝑ filium,
uel ſeruũ , pñt grauari de reſtituendo acquiſita eidem filio , vel
ſeruo.Secundo,ꝙ tunc grauamẽ ſumit vires ex ꝑſona patris,uel
dñi.hoc eſt dicere ꝙ debeť ex eorum perſona non filij.vel ſerui .
rano redditur. ĩ.poſt medium ibi, (quia ex perſona ſua & cæt.)
14 † Et ſuper iſta parte eſt una gl.magna quæ incipit.ſed ſi. pro cu-
ius declaratione op.ad primum notabile, ꝙ tale fideicommiſſũ
non ualeat,ut inſti.de leg.§. an ſeruo,& ĩ.e.tit.l. quantum.circa
prin.& patet ꝑ rõnem,qa ſi fieret eius reſtõ,ſtatim reacquireren
tur ipſi patri de dño reſtituentis,ſicut qñ adiuerunt iuſſu eorũ
ſtatim fuit eis facta acquiſitio,ut l.placet.de acq. hære.& ſic nu-
garoria eſſet illa reſtõ,& pro non facta haberetur.ut l.qui ſic. ĩ.
de ſol.Glo.laborat in ſolõne huius ꝯrij.Quidam.n.fatenť ꝙ non
ualeat,niſi quatenus eſt de uoluntate pr̃is,uel dñi.&dñt hoc uel
le tex.dum dicit ex ipſorum perſona capit uires nam exponunt.
i.ex ipſorum uoluntate,ſed qñ extraneo , tunc ex neceſſitate qa
ualet.& hoc hr̃ in ptin.gl.& ẽt alia ſol.quam ponit gl.circa fi.io
uerſi.uel dic,tendit ad idem in effectu,q̃ opi.recitauit gloſ.j. po-
nendo caſum.ſed non eſt uera, quia ꝯ illum text.ſi bñ ponderet
in uerſi.ipſi uero filio . ubi dr̃ ꝙ aduerſus filium non detrahit pr̃
fal.ergo totum tenetur reſtituere,& ſi iſta opi.eſſet uera nihil re
neretur reſtituere,niſi quatenus ſibi placeret. & ſic ſi poſſet re
tinere totum,fortius partem.l.uideamus.§.pe. ſ. de in lit.iuran.
tex.aũt dum dicit ex ipſorum perſona,recipit alium intellectum
quem tangit gl. poſt principium ibi,(uel dic ex ꝑſona &c.) & iſte
eſt uerus,ut ſ.dixi,quem ẽt declarat gl.in ſeq.parte ſuper uerbo,
ex perſona filij.unde ſoluitur ꝯrium alio modo, ꝙ procederet ſi
pater eſſet fraudat⁹ purè reſtituere filio uel ſeruo,ſed hic dẽt in-
telligi,qñ in diẽ uel ſub conditione, quo caſu quia teſtator diſtu
lit legatum , ẽt lex differt eius ualiditatem , & facit ipſam eſſe in
ſuſpenſo,ut ſi tempore condõnis uel diei aduenienre reperianť
ſui iuris ualeat, quia remanebit penes eos , & non reacquireret
patri

patri, uel dño, & ſic ceſſabit rõ de qua ſ. ſi aũt reperiant in eadẽ
15 ptãte, ex tunc apparebit non ualere, ſic j. eo. l. a filio. † Sed qñ pu-
rè, ſicut teſtõr non diſtulit legatũ, ita & lex non differt ualidita-
tẽ, ſed ſtatim reddit ipm nullum, nec reconualeſceret, licet ante
diem legati cedentis reperiantur ſui iuris, pp rĩam Catonianam
q̃ vult inſpici tps teſtamenti, vt ſicut tũc nõ ualeret ſi teſtõr illo
tunc moreret, ita & ſi moriat poſt: licet tpe mortis ceſſet cã inua
liditatis, vt j. de rĩa Catoniana per totũ, quæ tñ rĩa nõ hẽt locũ
in relictis condõnalibus, pp rõnem de qua ſ. Iſta ſol. vera eſt ĩ lẽ,
ſed continet donationem quo ad hanc l. quia hic non apparet
q iſ dic, uel ſub condõne reliquerit. vñ cum loquatur ſimplr,
dẽt intelligi q ẽt purè, iõ ſoluit tertio mõ, q ſimplr & purè gra
uauit, & nihilominus intellr concluſio vel tps ex pſumpta mẽte
defuncti. l. q uoluerit relinquere in tps quo erant ſui iuris eman
cipatione, uel morte pr̃is, & ſi tunc reperiantur ſui iuris die le-
gati cedẽtis erit ualidũ relictũ, alr ſecus, & allegat gl. ad hoc l. vbi
purè. j. ad Treb. certè per hoc non tollit ɔ̃riũ de § an ſeruo. ubi
ſimplr dicit q nõ ualet, & ſic non ſubintellr dicta ɔdõ, quia ualet
ter. itẽ l. vbi purè, quã gl. alleg. non facit pro ea, quia ibi fuerunt
appoſita alia uerba, ex quibus apparebat de mẽte teſtõris. q ui-
luit differre in iſtud tps, qa dixit, q faceret ad aliud peruenire, qđ
intellr. ſ. cum effectu, vt in l. a. §. perueniſſe. de hære. uel act. vẽ pp
hoc Old. ſuppler ad gl. q hoc dẽt intelligi qñ alia uerba fuerunt
appoſita q̃ hoc ſapiant, alias fatet ɔ̃num, q non valet. Sed quia
iſtud vr̃ ptinere diuinationem. Bar. intelligit ẽt, ſi non fuerũt ap-
poſita. & ad §. an ſeruo. rñdet, q ibi pr̃ uel dñs fuit inſtitutus, &
grauatus, date ſeruo uel filio, a quib. nihil acquirit. iõ legatum
redditur nullũ, nec cenſet dilatũ in tps exiſtẽtiæ ſui iuris, hic fuit
inſtitutus ipſe filius uel ſeruus, quia acquiſiuerũt pr̃i & dño, vñ
cũ pater, & dñs rogent reſtituere eiſdem a quib. acqſiuerũt, me-
rent illi plus fauoris, vt non ſit nullũ, ſed cenſeat dilatũ in illud
tps, & allegat ad hoc l. epiſtolam. §. ſi. cum ſua gl. j. ad Tre. ſed ille
tex parũ facit, qa loquit in fideicõmiſſario vniuerſali, qui habuit
ab hærede ex iudicio defuncti. vñ ſi grauat de reſtituendo eidẽ
hr̃di ſimpliciter, cẽletur grauatus ẽt reſtituere poſt mortẽ ſuã:
aliàs ptium ſi fideicõmiſſum fuiſſet inutile, quod teſtõr nõ cẽtur
voluiſſe. Nos loquimur in patre, & dño q habuerunt a filio vel
ſeruo non expreſſa volũtate defuncti, ſed ex legali diſpoſitione.
vñ non ſic pſumimus voluntatẽ defuncti, circa illã acquiſitionẽ
q̃ fit a l. ſicut in caſu pcedenti. Et hr̃ ɔ̃ ipſum, & pro Old. videtur
tex. a ɔ̃rio ſenſu. de l. quidam. §. ſi ſeruo. j. ad Treb. ubi dicit in ter
minis huius l. valere fideicommiſſum qñ fuit expreſsè collatum
in tps exiſtentiæ ſui iuris. ergo ſi non fuit, non valet. Nec ob. glo.
in l. epiſtolam. dum ſentit opi. Bar. quia dicã eã non eſſe ueram p
illũ §. ſi ſeruo, d. l. qdã. & ita iſta opin. vr̃ mihi tutior. valebit ergo
iſtud fideicommiſſum ſi ſuit dilatũ in tps exiſtentiæ ſui iuris ex-
pſsè, uel tacitè p appoſitionem aliquorũ verborũ q̃ hoc ſapiant.
Et hoc caſu cum valeat. l. ſit in pendenti, quia non ualet firma va
liditate. vt ſ. dixi. ſi pater vel dñs diſſipatet antequam illi efficerẽ
tur ſui iuris, locum habet prouiſio. l. imperator. j. ad Treb. & ita
intellige gl. hic circa fi. ibi, dũ dicit. Item cogit a, pr̃ diſſipat. Et eo
caſu quo pater eſſet inſtitutus, & grauatus reſtituere filio in il-
lud tps, ſi nollet adire, poſſet per filiũ cogi, quia recuſando adire,
vr̃ diſſipare ad incommodum filij, quia ponit fideicommiſſum
in periculo, & ita loquitur l. cogi. §. ſi pater. j. ad Treb. & hoc de
primo no. Circa tertiam partem l. quæ continet duos caſus, oo-
ta ex primo caſu q tũc detrahit treb. Item no. tõnem quia tunc
reſtituit vt hæres cum teneatur ex perſona filij. Item no. q appel
16 latiune † falcidiæ continet Treb. eo modo debita iure naturæ
largo modo dr̃ falcidia vt in auth. vnde ſi parens. C. de inoff. teſt.
quod facit ad illam qõnem, an de relictis ad piam cãm detraha-
tur Treb. nam iura dñt q non trahit fal. & ſic vr̃ loqui de ſingu-
larib. relictis, de quib. propriè detrahitur falcidia, non de vñi, de
quo detrahit trebellianica, vt in auth. ſed cũ teſtator. C. ad l. falc.
& in corpore vnde ſumitur, ſed in ɔ̃rium facit iſte tex. & quia eſt
eadem rõ. ſ. fauor piæ cãæ, & hoc tenet Bar. in l. Marcellus. j. ad
Treb. Super iſto caſu non eſt niſi iſta gl. quæ incipit ergo vt hr̃s.
quæ tendit ad declarationem literæ, ſed eam. ſ. melius declaraui.
In fi. tamen format vnum ɔ̃riũ ad illud quod ſ. dixi, q ideo tunc
pater tenet ex perſona filij, qa fideicommiſſum cenſet iniunctũ
filio per prius, & patri per poſterius. Contra de l. ſi alienus. j. tit.
j. vbi probatur q non cenſet iniũctũ filio per prius. Sol. non ſunt
expreſsè ſibi iniunctum, & ita loquit ille tex. dum dicit nec ſer-
uus, quia rogatus non eſt. ſ. expreſsè, ſed tacitè bene fingitur ro-
gatus, & ideo de æquitate tenet in caſu illius l. Circa ſcm caſum
ſunt tres gl. vna q̃ incipit, retenturũ, & aliæ duæ ſeq. Opp. pro de
claratione primæ, q ſi rogatus eſt reſtituere filio detrahit quar-
tã, qa ẽt tũc locũ habent remedia treb. vt l. j. §. ſi filio. j. ad Treb.
gl. ſatet de alijs remedijs non de detractione quartæ. illud vĩ ve-
rũ, nam alia remedia ſunt vt fideicommiſſarius cogat hæredem
ad adeundũ, ſed hoc non cadit hic, ut filius cogat pr̃em ad hoc,
tũ qa pr̃ non eſt inſtitutus, & ſic adire nõ ptinebat adire, ſed ad
filiũ. tũ qa pręſuppoonit q filius iam adiuit, & pr̃i acquiſiuit. Itẽ
aliud remedium eſt de transferendis iurib. vtilib. in fideicommiſ
ſum p ſolam reſtõnem verbalẽ, ſed nec iſtud vr̃ hic hr̃e locum,
quia pt grauatus de reſtituẽdo filio, non transfert in eũ iura vti-
lia, nec facit vtilem ipm hr̃dẽ cũ ipſe ſit directus hæres, ut tenet
gl. ſeq. q̃ incipit ideoq;. in fi. q̃ vr̃ ɔ̃ria huic, nam qñ fit reſtõ ei q
hẽt iura directa p illũ q hẽt utilia nihil transfertur, immo vtilia
euaneſcunt, & directa q̃ erant inutilia reaſſumunt vires, ut in le.
ſi hr̃s inſtitutus. in prin. j. ad Treb. Sol. hr̃ poſito q eſſet uerum,
q filius remanſit directus hr̃s, tñ apud eum non remãſerũt dire-
cta iura, immo illa tranſiuerũt in pr̃em iuris cẽſura. Et cũ pater
poſtea reſtituit filio eadẽ iura directa totaliter ab eo euelluntur,
& redeũt ad filiũ, penes quẽ ſemel fuerũt & remãſerũt reliquiæ.
ſ. nomen hr̃dis nudũ. vñ facilior patet regreſſus, arg. in l. ſi vnus.
§. & in ſpecie dotis. ſ. de pac. Nec ob. q dicta iura non ſeparantur
ab oſſibus, vt no. in l. ſi quis ergo caſus. ſ. de peculio. & no. in l. 3.
§. pro ſoc. qa fallit hoc caſu qñ redeũt ad illũ a quo habuerũt ori
ginẽ, ita intellige iſtũ artĩ. † Et ſic aduerte ad tres caſus, nam in-
17 terdum fit reſtõ ei q hẽt iura directa tñ inutilia, ut cũ fideicõmiſ-
ſarius vr̃ s grauatus poſt tps reſtituere hr̃ditatẽ, illi reſtituit, &
tunc nihil transfert, immo iura vtilia quæ habebat euaneſcunt
& directa q̃ erant penes hæredem, reaſſumunt vires, vt in l. hæres
inſtitutus in prin. j. ad Treb. non. n. directa & vtilia poſſunt cõ-
currere in eiuſdem perſona circa idem. immo directa abſorbent
vtilia, ut in l. Stichum. §. aditio. de ſol. Interdum fit reſtitutio illi
qui non habet directa iura, tñ ſemel habuit ut in caſu huius l. cũ
filius fuit inſtitutus, & adiuit, & ſic directa inceperũt ĩ eius perſo
na & tranſiuerũt in pr̃ẽ, poſtea pr̃ eidem reſtituit, & tũc ad ipm
redeũt eadẽ directa, per rõnem, q̃ ſ. dixi. Interdũ fit reſtõ ei q nõ
hẽt directũ, nec vnq̃ habuit, & tunc in eum transferunt utilia, &
penes reſtituẽtẽ remanent directa inefficacia, ut in l. j. in prin. &
§. de illo ea. l. & l. ex aſſe. cũ ibi no. j. ad treb. Et ex his ambæ iſtæ
18 gl. remanẽt declaratæ. † No. ergo q pater iure quod habuit a fi-
lio, non poteſt vti ɔ̃ eum ut ſibi detrahat treb. licet aduerſus aliũ
poſſit uti, facit l. ſi iudex circumuento. ſ. de min. & intellige & li-
mita iſtum text. no. ſm Bar. quando filius fuit inſtitutus contem
platione ipſius met, uel ſimpliciter. Si autem expreſsè contẽpla-
tione patris, tunc ipſe pater cenſeretur inſtitutus, & hæreditas
diceretur profectitia, non aduentitia, ut in l. aditio. de acq. hær.
Ideo tunc non haberet locum iſte text. q non poſſit detrahere
trebel. immo poſſet, ſicut ſi ipſe fuiſſet inſtitutus, & grauatus re-
ſtituere filio ſuo, quæ limitatio eſt ſingularis & ueriſſima, pro-
cedit etiam iure iſto l. iſta. hodie uero, ſi fuit inſtitutus filius ſui
tm̃ contẽplatione, uel ſimpliciter, proprietas non acquirit pa-
tri, ſed ſibi. unde non poſſet grauari pater de reſtituendo eam
filio, cũ haberet eam, ſed vſusfr. acquirit patri, & de illo poſſet ro
gari, & tũc cenſeret ponit prohibita acquiſitio vſusfr. quæ pro-
hibitio põt fieri. vt in auth. excipit. C. de bon. q̃ lib. & hoc ſi fuiſ-
ſet rogatus pure, ſed ſi poſt tps, interim acquiretur patri, & adue
niente tempore rediret ad filium ſine alia reſtõne, & ita intelli-
ge quod nor. gl. 3. huius l. ante fi. ibi, (etiam ſm nouas leges.) eſt
19 cum ſequens glo. q̃ vſq. ad ver. ſed quæro clara eſt. † Sed pro decla
ratione illius ver. op. q cum pater rogatur reſtituere filio cenſe
tur rogatus vt hæres, & per conſequens detrahet treb. nam filiꝰ
adeũdo iuſſu eius fecit eũ hæredem, ut in l. placet. de acq. hær. &
l. qui aliena. §. interdũ. ſol. ſecũdũ gloſſ. verũ eſt quo ad commo-
ditatem, non quo ad nomen hæreditarium, nec quo ad directa
iura, quia illa remanſerũ penes filiũ. vel ſi volumus dicere q oĩa
tranſiuerũt in patrem, debet intelligi text. quando non fuit ro-
gatus ut hæres, ſed ut pater, alias procederet contrariũ. hęc ſe-
cũda non eſt uera, quia ſic non eſſet fienda differentia an eſſet
rogatus reſtituere filio, an extraneo, ſed ſolũ qualiter fuerit ro-
gatus, quod eſt contrariũ huius literæ. tene ergo primam, ſm
gl. Sed contra iſta l. loquitur in filio, & ſeruo: ſed in ſeruo nõ po
teſt procedere id quod ſ. dictum eſt, qđ penes eum remanſerit
nomen hæredis, & etiam iura directa, cũ ſint verba iuris ciuilis,
vt in l. verbis ciuilibus. de vulga. & pup. quæ non cadit in ſeruo,
ut in l. quod attinet. de re iu. glo. ſatetur q licet prima & ſecun-
da pars l. poſſint procedere etiam in ſeruo, non ſic illud quod
hic dicitur in 3. parte, ideo cautè Iuriſconſultus non facit de
ſeruo mentionem ab illo ver. vſque in fin. Innuit ergo glo. per
hoc q ſi dominus rogatus eſt reſtituere ſeruo, cenſeretur roga-
tus vt hæres, & aduerſus eum detrahet treb. contrarium deter-
minat glo. in d. l. quidam ita. §. ſi ſeruo. ad treb. Doc. vident tene-
re hanc gl. in l. cum proponas. C. de hære. inſti. Bar. tenet contra.
q non ſit differentia inter filium & ſeruũ. & q directa iura tran-
ſiuerunt in patrem & dñm, & q penes filium & ſeruum reman-
ſerit nudum nomen, facti quod conſiſtit in hoc, q fuerunt inſti-
repudiaret, fingeret̃ nõ acquiſita. ut d. l. legatarius. §. j. & decedẽs
a tranſmitteret ptãtẽ acceptandi. † Si aũt in uolũtate hæredis, vel
extranei (nã nõ facio dñam in hoc) tunc refert an in voluntatẽ
tacitã. ut lego tibi ſi hr̃s meus, uel Titius capitolium aſcẽderit, &
ualet, licet in ſua voluntate ſit aſcendere, uel non, ut l. nõnunq̃
de ɔdi. & dem. aut in uoluntatẽ expreſſam, & tũc aut per uerbũ
importans arbitrium boni uiri, ut ſi fuerit arbitratus, uel ſi pu-
tauerit, uel æquũ crediderit, uel ſi ſibi placebit, & ualet, ut l. ſi ſic
j. eo. in princ. & q̃ ſunt uerba importantia arbitriũ boni viri, dic
ut ibi ꝑ Bar. & rõ huius eſt qa ſi arbitraret̃, & malè, recurret̃ ad
arbitriũ boni viri, q̃ poſſet reformare, & ſic legatũ eẽt nullũ. Si
tñ non arbitraretur, tunc iſto caſu qñ ɔdõnalr̃ eſt ɔmiſſum, non
recurreret̃ ad arbitriũ boni viri. Sed legatũ eſſet nullũ, ut no. ꝑ
gl. & Doc. in l. j. j. ti. j. Aut per uerbũ, qd̃ importat liberã volũta-
tẽ, ut uerbũ uolo. & tunc aut per dictionẽ q̃ importat principa-
liter tp̃s, & ſecundario ɔdõnẽ, vt eſt dictio cum, & tunc ualet, qa
non cenſetur commiſſa ſubſtantia, ut j. de leg. 3. l. fideicommiſ-
ſa. §. hoc aũt legatum. aut per dictionẽ quæ importat principa-
b liter conditionem, ut ſi uoles, uel ſi volueris,[b] & tũc nõ ualet, ut
ea. l.

ADDITIONES.

a Vel extranei. Adde per ang. conſi. 201. per Old. conſi. 156.
b Si uolueris. Quid importet legatum factum tali mõ, lego tibi domum ſi uolueris
ſoluere omnia mea legata, uel omne ius ſuum. per eun. Pau. conſi. 245.

ea.l.§.qq.& hoc qñ apponit̃ origini. Si autem reſolutioni, vt lego niſi hrs meus uoluerit, tunc q̃a legatum eſt purũ, licèt ueniat re-
3 ſoluendum uoluntate, valet, ut ea.l.§. fideicommiſſum.† In contractibus autem ſimiliter in uolũtate creditoris poteſt committi ſtipulatio, ut promitto tibi ſi uelles, quia eſt obligatoria ex vna tm̃ parte, ut in l.a Titio.de uer.obl.in fi. Sed in contractib. ultro citroque obligatorijs ſecus, ut in l.in emenetis. C. de contrahen. emp. An autem in uoluntate debitoris, ut promitto tibi ſi uolã, uel cum uoluero, dic ut in l.centeſimis.§.fi.de uer.obli.& in l.cũ eum hac.de actio.& obliga.nam eſt materia ſubtilis, & periculoſa, ut ibi no.per Bar.

1 Homo liber, in quo alius habet ius pignoris, poteſt ſibiipſis legare, & prodeſt legatum.

2 Si redimo aliquem ab hoſtibus, qui ante captiuitatem erat liber homo, & poſtea fuit effectus ſeruus hoſtium, cum redit ad ciuitatem recuperat, libertatem reſpectu omnium, me excepto quouſque reſtituatur mihi pecunia quam pro eo dedi.

3 Habens caſtrum & iuriſdictionem omnium ſubditorum poteſt legare caſtrũ & omne ius ſuum hominibus dicti caſtri, & uidetur ipſos liberaſſe a ſuperioritate.

4 Legando, vel donando alteri eccleſiam, uideor legare iusᵖ. patronatus quod in ea hẽo, & ſi ipſimet eccleſiæ, uideor ipſam liberaſſe ab hac ſeruitute iuriſp.

1 **§.Qui ab hoſtibus.** †Caſus iſtius §.nõ eſt alibi ſm Ang.& dicit, q liber homo, ĩ quo alius habet ius pignoris, poteſt ſibiipſi legare, & prodeſt legatum, quia ius pignoris cenſetur remiſſum. Et ſic perſona legatarij, & res legata ſunt unum & idem. Hoc tamen uerum quantum ad corticem uerborum, non quantum ad ueritatem, quia res legata eſt ipſum pignus, ſeu ius quod habebat legans, ſed perſona legatarij, in qua habetur hoc ius, eſt penitus diuerſa ab iſto iure, ſicut aliud eſt res, in qua habeo ius pignoris, quæ eſt res corporalis, & aliud eſt ipſum ius pignoris, quæ eſt res incorpora-
a lis. † Et præmitte, quòd ſi redimo aliquem ab hoſtibus, qui ante captiuitatem erat liber homo, & poſtea fuit effectus ſeruus hoſtium, cum redit ad ciuitatem, recuperat libertatem reſpectu omnium. me excepto reſpectu cuius reputatur adhuc ſeruus meus quouſque reſtituetur mihi pecunia quam pro eo dedi, pro qua pecunia eſt mihi obligatus, ſicut ſi eſſet ſeruus cuiuſdam tertij, & ſic in ipſo habeo dominium reuocabile, ut in l.in bello.§.ſi qs ſeruus. ῑ.de cap. non ſic quando irreuocabiliter eſſet mea res, nã non poſſet eſſe mihi obligata, ut in l.neque pignus.de re iu. Si ergo dicam, lego te tibiipſi, ualet legatum, & uideor remiſiſſe omne ius meum, & recuperas libertatem reſpectu omnium, & h. d.
3 iſte §.per quem dicit Ang.† q habens caſtrum, & iuriſdictionem omnium ſubditorum poteſt legare caſtrum, & omne ius ſuum hominib. dicti caſtri, & vr̃ ipſos liberaſſe a ſua ſuperioritate. Sic ſi habeo iuſpa.in eccleſia legando uel donando alteri eccleſiam
a uideor legare iuſpat.* quod habeo per l.qui tabernas. de contra. emp.& per l.ſi domus.§,n.ῑ.eo. Similiter ſi dono ipſam eccleſiã ipſimet eccleſiæ uel lego, ualet, & uideor legaſſe ius patronatus, & ſic ipſam liberaſſe ab hac ſeruitute, ut ῑ.eod.l. ſi tibi homo.in fin. Tene menti ad multa.

ADDITIO.

a Iuſpatro natus. Adde ut per Rom.ſing.ſuis, fol.2.conſi.177.

LEX XLVI.

1 Regula Catoniana non habet locum in legatis in quib. impedimentum ceſſat ex cauſa quę retrotrahitur.

2 Ex iure ſuperueniente auctori meo confirmatur ius meum, uide tamen nu. 5.

3 Si legans rem alienam habeat aliquod ius ſaltem in ſpe, & quæ poterat deficere, cenſetur habuiſſe reſpectum ad illam ſpem, & ad illius contemplationem cenſetur legaſſe non legaturus, niſi ſpes deueniat ad effectum.

Si debetur mihi a Titio Stichus, aut decem, & ego lego tibi Stichum uideor legaſſe contemplatione ſpei, quam habebam in Sticho.

4 Legans rem in qua habet ius in re, uel ad rem, uidetur legaſſe illud ius etiam ſi erat incertum, & fallibile.

5 Emphyteuta ſi legauit mihi ius ſuum, vel ſimpliciter rem, & deinde acquirat directum dominium, an debeatur mihi totum.

1 **SEruum filij.** † Regula Catoniana nõ habet locũ in legatis in quib. impedimentũ ceſſat ex cã quæ retrotrahitur. h.d.ſm Bar.& eſt notabile ſummarium, & probatur ῑ.prox.§. Et ad hoc vt procedat iſtud ſummarium oportet ponere caſum ſm eũ, q iſte pr̃ credebat iſtũ ſeruum, q erat filij ſui, & dñiũ caſtrenſis peculij eſſe ipſius patris, vel errore iuris ductus, quia credebat caſtrenſe peculiũ ſibi acquiri, ſicut profectitium, vel & aduentitium ipſo iure, quod erat in l.2.ad Macedonianũ, vel credebat filium eſſe mortuum, & ſic dñium caſtrenſis peculij ad ſe deueniſſe: vt in l.2. de caſtren. pec. & ſic errabat in facto, cum viueret, vel putabat eſſe ſuum ex alia cã, & legauit ipſum cuidam extraneo tanq̃ ſuum, cui veriſimiliter non legaſſet ſi non crediſſet eſſe ſuum, & ſic nõ valebat legatum vt in l.cũ alienã. C.de leg. Si ergo poſtea dñium acquirat q̃a filius præmoriatur, & non facit teſtm̃ ſuper caſtrẽſi peculio, q̃a facere poterat, & ſic pr̃ occupat iure peculij, vt d.l. 2. de caſtr. pec. videbat non ppea reconualeſcere legatum pp r̃lam Catonianam, q̃a ſi fuiſſet mortuus tpe teſti, legatum non valuiſſet, cũ filius ſuperuiueret, & ſic erat legata res aliena ab ignorante & extraneo, ut d.l.cũ alienam. Contrarium hic dr̃, q ualet & reconualeſcit, q̃a poſtq̃ filius non fuit uſus iure ſuo teſtãdo de caſtrẽ. pec. pr̃ fingit retro fuiſſe dñs. Intellige ut ɔcludat iſta rõ, ſ. à tpe acquiſitionis iſtius ſerui, & ſic añ teſtm̃ pr̃is. Sed ſi tunc fuiſſet ſuus, legaſſet rem ſuam non alienam, & non hr̃et locum l. cum alienã. & valeret legatum eodem modo quo ualet nũc, & recõualeſcit, q̃a impedimentum, & cã nullitatis tollit̃ ex cã, q̃ fingit retro ante teſtm̃ pr̃is. Sed Bal. reprobat hũc intellm̃, q̃a pr̃ non efficit̃ retro dñs, niſi a tpe mortis filij. Sed filius hic mortuus erat poſt teſtamentũ pr̃is, ergo pr̃ non fingit̃ fuiſſe dñs tpe ſui teſti, & ſic iſta rõ nõ põt eſſe bona hic, licet dcm̃ in ſe ſit bonum qñ ceſſaret cã q̃ fingeret̃ retro añ teſtm̃. Sed dcm̃ Bal. non placet, q̃a ſi ſic eſſet, fruſtra poneret̃ iſta rõ, q̃a retro credit̃ pr̃em dñium habuiſſe. nõ eñ ɔcluderet aliq̃d ex qñ quo retro añ teſtm̃, ſed a tpe mortis filij. Iõ intellige retro, ſ. a tpe acquiſitionis huius ſerui, nam pr̃ia ptãs erat cã, q oĩa q̃ſita per filium ſtatim acq̃rebant̃ patri. Fallebat in caſtrenſi peculio, uel quaſi, quæ quærebantur filio pleno iure, & de ipſis poterat teſtari. Sed filio mortuo ſi non fuit teſtatus pater occupat iure peculij, & in ipſum tranſit dominium, non tanq̃ in hæredem hoc iure, ſed tanq̃ in patrem, & dicebatur vr̃is ſucceſſor, non hr̃s in d.pec. ut d.l.2.& l.tam ex contractibus. de iud. Et vltra hoc fingebat̃ fuiſſe dñs a tpe acquiſitionis factæ pp patriã ptãtem, in qua fundat̃ hæc fictio, licèt re uera nõ fuerit. Hæc aũt acquiſitio fit ante teſtamentum pr̃is, ergo pr̃ fingit̃ legaſſe rem ſuã, nõ alienam, ſecus ergo ſi acquiſiuiſſet dñium teſtator ex cã quæ non retro fingeretur, nam non recõualeſceret legatum pp regulam Catonianam. vnde ſi iſte filius fuiſſet teſtatus, & patrẽ inſtituiſſet, vel iſtũ ſeruũ ſibi legaſſet, tunc ceſſaret prima fictio, quia filius fuit uſus iure ſuo, unde pr̃ non potuit occupare iure peculij, ſed acquirit dñium tanq̃ hr̃s, ut legatarius, & iſtæ cãe habuerunt originem poſt teſtm̃ patris, & ſic legatum factum a patre de iſto ſeruo quod a principio fuit nullum pp errorem, non reconualeſceret ſm Iac.de Are.& eundem Bar. pp regulam Catonianam. Et hæc eſt intentio ſua, licèt ualde obſcurè loquat̃, & uix poteſt intelligi. In text. ibi (conſtitit legatum.) non intelligas q uoluerit a principio. ponendo caſum ut Bar. ponit, ſed quòd reconualeſcit ex poſtfacto. In tex. ibi (cum enim.) Iſta ratio non eſſet neceſſaria, ſi poneremus q pater ſciebat tpe teſti ſeruum iſtum eſſe filij, quia tunc ualeret legatum ab ipſo principio, etiã ſi factum eſſet extraneo, ut d.l.cum alienam. & ex ſuperuenienti dñio ipſi patri multò fortius ualeret, & fortificaretur. ar. in l.
a cum uir prædium. de uſur. ubi † ex iure ſuperueniente authori ɔfirmatur ius meum. Et hoc etiam ſi non fingeretur retro fuiſſe dominus, nec eſſet tractandum de regula Catoniana, quę locum habet in legatis a principio inualidis. Ad hoc ergo, ut iſta ratio ſit pertinens & concludens, oportet ponere q ignorabat, ut Bar. ponit. Et pro hoc quod hic dicitur q retro fingitur fuiſſe dominus, habes tex. in l. proponebatur. ῑ. de caſtrẽ. pecu. ſecundum Dy. ille tamen tex. uidetur poſſe intelligi in caſu quem ponit, ut fingatur retro dominus a morte filij. Sed ipſe non poteſt ſic intelligi, quia ratio tunc non concluderet. Et per iſtum tex. paret q ſi legaſti mihi rem quæ erat tua, reuocabiliter tamen, ut quia dominus eius eã tibi legauerat, & erat mortuus, tu tamen credebas eſſe tuam irreuocabiliter, & ex alia cã, & ſic nõ ualebat, ſi legaſti extraneo, ſi poſtea ſciẽs legatum accepraſti, & ſic efficieris dominus ex cã q̃ retro fingitur, reconualeſcit legatum a te factum, & ita intelligitur ſequens §. ſm Dy. uel dic ut ibi dicam. Eodem mõ ſi legaſti mihi rem meam, quæ erat mea reuocabiliter, ut quia erat mihi ab alio obligata, & ego poſtea repudiaui legatum, quia fingor retro nõ fuiſſe dñs, ut ſ̃.eod.l. legatarius. §.j. reconualeſcit
3 legatum per iſtum tex. ſm intellectum Bar. † In glo.j. ibi (quia ius quod habet, legare vr̃.) Bar. mirarur de iſta gl. quia pater uiuente filio nullum ius habebat in hoc ſeruo. Sed certè gloſſ. intellexit quod habebat in ſpe, non in re, ſperabat enim ipſum effici ſuum præmoriente filio, & non teſtante, & occaſione iſtius ſpei legauit. Si ergo euaneſcat iſta ſpes, euaneſcit etiam legatum. Et iſta gloſſ. debet aliter intelligi quàm Barto. intelligit ſcilicet quãdo pater ſciebat iſtum ſeruum eſſe filij. & ſic ualuit legatum a principio, ut dixi ſuper tex. per l.cum alienam. Si enim ignorabat, nõ poteſt dici quod habuerit reſpectum ad hanc ſpem. Sed tunc opp. ſi valuit a principio legatum, ut dixi, licet poſtea non acquiſiuit dominium, debet remanere ualidum, & hæres debet teneri ad redimendum a filio qui ſuperuixit, vel ab hærede filij, vt d. l.cum alienam, non autem debet vitiari. vt dicit gloſſa. propter hoc gloſſ. quæ ſentit iſtud contrarium, vult ſoluere, q illud procederet quando in re aliena quam quis legauit, nullum ius habebat in re, vel in ſpe, ſed qñ habebat ſaltem in ſpe, & quæ poterat deficere, cenſetur habuiſſe reſpectum ad illam ſpem, & ad illius contemplationem cenſetur legaſſe non legaturus, niſi

ſpes

ſpes deueniat ad effectum, hæc eſt intentio glo. ſingularis, pro qua allegat tex.in ſimili in l.ſi ſic.§.ſi.circa fi.ibi. dum dicit. ſi x. nihil conſequitur. ſ.eo.& in l.ſi Titius mihi, in princ. ſ.ti.j. vbi ſi debetur mihi à Titio Stichus, aut x. vtrum ipſe ſoluerit, & ego lego tibi Stichum, videor legaſſe contemplatione ſpei, q̃ habebam in Sticho. Iō ſi debitor non ſoluat Stichum, ſed x. nihil tibi
4 dr̃. † No. ergo ꝙ iuxta dicentia qñ quis legat rem in qua hẽt ius ĩ re, uel ad rem, vr̃ ſolum legaſſe illud ius,[a] vt ſ.eod.l.ſi domus.§. ſi fundus non ſolum hr̃et locum, qñ hẽbat ius certum & infallibile, ſed ẽt qñ incertum, & fallibile, & ſic ꝯſiſtebat in ſola ſpe, ut ad illam tm̃ cenſeatur babuiſſe reſpectum. Tenementi perpetuo[b]
b iſtam gl. ſed Bar. ipſam rep̃hendit, & non bñ. dicit.n. ꝙ iſta ſpes ĩ patre non erat probabilis, qm̃ erat ꝯ votum parentum, quod ẽ ut filii ſuperuiuant, non vt p̃moriant̃, & quia ꝯ bonos mores, & ſic in quolibet ex̃neo eſſet improbabilis ſpes poſt mortem alterius, ut in l.poſt emancipationem. de lib. leg. Et ideo non eſt dicendum ꝙ ius præſumat ipſum habuiſſe reſpectum ad hanc ſpem a iure reprobatam. Et pp hoc vr̃ ſentire, licet ipſe non dicat expreſſe, ꝙ ſi iſte pater ſciebat iſtum ſeruum eſſe filii, ꝙ tunc legatum remaneat firmum, licet dñium ad patrẽ non perueneꝛit, tanq̃ legauerit rem, q̃ ſciebat alienam, & in qua nullam ſpẽ habebat. & ſic hr̃s tenebitur redimere. Sed nō obſtat rō ſua, qa iſta ſpes non fundatur principaliter in morte filii, ſed in patria ptãte, quæ eſt de præſenti. & ſic eſt probabilis, quia fundat̃ in diſpoſitione iuris, quod vult ſi filius præmoriatur, uel nō teſtetur pater fingatur retro fuiſſe dñs. Sed ſi ſpes non eſſet probabilis, fateter dictum Bar. Pone exemplum, Titius inſtituit me hæredem, uel fundum ſuum mihi legauit, ego ſciens hoc, illum fundum legaui tibi, certe non videor legaſſe contemplatione ſpei, quam habebam in morte ſua, quia illa eſt improbabilis. non eñi fundatur in patria ptãte. Et ideo ſi ſpes illa euaneſceret, quia p̃moreret̃, uel ille reuocaret teſtm̃, non euaneſceret legatum, ſed remaneret firmum, tanq̃ factũ de re aliena ſcienter, in qua nullã habebã ſpem. & ita intellige iſtam mãm. quã no. qa melius de-
5 claraui q̃ Bar. & Bal. Aut Ang. † Vltimo Iac. de Are. formauit hic unam q̃onem pp vnũ quod ſ. dixi. ſi iſte filius teſtaretur in ipſum patrem, ꝙ non reconualeſceret, quia ex cauſa quæ nō fingit retro acquireret. Pone quòd emphyteuta legauit mihi ius ſuum vel ſimpliciter rem, & ſic vr̃ mihi ius ſuum tm̃ legaſſe. Deinde acquirit directum dñium, an debeatur mihi totum? Et illud quod dixi, eſt argumentum ꝙ non, quia ius ſuperueniens authori meo poſt teſtm̃ factum ſi non fingitur retro, nō ꝓdeſt mihi. Iſta q̃o hic eſt impertinens, quia hic loquitur quando ſuperuenit, authori meo ius quod mihi legauerat, quod tempore teſtamenti non habebat, quia legauit rem filii, quæ poſtea effecta eſt ſua. Sed q̃o loquitur quando ſuperuenit id quod non legauerat, nam legauit vtile dominium, & ſuperuenit directum, in qua q̃one Bar. diſtinguit. Aut dixit lego talem rem meam, vel tale ius meum, & tunc nō dẽtur dominium directum ſuperueniens, ſed duntaxat vtile, quod fuit legatum. per id quod no. glo. in l.ſerui electione.§.fi.ſ.eo. Aut ſimpliciter dixit, lego talem rẽ & ſic non reſtrinxit ad ius, quod habebat de præſenti, & tunc ius ſuperueniens debetur arg. in l.ſi ex toto. in princip. & in l. quod in retum. §. ſi quis poſt. ſ. eo. Sed illa iura nihil faciunt. loquuntur enim quando ius ſuperueniens non abſorbebat ius legatũ, ſed ſuperuenit tanquam acceſſio. Hic uero ius directum ſuperueniens abſorbebat utile quod erat legatum, tanquam plenius abſorbens ſemiplenum, ut in l.ſi te ſolum. de hæred. inſt. & ſic nō ſuperuenit ut acceſſio. ſed vt principale. Vnde Bald. in l. vxor patrui. C. de leg. tenet indiſtincte non deberi directum dominium, ſed vtile. Nam licet id fuerit extinctũ per ſuperueniẽtiam dñii directi quantum ad formam, non tñ quantum ad cauſam. Pōt enim hæres accuſare de nouo aliud vtile, & ita debet intelligi l. quod in retum.§. .ſ. eod. quando vſuſr. legauit vſumfr. & poſtea acquirit proprietatem, & ſic vſusfru. extinguitur: nam legatũ adhuc tenet, & debet creari de nouo per hæredem in perſonam legatarij. Sed contra ſi hñs directum dñium, uel proprietatem nudam ipſam relinqueret, & poſtea vſuſr. qui eſſet apud alium, vel vtile dñium conſolidaretur cum proprietate, deberetur integra proprietas, qm̃ ius ſuperueniens non abſorbet primum. ſed potius econuerſo, & ſuperuenit tanq̃ acceſſio, ad quod ſ. ead. l.§. ſi a-
reç. ſed ſi alterum non abſorberet alterum, quid intereſt? dic ut in d.l.ſi ex toto, & quod ibi dixi. & in d.l. ſerui electione.§. fi.

ADDITIONES.

a Illud ius. Adde quod uoluit Alc. conſi. 47. 2. lib.

b Menti perpetuo. Adde quod pulchre uoluit Lu. Ro. conſi. 308. in 2. col.

2 *Si rem mihi legatam ignorans tibi legauerim, & deceſſerim anteq̃ acceptarẽ, uel repudiarem, an tranſmittam dominium quod habebam ex cã legati, in te legatarium, ut nec hæres meus poſſit repudiare in tui præiudiciũ. & nu. a*

3 *Si tunc eam tibi legaui tanquam ſimpliciter alienam, poſtea cognouerim mihi legatam, & legatum repudiauerim, quare non remanet legatum tuum validum, ſicut ſi nunquam fuiſſet mihi legata.*

4 *Quando legaui rẽ in qua habeo ius, uideor illud tantũ legaſſe, quando ſciebã me illud ius habere, & non vltra. Idem ſi putabam me plus habere q̃ haberem, & reſtringitur ad illud quod habeo.*

5 *Si tpe teſti mei ſciebam rem alienã, & mihi legatam, tunc eã legando uideor legatum mihi factũ acceptaſſe, ſi teſtator erat mortu' & adita erat hr̃ditas. Quid ſi credebam rem meam ex alia cauſa, cum eſſet aliena, & mihi legata, & quid ſi ſciebam eſſe alienam, tamen ignorabam mihi legatam.*

1 ## §. Si quis rem.

† Si lego tibi rem alienam mihi legatam, ſecuta acceptatione legati per me ualet legatum tuum, ſecus ſi ſequatur repudiatio. h.d. ſm̃ intellm̃ Dy. qui ponit caſum qñ credebam rẽ eſſe meam ex alia cã q̃ legati, & ſic irreuocabilr̃, quo caſu legatum tibi extraneo factũ nō ualebat per l.cum alienã. C. de leg. ſed ſecuta acceptatione p me reconualeſcit, quia fingor retro fuiſſe dñs, ut in tex. & ſic ceſſat impedimentũ ex cã quæ retro fingit: Ideo ceſſat regula Catoniana, ut in prin. huius legis, licet Dy. hoc non ponat. Intellige tñ ꝙ teſtator qui mihi eam legauit erat iam mortuus tpe teſtĩ mei, & erat eius hr̃ditas adita, uel ẽt non adita. Nam primo caſu videor fuiſſe vere dñs ab adita hr̃ditate, & ſecundo ficte a morte teſtõris, & qd̃libet iſtorũ p̃cedebat teſtm̃ meũ, ſecus ſi eſſet mortuus poſt teſtm̃ meum, quia nō fingeret̃ fuiſſe dñs tpe mei teſti, & ſic obſtat rl̃a Catoniana. Si vero repudio, legatum non cõfirmat̃, quia impedimentum non ceſſabat, & iſte intellr̃s placet, ꝙ quantum ad hoc ut ſecuta acceptatione ualeat legatum tuum, & ſecuta repudiatione non ualeat, ſed ꝙ legatum a principio tibi factum non ualeat, ex eo q̃ credebam rem meam eſſe ex alia cã non placet, quia veriſilr̃ eſt, ꝙ ſi ſciuiſſem rem mihi legatam, & teſtõrem eſſe mortuum, ſilr̃ legaſſem, cum in ptãte mea eſſet facere ipſam mam acceptando legatũ, ſi erat adita hr̃ditas, uel erat legatum repetitum ab inteſtato, ita ꝙ non poterat deficere, pp aditionem nō factam, nam ſicut ſi eſſet mea ex cã q̃ putabã non grauabat̃ hr̃s in redimẽdo, ita & ſi efficiat̃ mea ꝑ accepta
2 tionem legati. † Et ex hoc ſequitur ꝙ ſi deceſſi, antequam acceptarem uel repudiarem, tranſmitto dominium, quod habebam ex cã legati, licet ignorarem me illud habere in te legatarium, nec hæres meus poterit repudiare in tui præiudicium, vt eſt tex. ſ.eo.l.ſi fundum ſub condõne.§. ſi Titius. ſed ſi eſſet uerum, qd̃ dicit Dyn. quòd iſtud legatum non valeret, ſed confirmaret̃ per acceptationem meam, tunc decedendo antequàm acceptem, cum non poſſit ſequi confirmatio, legatum tibi factum eſſet inutile: & in hoc eſt vtilis iſta inueſtigatio. Quando autem repudio legatum, tunc perinde eſt acſi nunquam fuiſſet mea, & ideo ſi putabam eam meam tempore teſtamenti, & tu eras extrane',
3 legatum non ualet. vt d.l. cum alienam. † Sed poteſt poni caſus quod ego ſciebam ipſam eſſe alienam, ſed ignorabam eam mihi legatam, & ſi eam legaui tanquàm ſimpliciter alienam, tunc legatum valet: quia ſi non eſſet mihi legata, valeret, vt d.l. cum alienam, fortius ſi eſt legata. quia etam dominus, licèt ignorarem & ſic plus erat in veritate q̃ in opinione. Si ergo acceptaui legatum: non dico ꝙ confirmetur legatum tuum, ſed roboratur, ſicut ſi eam emiſſem a vero dño. Si autem repudio, adhuc remanet legatum tuum validum, tanq̃ factũ de re aliena ſcienter. qa ſi non eſſet mihi legata, ualeret. Idem ergo ſi fingitur non legata, & iſte fuit intellectus Bar. dicentis ꝙ in fi. huius §. non dr̃, ꝙ legatum non ualeat, ſed dicitur ꝙ fingor non fuiſſe domin', ſed ſi nũquam fuiſſem dñs, poſtq̃ legaui rẽ alienã ſcienter, ualeret: & teneretur hæres redimere, ergo & nunc. Sed in contrariũ facit quia cum acceptando potui roborare legatum, repudiando videor ipſum reuocaſſe, ſicut alienando rem legatam: ut infr. ti. 2.l. fideicommiſſa.§. ſi rem. Poteſt dici, ꝙ hoc procederet in alienatione quæ nō fingeret̃ retro facta, ut ſi legaui tibi rem meam quam credebam alienam: & ipſam poſtea alienam, licet.n. legauerim vt alienam, & ſic uolui grauare hæredem de redimendo non propterea tunc tenebitur hæres redimere: quia tenuit legatum tanq̃ de re mea, licet ignorarem, ut ſic potius inſpiciatur veritas q̃ opin. falſa, poſtq̃ plus erat in veritate, ut in l. rl̃a. §. j. de iur. & fact. ign. nam iſta alienatio non trahitur retro. Sed quando erat mea ex cã legati, quod igorabam, repudiando fingitur retro non fuiſſe mea, & ſic tenuiſſe legatum, tanq̃ de re aliena ſcienter factũ, & hoc modo ſalua intellectum Bar. & uterque eſt
4 bonus, ſubtilis, & no. † Quod ergo dicunt iura, ꝙ qñ legaui rem in qua habeo ius videor illud tm̃ ius legaſſe. ut ſ. eod. l.ſi domus. §. fi. procedit qñ ſciebam me illud ius habere, & non vltra. Idem ſi putabam me plus habere, quam haberem. qm̃ reſtringitur ad iſtud quod habeo: ſed ſi credebam me nullum ius hẽre, & ſic legaui tanquam alienam, ſimpliciter dico ꝙ non reſtringitur ad ius qd̃ habebam, ſed debebitur pleno iure, quia ſic fuit intentio mea. Et hoc colligitur ex dictis Bar. in hoc §. quod perpetuo te-
5 nementi. † Vltimo recollige tres caſus. Primum ponit Dyn. qñ credebam rem meam ex alia cã, cum eẽt aliena & mihi legata. Secundum ponit Bar. quando ſciebam eſſe alienam, ignorabã tñ mihi legatã. Tertius caſus eſt qui colligitur ex gl. j. qñ tpe teſtamenti mei ſciebam alienam, & mihi legatam, & tunc eam legan-

legando tibi,uideor legatum mihi factum acceptaſſe. arg. in l.ſi
auia.C.de iu.deli.& tunc non eſt tractandum de repudiatione,
& ſic iſte §.non loquitur hoc caſu. Intellige tamen gl. ſi poterā
acceptare,quia mortuus erat teſtator,qui mihi legauerat & adi-
ta erat hæreditas,alias ſecus ſm Dy. & bene. Aut ergo legaui rē
a meam,aut alienam. Primo caſu [a] ualet legatum, ſiue ſciebā eſſe
meam, ſiue credebam eſſe alienam per rationem quam ſ. dixi.
quia plus erat in ueritate,quam in opinione. Secundo caſu, aut
legaui tanquam alienam, aut tanquam meam,quod dic, ut d.l.
cum alienam.C.de lega.Non ſunt alia.

ADDITIO.

a Primo caſu.Pro coramuni complemento huius diſtinctionis, uide eundem Pau. de Ca.infra eo.l.in §.ſi idem ſeruus.col.2.uer.cir.§.1.Fran.Cur.

---

1 *Si materia legata reducatur per teſtatorem in materiatum uel econuerſo, legatum non extinguitur, ſi apparet teſtatorem non mutaſſe uoluntatem.*
2 *Hæres ſi rem legatā transferat in aliam ſpeciem,tunc legatū non extinguitur.*
3 *Quid tunc petet legatarius, & qua actione.*

1 **§.Si pocula.** †Si materia legata reducatur per teſtatorem in materiatum,uel econuerſo,legatū
non extinguitur, ſi apparet teſtatorem non mutaſſe uoluntatē.
h.d.ſm intellectum Doct. In dubio autem ſi materiatum eſt re-
ducibile ad priſtinā materiam,ut ſchyphi argentei in maſſam ar
genteam,& econuerſo,non cenſetur mutaſſe uolūtatem, ſecus
ſi non eſt reducibile,ut ueſtimentum in lanam,uel farina in fru
mentum,vt hic probatur,in l.quæſitum.§.illud fortaſſe.j.de le-
2 ga.2.ſm Doct.† In tex.ibi. (ſi modo non mutauerit) certum eſt
non mutaſſe ſm Dyn. & hoc eſt clarum, quia ſi hoc apparet, vi-
detur voluiſſe legare illud in quo facta eſt conuerſio.& ſic ualet
legatum tanquam de noua re.In dubio dic,ut ſ.dixi.& poteſt pe
ti ipſa res in quam facta eſt conuerſio tam actione ex teſtō,ꝙ rei
uen.Sed ſi non teſtator ſed hæres cōuertit in aliam ſpēm, dic ut
dicam ſuper gl.ideo uenio ad eā.In gl.1.ibi.(ſolutio.ibi teſtator,
hic hæres hoc fecit.)Hoc vr ꝯ hunc tex.ſm Dyn.& alios dum di-
cit(ſi modo non mutauit teſtator uoluntatem.)& ſic innuit, ꝙ
iſte teſtator hoc facit,non hæres, quia ex facto hæredis non colli
gitur mutatio uoluntatis defuncti.Ideo dic,ut dixi in præceden
ti lectura,ꝙ hic teſtator fecit hanc mutationem. Nec obſtant iu
ra ꝯria,quia loquuntur quando conſtabat,ꝙ per hoc uoluntatē
non mutauit.Si autem non conſtabat,loquuntur leges ꝯriæ. &
tunc diſtingue,ut ſ. dixi. & multæ leges reducuntur ad concor.
per illam diſtinctionem. Quid autem ſit in caſu quem ponit gl.
qn̄ non teſtator ſed hæres rem legatam tranſtulit in aliam ſpēm.
dēm eſt,ꝙ tunc indiſtinctè legatum non extinguitur, quia non
debet eſſe in ptāte hrēdis extinguere.ut ſ.eo.l.cætera.in fi.cū alijs
3 quas ibi allegaui †Sed dubium eſt quid petet legatarius, & qua
actione,an petet rem in qua facta eſt conuerſio,an rem quæ fuit
ſibi legatam,& vr hoc ultimum uerius, quia ſi non pōt præſtari
perueniretur ad æſtōnem,ut ſ.e.l.ſenatus.in prin. ibi hæres ergo.
Nam & ſi hæres bona fide hoc fecit,quia ignorabat rem fuiſſe le
gatam,& iuſta erat ignorantia, quia erat legata in codicillis arg.l.
non eſt ferendus.de tranſa.dn̄ium rei in quam facta eſt conuer-
ſio eſt ipſius hæredis,ut j.de acq.rer.do.l.ſed & ſi ex meis tab. a.
reſpon.contrarium tamen ſentit iſta glo relata ad tex. quia text.
vult durare legatum in re,quæ ſupereſt, ut hic patet. dum dicit.
& deberi quod extat.) & gl.intelligit, ut loquatur quādo hæres
mutauit,& iſta uidetur tutior.ar.ſ.eo.l.ſi grege.in fi. ut illa res
peti poſſit.Nec ob.l.ſenatus, quia ibi nullo modo poterat præ-
ſtari, poſtq̄ erat iniuncta ædibus, ideo peruenitur ad æſtōnem.
Hic uerò præſtari poteſt res in qua facta eſt conuerſio.Sed quæ-
ritur an poterit uendicari dicendum eſt, ꝙ aut mala fide fece-
rit,& tunc poterit,quia dn̄ium non eſt hæredis:aut bona fide,&
tunc non uendicabitur,quia eſt hæredis,ſed agetur actione ex te
ſtamento ad rem illam per iura ſ.allegata. Non ſunt alia.

1 *Si teſtator uel etiam hæres imponat ædificium in area legata,quæ erat teſtatoris,utrunque debebitur legatario,& quid ſi legauit aream alienam, & ſuper impoſuit ædificium.*

1 **§.Si areæ legatæ.** †Diſtingue hic pro concordantia legum allegatarum in gl.ꝙ aut le-
gaui domum,quæ poſtea diruta eſt,& remanſit area,& econuer
ſo,legaui aream, & ei poſtea fuit domus ſuper impoſita. Primo
caſu ſi q̄ritur an debeatur area quæ remāſit,diſtingue, aut ſuper
illa area non fuit poſtea ædificatum per teſtatorem, & tunc de-
betur tanq̄ id quod ſupereſt ex re legata,ut ſ.e.l.ſi grege. in fi.li-
cet gl.hic ſimpliciter dicat ꝯnum,& ſic uidetur loqui ꝯ illū tex.
aut poſtea fuit ſuper illa area ædificatum per teſtatorem,& tunc
legatum eſt extinctum,nam nec debetur domus noua,qm̄ eſt di
uerſa ab illa quæ fuit legata, nec debetur area quouſq. ædificiū
durat,qm̄ deſijt eſſe area, & effecta eſt pars domus. nec ēt ædifi-
cio poſtea diruto,quia remanet vt pars nouæ domus, non uete-
ris,& ſic non poteſt dici,ꝙ ſit pars rei legatæ, quia noua domus
non fuit legata,& ita intellige l.ſi ita legatam.§.ſi domus.j.eod.
Sed ſi fuiſſet ſuperædificatum per hæredem, non extingueretur
legatum in area.arg.ſ.eo.l.cætera.in fi. Et ſic uidetur quod habe
ret tūc locum iſte tex. quoniam ædificium cederet ſolo, & debe
a retur una cum area. † Secundo caſu principali aut erat area te-
ſtatoris,& tunc ſiue teſtator,ſiue hæres imponat ædificium, de-
bebitur utrunque legatario,ut hic.& l.ſi areæ.infra tit.j. quæ lo
quuntur indiſtinctè: aut legaui aream alienam, & dominus ſu-
per impoſuit ædificium,& tunc non extinguitur legatum areæ,
ſed ſuſpenditur quouſque durat ædificium,& eo diruto poterit
area peti,& ita intelligitur,ſecūdum unum intellectum.l.ſi cho
rus.§.area.infra de leg.3.Non ſunt alia.

5 *Qui legat inſtrumentum debiti,cenſetur legare nomen debitoris, & qui legat nomen debitoris,cenſetur legare actionem quam habet, & ipſam cedendo liberatur hæres.*
2 *De contractibus ad ultimas uoluntates bona eſt argumentatio,quando ſubeſt eadem ratio.*
Si legatur calendarium,liber, ſiue codex rationis,in quo ſint deſcripta nomina debitorum,uidentur legata nomina debitorum.
3 *An hæres tenebitur miniſtrare ſumptus litis, qui fierent per legatarium, in exigendo nomen debitoris.*
4 *An poterit cogi ad agendum contra debitorem,& ad exigendum,& tradendum legatario.*
5 *Statutum ꝙ inſtrumentum, quod non fuit regiſtratum in libro communis,non ualeat,& habeatur pro caſſo,an etiam cenſeatur cancellatum debitum, & ſic quod creditor non poſſit probare etiam per teſtes.*

1 **§.Eum qui chirographum.** †Qui legat inſtrumētū debiti cenſetur legare nomen debitoris, & qui legat nomen debi-
toris, cenſetur legare actionem quam habet, & ipſam cedendo
a liberatur hæres. † Et allegatur quòd de contractibus ad ultimas
uoluntates bona eſt argumentatio,qood eſt uerum,quādo ſub-
eſt eadem ratio,alias ſecus,& ſic non ſemper eſt bona.ut not.ſu
pra communia præd.l.fi. per Doct. Idem ꝙ ſi legatur calendariū
liber, ſiue codex rationis in quo ſint deſcripta nomina debito-
ris(quod ita not.a calend.menſium ibi deſcriptis) ut uideantur
3 legata nomina debitorum.ut infra de leg.3.l.qui filium. † Sed v-
trum hæres tenebitur miniſtrare ſumptus litis qui fierent per le
gatarium in exigendo nomen debitoris?Dicit Ange. ꝙ non,per
iſtum tex.qui vult ꝙ hæres non teneatur ad aliud,niſi ad ceden-
dum actionem,nam legatum poteſt afferre utilitatem,licet lega
tarius faciat iſtos ſumptus,quia potuit recuperare a uicto, alias
ſumptus pertinerent ad hæredem.ne legatum ſit inutile. ut ſu-
4 pra eod.l.cum ſeruus.cum concor.ibi allegatis. † Dico etiam ꝙ
hæres nō poterit cogi ad agendum contra debitorem,& ad exi-
gendum & tradendum legatario niſi in caſu j.eo.l.ſi ſic. §.ſi ſed
liberatur act.cedendo,ut hic,ſiue ſit legatum nomen,ſiue res,q̄
debeatur.ſ.eo.l.apud Iulia.§.ſi fundus.licet ſi teſtator exigat, &
quæratur, an ſit reuocatum legatum, diſtinguatur inter dictos
duos caſus, ut ibi dixi, & tenetur cedere actionem talem qualis
eſt,& ſic inutilem, ſi eſt inutilis ope exceptionis, nec tenetur eā
facere utilem.ar.j.l.proxi.in fin. Et hoc prodeſt dicere ſi legatur
nomen debitoris,uel actio.aliud eſt quando ipſa res,uel quanti-
tas legatur.In vltima glo.ibi. (ſed ibi non legauit chirographum
ſpecialiter.)ſed legauit fundum cum omnibus quæ ibi erant. &
a dicitur ꝙ non uidentur legata chirographa [a] quæ ibi erant, nec
nomina debitorum ibi deſcriptorum,quia non comprehēdun-
tur appellatione eorum quæ ſunt in loco, & quæ ſit ratio dic ut
5 ibi.† Et inducit Bal.iſtum tex. ꝙ ſi dicat ſtatutum, ꝙ inſtrumen-
tum,quod non fuit regiſtratum in libro communis non ualeat,
b & habeatur pro caſſo,cenſeatur etiam cancellatum [b] debitum,
& ſic creditor non poterit probare ēt per teſtes. Iſtud eſt pericu-
c loſum dictum,& non puto ipſum [c] uerum,quia ſatis eſt ꝙ irrite
tur probatio fienda per dictum inſtrumentum,& hæc fuit inten
tio ſtatuentium,ſicut ſi inſtrm̄ perderetur poſſet probari per te-
ſtes,ut in l.ſicut.cum multis alijs. C.de fide inſtru. & l. contrahi-
tur.ſ.de pig.Sed hic nullius utilitatis eſſet legatum. ſi duntaxat
pergamenum uel inſtrumentum eſſet legatum. Statutū ergo p̄-
dictum ſatis operatur in annullando probationem inſtrumen-
ti.ar.ad hoc l.quando.cum ibi no.C.de inoſ.teſt.

ADDITIONES.

a Chirographa.Facit quod dicit Oldr.conſi.163. ꝙ legato caſtro non ueniunt nomina debitorum,ueniunt tamen arma ad defenſionem caſtri.
b Cancellatum.In hoc art.unde quid in ſi. conſuluit Ro.conſi.177.
c Non puto ipſum. Adde ꝙ contra Bal.conſuluit ipſe Pau.de Caſt.in conſi.76.inci. notandum eſt,ꝙ primum ſtatutum in nouis,& adde eundem Pau.de Caſt. in ſimili.in conſi.43.inci.uidetur dicendum dictum compromiſſum. in antiquis. in 3.col. ubi ſi ſtatutum annullet inſtrumentum confectum a notario non matriculato,non annullat contractum,quin poſſit probari per teſtes. Franc. Cur.

---

5 *Per dationem libertatis inutilem non cenſetur reuocatum legatum factum de ſeruo in eadem uoluntate.*
2 *Si idem ſeruus & legatus & liber eſſe iuſſus ſit,tunc ſi in fraudem creditorum ſit ei relicta libertas,eam non conſequatur, ſed ſi debetur legatario, poterit eſſe caſus in quo creditores habebunt unde eis ſatisfiat, ſi fortè legetur ſub conditione ſi legatarius dederit x. hæredi, quę fortè ſufficient pro creditoribus.*

Datum

3 Datum gratia conditionis implendæ licet hæres non imputet in Falcidiam, poteſt tamen peti a creditoribus hæreditarys.
Quid ſi hæres fecit inuentarium.
4 Legata ultra uires hæreditatis licet facto inuentario non ualeant, ſi tamen ſint facta ſub conditione dandi aliquid hæredi, ex quo poſſet ſatisfieri creditoribus, ualent & poſſunt peti.
Si teſtator rem legatam alienauerit, & alienatio ſit inualida, an cenſeatur legatum reuocaſſe.
5 Legatum rei propriæ teſtatoris ut alienæ, an ualeat, & quid in re aliena. & numero 7.
6 Si facto mei teſtatoris deſijt eſſe dominus, an & quando reuocetur legatum.

x **§.Si idem ſeruus.** † Per datione libertatis inutilē non cenſet reuocatū legatū fa-
ctum de ſeruo in eadē uolun.h.d.Sed in diuerſis uoluntatib.ſic,
& ita loquit̃ ɔ̃riū formatū in ult.gl.de l.3.§.ſi.j.de fun.inſtru. In
text.ibi,(& liber eſſe iuſſus ſit.) in eo teſtō,uel codicillis. Et iſta
duo ſimul ſtare non pñt, qa ſi liber efficitur, non pōt in legata-
rium transferri dñium eius,& ſic expedit φ alterū iſtorū ualeat,
alterū non.In tex.ibi.(uiterdū.) q.d. hs fauore libertatis relictū
ipſius ꝑualet,& legatū ſcm̃ de ſeruo nihil ualet, nec refert qđ ip
ſorū ꝑcedat.ut j.ti.j.l.ſi idem ſeruus,& hoc qñ tenet relictū liber
tatis,als ſecus,de quo ponit tria exēpla, q̄ ſequuntur,qa per inu
2 tile non dēt utile uitiari † In text.ibi, (ſi in fraudē creditoris.)ut
qa non ſupererant alia bona de quib.poſſet ſatisfieri creditori,ſi
ille ſeruus ɔ̃ſequeretur libertatē,ſed ſi non ɔ̃ſequatur, ſed dētur
legatario, poterit eſſe caſus in quo creditores hēbunt vñ de eis
ſatisfiat,ut ſi fuit legatus ſub ɔdōne ſi legatarius daret x. hæredi.
nā de illis x.dēbit hrs creditorib. ſatisfacere, q̄ forte ſufficient.
3 Ita intelligit gl.quā perpetuo tene menti.† nam ex hoc ſequunt̃
duo no.ualde. Nam primū eſt, φ licet iſtud qđ datur hrdi gratia
ɔdōnis implendæ non cenſeat̃ eſſe in hrditate, q̃tum ad hoc,ut
hrs iſtud ſibi imputet in Fal.immo ac ſi illud non hrēt detrahit
Fal.ut in l.4.in fi.ad l.Falc.& l.ad ueterani. bene tñ cenſet̃ eſſe in
hrditate,& in ꝑrimonio q̃tum ad hoc,ut creditores poſſint iſtud
petere,& de illo dēat eis ſatisfieri, qđ ſine dubio ꝑcedit iſto iure
quo hrs tenebat̃ ultra uires hrditatis.Sed an hodie ꝑcedat facto
inuentario,& ſic non teneat̃ ultra uires? Ang.hic dubitat,ſed fi-
naliter dicit φ ſi dat̃ ſibi ut hæredi,adhuc ꝑcedit, qa æquius eſt,
φ proficiat creditori q̃ tractat de damno uitando,q̃ φ cedat lu-
cro hæredis,& hoc placet.Ad qđ induco bonum tex. in fi.in l re
4 ſcriptum §.j.de diſtr.pig.† Collige ēt aliud notabile, nā licet iure
iſto, & ēt hodie fcō inuentario non ualeāt legata vltra uires hæ
reditatis, ut in l.ſi uniuerſæ, C.de leg. ſi tñ eſſent fcā ſub ɔdōne
dandi aliquid hæredi, ex quo poſſet ſatisfieri creditori ualent &
pñt peti,nec pōt ei opponi φ ſint ultra uires hæreditatis.glo.eſt
hic ſingularis,q̃ perpetuo tene menti.In gl.q̄ incipit.(qđ fieri po
teſt.)ibi(ſol.ibi tacitē) quia legauit fundū cum oib. quæ ibi erāt,
& ibi erat ſeruus,& φ iſtud legatū tacitum uel in genere factum
per dationē libertatis poſtea inutilr factam reuocatur. Secus ſi
fuiſſet legatus ſpālr & expreſſè,& pro hoc qđ no.in glo.ſeq.No.
iſtam ſol.ſm Ang.ad ea q̄ hñr in l.fideicommiſſa. §. ſi rem. j.de
lega. 3. nam ſi teſtator rē quā legauerat alienauerit,& alienatio
eſt ualida,cenſetur reuocaſſe legatum ſi fuit uoluntaria,ſecus ſi
neceſſaria,vt ibi,& l.rem legatā.de adi.leg.Quid aūt ſi fuit inua-
lida? glo.iſta vr̃ hic decidere,φ aut illud legatum erat tacitum.i.
gñali ſermone factū,& cenſet̃ reuocatū per illam l.3.in §.fin. de
fun.inſtru.aut ſpecialr & expreſſè,& tunc ſecus arg. huius §. qđ
no.diligenter.Sed q̃tum ad ſol.ɔ̃rij dic melius, φ ibi poſt legatū
factum de ſeruo fuit data libertas inutilr,unde licet non ualeat,
derogat legato ꝑce.ar.s.eo.l.planè. in prin. Et hoc uoluit glo.j.
ti.j.in l.qui in teſtō. hoc uerò dēt intelligi qñ ꝑceſſit datio liber-
tatis inualida , & ſecutū fuit legatū factum de ſeruo . Diſtingue
ergo,nā aut ualet datio libertatis,& ꝑualet legatū factum de ſer
uo indiſtinctè,ſiue ꝑcedat,ſiue ſequat̃,& ſiue in ea uolūtate, ſi-
ue diuerſa,niſi ɔ̃trium appareat de uoluntate defuncti, ut in l.ſi
idem ſeruus.j.ti.j.Aut non ualuit datio libertatis,& tunc aut le
gatū factū de ſeruo fuit factum poſt,& ualet.ut in hoc §.aut ꝑ-
ceſſerat,& tunc cenſet̃ reuocatū ſaltē ope excep. ar. s.e.l.planè.
in prin.ſiue in eadem uolun.ut no.glo.in d.l.qui in teſtō. ſiue in
diuerſa,uel inter uiuos,ut in,d.l.3.§.ſi.de fun.inſtru.q ꝑcederet,
ēt ſi relictū ſcm̃ de ſeruo eſſet expreſſè factū & ſpālr.ar.d.l.planè.
In glo.ibi.(Sed ut miniſtrū eū elegit.) Dic clarius,qñ non potuit
ſeruo relinqui libertas,aut ipſe ſeruus fuit legatus alij ſimplr, &
loquit̃ iſte tex.cum his quæ s.dixi. Aut fuit legatus alteri vt ma-
numitteret,& tunc nec ꝑceptum de manumittendo ualet, nec
legatum illi fcm̄,qñ fuit rogatus ſtatim manumittere, & ſic ui-
debat̃ nudus executor,qa nullam utilitatē erat ɔ̃ſecuturus, ſecꝰ
ſi poſt tps, & ſic erat ɔ̃ſecuturus utilitatē medij tpis, unde non
diceretur nudus executor . & ualeret vſq. ad illud tps, ut ibi no.
& l.codicil.eo.ti.Tene menti. Adde iſtam diſtin.q̄ j. proximè &
immediatè ſequit̃ ad §.j.s.ead. l.qui incipit.Si quis rem &c & ibi
5 cadit diſtinctio,iō ſequere,&c.† Circa §.j.s.ea.l.recollige plenius
diſtinctionem quam ibi in fi. cœpi facere, ut hēas oia quæ ibidē
dixi clarius,nam aut legaui tibi rem meā,aut alienā. Primo caſu
duo ſunt uidenda. Primū,an ualeat legatū,& hic dico φ ſic,ſiue
ſciebam eſſe meā,& ſic legaui ut meam,ſiue credebā eſſe alienā,
& ſic legaui ut alienam, & transfert̃ dñium in legatarium,licet
ego non putarē. Item ſiue erat mea irreuocabilr, ſiue reuocabi
liter ut qa erat mihi legata,& dies legati ceſſerat, & ego ignora
bam ut eſt caſus in l.ſi fundū ſub ɔdōne.§.ſi Titius. j.eo.& ſic in
ſpicit̃ potius qđ eſt in ueritate q̃ qđ eſt in falſa opin. ar.in l.ſta.§.
qui ignorauit.s.de iur.& fact. ignor. Scđo eſt uidendum ſi facto
meo deſijt eſſe dñs,an reuocet̃ legatū,& hic diſtinguit̃,aut lega-
ui ut meam,aut ut alienam. Primo caſu dic ut hr̃ in l.fideicom-
miſſa.§.ſi rem.de leg.3.& l.rem legatam.de adi.leg.ubi diſtingui
tur an ex uoluntate,an ex neceſſitate rei familiaris. Scđo caſu di
6 ſtingue,aut deſijt eſſe mea ex cauſa,q̄ retro fingitur,ut quia erat
mea reuocabilr,& ego repudiaui legatum mihi ſcm̃, & tunc le-
gatum poſtea ſcm̃ per me de illa re tanq̃ de aliena non cenſetur
reuocatum,ſed eſt perinde acſi uerè eſſet aliena,ut in fi.huius §.
ſm intellm̃ Bar. Aut deſijt eſſe mea ex cā quæ non fingit retro,
vt quia erat mea irreuocabilr. & tunc hoc ignorans legaui tibi,
ut alienam,deinde ſciens eam alienā, & tunc diſtingue,ut in pri-
mo caſu,aut uoluntate,aut neceſſario,ut hic ſm intellm̃ aliorū,
q tenent ɔ̃ Bar. φ repudiando uideatur ſuum legatū reuocaſſe.
7 Sed reducas ad concor.cum iſta diſtin.† Scđo caſu principali qñ
legaui rem alienam nullo mō meam,ſilr duo ſunt uidenda. Pri-
mum an ualeat legatum,& iſtud deciditur ſin l.cum alienam. C.
de leg.φ ualet in duob.caſib.ſ.qñ ſciebam eſſe alienam. Item qñ
ignorabam,& legatarius eſt ɔiuncta perſona , ſecus ſi extranea .
Scđo eſt uidendum ſi ſuperueniat mihi dñium quidiuris, & cer
te in primis duob. caſib. non infirmatur legatum , ſed fortificat̃
& roboratur,& legatarius poterit uēdicare, unde ſi non ſuper-
ueniſſet,& non potuiſſet,ſed ſolū ageret ex teſtō,ut redimatur a
dño,& ſic non eſt uerum ſimplr id qđ dixit Iac. de Are. in princ.
huius l.φ ius ſuperueniens teſtatori nō prodeſt legatario , qñ ex
cā, quæ non retro fingit . nā procedit qñ legatū a principio erat
nullum,ſecus qñ ualidum,qa tunc fortificatur & roboratur. ar.
in l.cum uir prædium.de uſuca. Non.n.debet legatarius eſſe de-
terioris condōnis ex eo φ teſtator effectus eſt dñs,quia ſi uoluit
legare rem alienā,fortius ſuam, nā & hrs exoneratur a redimen-
do. i .vlt.tñ caſu qñ legatum erat inualidum, an ex ſuperueniēti
dñio reconualeſcat, diſtingue an ſuperueniat ex cauſa quæ fin-
gat retro ante reſtm̃,& reconualeſcit,vt in prin.huius l.& in iſto
§.j.tenendo intellectum Dy. φ hic legatum erat nullum pp erro
rem teſtatoris, quod tamen non tenuit , aut ſuperuenit ex cauſa
quæ non retro fingit, & tunc non reconualeſcit propter regulā
Catonia.vt in caſu quem ponit Iac.de Are.in prin.huius l.quan
do filius fuiſſet teſtatus in ipſum patrem,& iſta diſtinctio de qua
ſupra cadit in §.j.ſupra ea.l.quam ibi omiſeram .

1 Si legatur res, quæ poteſt euinci, hæres tamen de euictione non tenetur.
2 Si pro ſtatu libero legato hæres ſoluit æſtimationem, & ignorabat eſſe ſtatuliberum, uidetur emiſſe ipſum ſeruum, ut perpetuo ſibi remanſurum, & ſi poſtea perueniat ad libertatem, tanquam de re ſibi euicta agere poterit ex empto, & recuperabit æſtimationem, ſecus ſi ſciebat.
3 Bonum conſilium pro habentibus ſoluere rem aliquam debitam, ut potius, ſoluant rem quàm æſtimationem.

1 **§.Si ſtatuliberum.** † Si legatur res, q̄ pt euinci, hæ-
res tñ de euictione nō tenetur.
Vtilius eſt ergo ſibi tradere rem q̃ æſtōnem.h.d.In tex.ibi. (expe-
dret hæredi.) ſ.hæredi legantis In tex.ibi,(æſtimationem ueram
præſtabit.) ſubaudi nec eam recuperat, licet ſeruus perueniat
poſtea ad libertatem.ar. s.de cond.ſur.l.ſi ſeruus.in fi. prin. cum
ſua gl.& ſic carebit ſeruo,quia effectus eſt liber,& etiam æſtima
2 tione, quam habere non poterat. † Hoc tamen intellige uerum
quando hæres ſciebat ɔdōnem ſerui,φ erat ſtatuliber,& ſic æſti-
mationem ſoluendo cenſetur emiſſe dubium euentum, ſibi er-
go non imputet,vt in l.ſi ita tamen.s.de act.empti. ſed ſi ignora-
bat, videretur emiſſe ipſum ſeruum , tanquam perpetuò ſibi re-
manſurum.vt l.litis æſtimatio. j. pro empto. Si ergo poſtea per-
ueniat ad libertatem,tanq̃ de re ſibi euicta agere poterit ex em-
pto, & recuperare æſtimationem. Et ita limita hunc §.& eſt ve-
riſſima & æqua limitatio. Idem vr̃ dicēdum ſi ſciuit condōnem,
& coactus ſoluit æſtimationem litis , nam & tunc non vr̃ emiſſe
3 dubium euentum.† In tex.ibi(æſtimatio poſtea non petitur.) &
ſic non tenetur de euictione, quia cenſetur relictus talis qualis
fuerat.ut j.l.proxi.in fi. Et not.in iſto §. bonum conſilium pro
habentibus ſoluere rem aliquam debitam.

1 Et cui legatur uſusfructus unius fundi debetur acceſſus per alium fundum teſtatoris alteri legato, ſi ſine illo non poſſet uti,non tamen petitur a legatario fundi, ſed ab hærede, qui redimere debet ab illo.
2 Ille cui legatus eſt uſusfructus unius fundi, quando poterit intentare confeſſoriam contra legatarium alterius fundi, non pro ſeruitute itineris, ſed pro ſuo iure uſusfructus.
3 Si eſt factum legatum expreſſum de re uel de ſeruitute. tunc ius ſeruitutis tranſit ipſo iure in legatarium ſine noua conſtitutione.

In le-

4 *In legato tacito non tranſit dominium iure ipſo in legatarium.*
5 *Vendens unum fundum non videtur uendere acceſſum ad eundem per alium fundum ipſius uenditoris, niſi expreſſe agatur*
6 *An ſaltem cogatur uendere nouo pretio, ꝙ non, niſi fauore religionis.*

1 **§. Si duos fundos.** †Ei cui legatur vſuſfructus vni⁹ fundi debetur acceſſus p alium fundum teſtatoris alteri legatũ, ſi ſine illo non poſſet vti, nõ tñ pentur a legatario fundi, ſed ab hrẽde, qui redimere debet ab illo. h. d. Idem ẽt ſi ille fundus non eſſet legatus, ut hrs teneat̃ illi præſtare aditum per aliũ fundũ hære. ne relictũ vſuſfru. ſit inutile. vt ſ. de ſer. vrb. præd. l. binas, non tñ dicet̃ uſuſfructuarius hr̃e ſeruitutem itineris, quia eſſet ſeruitus ſeruitutis, quod eſſe non põt, ut in l. j. de vſuſr. leg. Sed diceret̃ quædam commoditas, vt dicit tex. in l. 2. §. recte. ſ. ſi ſer. uendi. Quid aũt ſi fuiſſet relicta proprietas, & plenum dñium vniusfundi, an legatario debeatur acceſſio p alium fundum teſtatoris legatum alteri, uel non legatum. glo. in l. 3 §. ſi loci. j. de adi. leg. tenet ꝙ non, quia repetit̃ expreſſum. Et alia rõ eſt in eo cui relinquitur vſuſfructus. quia cũ de facili pereat, non infertur magnum præiudicium hrẽdi, uel legatario alterius fundi, ſi præſtat ſibi acceſſum ad tp̃s, ſed legatũ proprietatis non fingitur, ideo reſultaret magnum præiudicium ſi perpetuo præſtaret acceſſum. Et hanc rõnem ponit gl. in fi. in l. ſed & ſi quid. §. j. ſ. de vſufruc. Sed Bar. tenuit contrarium in l. j. de ſer. leg. dic ut ibi plenius per eum.

a †In gl. quæ incipit (obl̃one perſonali in l. fi.) ibi. (hic non niſi conſtituatur,) tenet ergo gl. ꝙ hic ille cui legatus eſt vſuſfructus unius fundi non poſſit agere contra legatarium alterius fundi, ut præſtet acceſſum, nec actione perſonali ex teſtamento, nec reali. l. confeſſoria, niſi poſt mortem teſtatoris legatarius illius fundi conſtituat ſeruitutem itineris hæredi, qui eſt dñs alterius fundi, in quo legatus eſt vſuſfructus pro illo fundo, & tunc poterit fructuarius intentare cõfeſſoriam ꝯ illum legatarium fundi, non pro ſeruitute itineris (quia illa non debetur iuri ſuo, ſed debetur proprietati) ſed pro iure ſuo uſuſfructus pro quo datur confeſſoria contra impedientem vtilitatem, ut in l. j. §. j. ſ. ſi vſuſfru. pet. Debet enĩ fructuarius habere commoditatem illius ſeruitutis itineris debitę fundo, in quo habet uſumfructum, ſicut habet utilitatem fructuũ, ſed ſi ſeruitus itineris illi non debetur commoditatem eius habere non debet. Et hæc eſt intentio gl. quæ loquitur obſcure. & probat ꝙ ille fundus legatus non debet ſeruitutem alteri fundo, in quo legatus eſt vſuſfructus, niſi conſtituatur de nouo, qa viuente teſtatore cum eſſet dñs amborum fundorum, non poterat alter alteri ſeruire. ut in l. vti frui. ſ. ſi uſufruc. pen. Oportet ergo ꝙ conſtituatur poſtq̃ peruenit ad diuerſos dominos. leg. ſi quis binas. de ſer. vrb. prædi. Ideo agit contra hæredem ut redimat. i. ut faciat conſtitui, & tenebitur legatarius fundi hoc facere, etiam pretio non recepto ut in ſeq. gl. quia ſi vſuſfructus non eſſet alteri legatus, legatarius fũdi teneretur præſtare ſeruitutẽ hrẽdi per illum fundum, ut l. teſtatrix. in prin. ſi ſer. uend. Præſtet ergo nunc, ut etiam legatarius vſuſfruc. illo gaudeat quouſque

3 durat vſuſfructus, quia ſic vr̃ fuiſſe de uoluntate defuncti. † Sed tunc op. fortiter. ſi hæc fuit voluntas defuncti, ergo ſeruitus cenſetur conſtituta ipſo iure ſine noua conſti. ſicut. n. non tranſit dñium rei legatæ ipſo iure in legatarium ſine traditione, ita debet tranſire ius ſeruitutis ipſo iure ſine noua conſtõne, & eſt caſus in l. ſi partem. §. fi. quemad. ſer. amit. Sol. dicit Iaco. de Are. vnum uerbum notabile, propter quod ſemper allegatur iſte tex. ꝙ illud procedit in legato expreſſo facto de re, uel de ſeruitute.

4 †Sed hic ſeruitus non fuit expreſſe legata, ſed tacite præſumitur teſtatorem voluiſſe ꝙ hrs habeat, & ideo non tranſit ius ipſo iure, ſed requiritur factum hominis, hoc perpetuo tene menti, quia Doc. cõiter dicunt per hoc ꝙ in legato tacito non tranſit dñium ipſo iure in legatarium, & allegant ad hoc iſtum tex. ſecundum hunc intellectum, ubi requiritur cõſtõ ſeruitutis fienda per legatarium fundi ipſi hæredi. Tene menti. Allegat Bar. ad hoc l. emptor. §. ancillam. cum ibi no. in gloſſ. ſ. de rei vendi.

5 †Quid aũt in contractibus. ſi vendis mihi vnum fundum, an videaris mihi etiam uendere acceſſum ad eundem per alium fun

a dum tuum? dic ꝙ non, ᵃniſi agatur expreſſe per l. in vendendo. ſu. de contrahen. emp. & aliud in legatis, quæ ſunt magis fauora

6 bilia, ut no. in d. l. j. de ſer. leg. † Sed an ſaltem cogaris vendere nouo pretio? dic ꝙ non ſ̃m Pet. quia ſpeciale eſt fauore religionis, vt quis uendere cogatur rem ſuam, uel ius, ut ſ. de reli. l. ſi quis ſepulchrum. Ergo in contrarium eſt ius cõe. l. j. in fi. ad municip. & pro hoc ſ. re. amo. l. non. n. & C. de iure delib. l. nec emere & de ſer. ruſti. prædio. l. viæ in fi.

ADDITIO.

a Quod non. Adde ꝙ eſt verum, in tantum ꝙ ſi facta diuiſione inter fratres qui habeant domum communem cum trib. ſolarijs, & cuilibet adiudicaretur vnum ſolarium, ꝙ inferiores non tenentur præſtare aditum ſuperioribus per tex. in l. uia conſti. §. fi. de ſer. ruſt. præd. ſecundum Bal. & Flor. ibi. quos etiam refert & ſequitur d. Iaſ. hic cui & eis adde Bal. no. uellem conſi. 141. inter conſilia Soci. & ſubtilius Soci. ubi latius hanc materiam proſequitur.

LEX XLVII.

7 de loco. † In gl. ibi, (vbi hẽt domicilium.) ſubaudi de p̃nti vt bene conueniant ea q̃ ſequuntur in gl. Item ſubaudi & non in alio loco. dicit ergo gl. ꝙ non ob. iſtis uerbis poterit mero iure ꝯueniri in alio loco, ſubaudi idoneo, in quo. l. ſortiatur forum, vt vbi eſt maior pars hr̃ditatis, vt dixi ſ. eo. in l. cum res. maximè ſi in loco domicilij non reperiatur, ſed bñ reperiatur vbi eſt maior pars hæreditatis, vt in ſi. bñ in l. j. ſ. de eo quod cer. lo. Siſr poterit conueniri mero iure in alio loco, in quo re, & facto mutauerit domicilium, & ſic in nouo domicilio, vel coram nouo iudice poſtea acquiſito permutatur qualitas perſonæ ſuæ, qa de laico factus eſt clericus, vel de pagano miles, obſtabit tñ in oĩbus prædictis exceptio, ſicut in caſu præce: quia venit ꝯ uolũtatem defuncti, certẽ vr̃ ꝙ ſi malitioſè faciat p̃dicta, quia nõ permittit ſe reperiri in loco domicilij, poſſit cum effectu cõueniri in alio loco idoneo, vt in d. l. j. de eo quod cer. lo. & hoc creditur fuiſſe de mente defuncti, vt non vtatur malitia, & idem vr̃ ſi mutauit forum malitioſè. tñ hoc non eſt ita clarum, niſi mutauerit poſtq̃ fuerit præuentus. ut l. ſi quis poſtea. ſ. de iud. Et uide oĩno circa iſta exempla de loco quod no. in l. bonæfidei. in fi. ſ. de eo quod cer. lo. per
8 Bar. † In gl. ibi. (Item quod dicit. ſ. condõ tacita) ſ. vt lego centum annua ex tali fundo. nam ſubintelſr conditio ſi ibi naſcantur. vt in l. j. de cond. & dem. §. fi. innuit ergo gl. ꝙ ſi ibi non naſcantur aliquo anno, non finiatur ipſo iure obſo, ſed ope excep. Sed hoc ſm eſt uerum pro illo anno, ſed ſi naſcantur in annis ſeq. fit reſtauratio, & nõ ob. exce. & ſic iſtud exemplum non eſt bonum, nec ẽt ſequens, quod loquitur qñ condõ apponitur ad inchoationem obſonis. nam tunc ſine dubio impedit natiuitatem eius ipſo iure, ut l. cedere diem. de uerb. ſig. Tene ergo tertium exemplum, qñ apponitur ad expirationem uel finiendam obſonẽ iam natam, puta ꝙ hæres teneatur quouſq. nauis ex Aſia uenerit, nõ vltra, ſicut. n. qñ apponitur tp̃s certum nihilominus durat mero iure poſt tp̃s, ut in primo exemplo, ita qñ apponitur concſo quę continet tp̃s incertum, vt in iſto, & probatur in l. 4. ſ. de ſeruit. qd dic ut ibi dixi anno prætèrito, obſtabit tñ excep. vt ibi no. In glo. ibi, (C. eo. l. fi.) dic ꝙ bene faceret teſtator vt dñium rei legatæ duret apud legatarium ad tp̃s, & poſtea reuertatur ad hæredem, & ita loquitur illa l. quia dñium nõ ita imprimitur oſſibus legatarij, ſicut obſo perſonalis paſſiua imprimitur oſſibus hæredis. In gl. ibi, (ſed mors legatarij interuenit.) dic clarius, ꝙ mors legatarij bene põt facere, ut obſo, quæ nondum nata eſt non naſcatur, vt in legato annuo, quod pro primo anno eſt purum, pro ſequẽtibus condõnale, unde mortuo legatario pro ſequentib. non incipit naſci actio quæ prius non erat nata, & ita loquitur ꝯrium, ſed poſtq̃ eſt nata, non poſſet mors legatarij facere, ut ipſo iure finiatur, ut ſi legatarius dixiſſet, ꝙ legatarius poſſet agere quouſque vixerit, nã nihilominus poſt eius mortem durabit actio, ſed
9 obſtabit exceptio hæredis eius. † In fi. gl. ibi, (ſed ibi ſuo fauori tantum derogat.) Not. ergo pro concſone huius l. & ſuæ materiæ, ꝙ quædam ſunt introducta in teſtamentis condendis merè ob fauorem publicum, ut eſt ſolennitas, & illam non põt teſtator tollere, ut in j. gl. Quædam ſunt introducta merè in fauorem teſtatoris, ut eius voluntas ſeruetur, & in ꝯñam in fauorem legatariorũ quibus relinquitur, puta vt præſtetur cautio legatorum relictorum in diem, uel ſub ꝯdõne, & illã poteſt teſtator tollere. ut l. 2. C. vt in poſ. le. & eo modo hypothecam tacitam, quæ fuit inuenta pro legatis, eadem rõne. vt no. glo. in l. C. de com. de le. Et idem vr̃ in tranſlatione dñij rei legatæ, ut teſtator poſſit eam impedire, ut ẽt patet ex his quæ hñr in l. Sempronius Attalus. de vſufr. leg. Quædam fuerunt inuenta fauore hæredis, ut ꝙ legatarij nõ capiant propria auctoritate, ſed de manu hæredis, vt in l. j. §. rediguntur. quorum leg. & hoc ẽt teſtator põt tollere, & dare licen-
b tiam legatario, ꝙ ꝓpria auctoritate [b] capiat ut j. tit. j. in l. j. §. Lu-
10 cius. & ibi no. gl. ſm unum intelſm. † Quædam fuerunt inuenta vt auferatur materia delinquendi, ut cautio fructuaria de utendo arbitrio boni uiri, & illam non põt teſtator tollere, ut in l. ſi

c ſcire. C. ut in poſ. leg. Sed an teſtator poſſit remittere [c] confectionem inuentarij. Mart. Sil. vt refert hic Bar. diſputando tenuit, ꝙ ſic per l. fi. C. arbi. tu. Sed ibi loquit̃ in inuentario tutoris, qd ideo poteſt remitti, quia tutor ibi erat in alio grauatus. ſ. in labore & periculo tutelæ. nos loquimur in inuentario hæredis, q tractat de lucro. unde puto ꝙ non poſſit remitti in p̃iudicium creditorum hr̃ditariorũ, quominus ab eis ꝯueniatur ẽt ultra uires hæreditatis, qa non potuit teſtator eis p̃iudicare, ſed in præiudicium
d legatariorum [d] põt, quia potuit eis non legare, ergo & põt limi-
11 tare. ut l. uideamus. §. pe. & l. in actionibus. de in lit. iu. Et † breuiter aſſume regulam. ꝙ illa põt teſtator facere in ſuo teſtõ, & illis põt derogare, quę poſſunt ꝯhentes, & quibus renũciare uel derogare poſſunt. quę autem illi non poſſunt, nec teſtator, & q̃ ſunt illa recollige ex optima diſtinctione, quam ponit Bar. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac. & l. ius publicum. eod. tit. ſupra.
12 † Quærit etiam Dyn. an poſſint partes facere, ꝙ a ſententia arbitri poſſit appellari. de qua quæſtione uide hic per Bar. & per Bal. in l. j. C. eodem tit. Non ſunt alia.

ADDITIONES.

a Dic vt ibi. Adde Lud. Ro. conſi. 201. Raph. Cu. conſi. 69.
b Auctoritate. Adde Oldr. conſi. 107. Ang. conſi. 104. Lud. Ro. conſi. 312. & ſin. ſuis fol. 121 & Raph. Cu. conſi. 105.
c Remittere. Adde quod uoluit Ange. conſi. 178.
d Legatariorum. Adde Alexan. conſi. 209. 2. lib. eundem Pau. conſi. 210. Et eundem Alex. in conſi. 40. col. pe. in fi. in 3. uol. Fran. Cur.

LEX LIX.

1 *Cautio quæ non debet interponi ſi per errorem interponatur, nõ committitur.*
2 *Cautio ſimpliciter interpoſita etiam ſcienter, debet intelligi ſecundum naturam illius cauſę, uel actus ſuper qua uel quo interponitur.*

1 SI legati ſerui. † Cautio quæ non debet interponi ſi per errorem interponatur, non committitur. h. d. ſm intelſm gl. Et de iſto articulo an cautio, quæ non debet interponi ſi fuerit interpoſita committatur, uide ſubtiliter per Dyn. & Bart. in l. ſi patronus. j. de dona.
2 ſm alium intellectum dicit ꝙ † cautio ſimpliciter interpoſita etiam ſcienter, debet intelligi ſm naturam illius cauſæ uel actus ſuper qua uel quo interponitur. ſi enim legatur ſeruus in ſpẽ, non tenetur hr̃s cauere, ꝙ non ſit fugitiuus, ſi erat fugitiuus uiuente teſtatore. ſed dare ipſum talem qualis eſt, ut ſ. eo. l. ſi a ſubſtituto. in fi. Sed ſi eſſet effectus fugitiuus culpa hr̃dis, bene teneretur de hoc, ſicut de eius peremptione ſui culpa contingẽte. ut ſ. eod. l. quid ergo. §. ſi hr̃s. Si ergo ſimpſr promittat eũ tradit, uel aſſerit ſeruum fugitiuũ non eſſe, non intelſr ſe obligare ſi eſt fugitiuus ſine ſui culpa, ſed ſolũ ſi eſſet ſui culpa, quia intelſr ſtipſo ſm ſubiectam materiam, ut in l. ſtipulatus. ſ. de uſu. ita intelligit Bar. hic. In ꝯctu autem emp. & uend. tenetur indiſtinctè vẽditor ſi eſt fugitiuus, etiam ſi non ſui culpa, cũ pretium recipiat, ideo promittendo, ꝙ non ſit fugitiuus, indiſtinctè tenetur ſi reperiatur contrarium, ut ſ. de euict. l. ſi ita. & C. de ædil. actio. l. ſi apud. allegatis in glo. pro contrarijs. Non ſunt alia.

LEX LX.

1 *Hæres tenetur rem legatam liberare a uinculo pignoris in tribus caſibus his contentis.*
2 *Si res obligata alicui legatur, & teſtator expreſſè cauit vt hæres eam liberaret, an tunc legatarius uolens eam liberare poſſit, uel non petere a creditore, ut actionem ſibi cederet contra hæredem.*
3 *Quando habeo ius in re, ut eſt legatarius hic, qui eſt dominus rei, poſſum offerre creditori quod ei debetur, & per uiam agendi petere ceſſionem actionis, ut hic.*
Quid ſi legatarius nec ante ſolutionem, nec poſt, etiam re ſibi tradita non petijt ſibi fieri ceſſionem, an poſſit poſtea implorare officium iudicis, ut creditor ſibi cedat actionem.
4 *Ceſſio actionum per uiã agendi non petitur per uiã actionis, ſed officio iudicis.*
Poſſidens pignora, & a creditore moleſtatus, an poſſit offerre creditori, & petere ſibi cedi actionem perſonalem uel realem, & tradi pignora.
5 *Quid ſi non poſſidet.*
6 *Quid ſi nullum ius habet in re, nec eſt obligatus pro illo debito.*
7 *Tres caſus in quibus tenetur hæres luere rem legatam.*
8 *Res obligata pro minori quantitate quàm ualeat, non dicitur exiuiſſe patrimonium teſtatoris: ſecus quando eſt obligata pro tanto quantum ualet. & uide nume. 7.*
9 *Quando uideatur res legata talis qualis eſt. & nu. 8.*

r SI res obligata. † Hæres tenetur rem legatam liberare a uinculo pignoris in tribus caſibus hic contentis. & in eiſdem caſibus ſi legatarius liberat, poteſt compellere creditorem a quo liberat, ut cedat ſibi act. ſuam contra hæredem tam per uiam excep. antequã tradat, quàm etiam per officium iudicis poſtquam tradidit creditori, quod ſibi debetur. h. d. iſta l. no. & famoſa. & primo declarat in quibus caſibus teneatur hæres liberare vſque ibi. (quòd ſi teſtator.) ſecundo prouidet legatario in caſibus prædictis, ſi hr̃s non liberauit, & propter hoc creditor auocat ab eo rem legatã per hypothecariã, & ipſe legatarius ne auocet̃, ſibi ſoluit, & liberat,

rat,vt ſibi actio cedat.certè ẽt ſine ceſſione actionis quam habet
creditor, habet ipſe act. ex teſtõ ꝯ hæredem vt liberet , ſi adhuc
nõ eſt liberata, uel ſi exiuit iam liberata, habet eandem act. ad
eandẽ rem quaſi non cenſeat eam habere quouſq. recuperet id
2 ꝙ ſibi abeſt.vt ſ.eo.l.planc.§ ꝙ ſi rem.† In tex. ibi,(ꝙ ſi teſtõr.)
Iſte verſi.innuit ꝙ ſi teſtõr expſſe cauiſſet ut hrs ea liberaret , ꝙ
tũc legatarius nõ poſſet petere a creditore ut act.ſibi cederet uo
lẽti eã liberare.Sed certe iſte nõ eſt intelſ lræ. nã ẽt tunc eo mõ
poſſet,cũ ſit ea.rõ.Sed vult iuriſcon. ſe referre ad caſus præce. in
qb. teſtõr cẽſet voluiſſe ꝙ hrs liberet, & tñ hoc expſſe nõ dixit,
ſed tñ ualet tacita voluntas q̃rũ expſſa,ut l.cũ proponebat.j.ti.
j.& in illis caſib.puider legatario de act.cedẽda.q̃ ceſſionẽ põt pe
tere anq̃uã ſit ꝯdẽnatus in hypothecaria, & hoc eſt clarũ , & ẽt
poſt anteq̃ rem hypothecarã tradat. & hoc eſt clarũ . & ẽt poſtq̃
tradidit anq̃uã ſoluat debitũ,ſi offert ſe ſoluturũ,& petat credi-
torẽ cõpelli ad recipiẽdũ, & ad cedẽdũ,& hoc eſt clarũ qm̃ du-
rat actio creditoris. Et ſi dicat̃ qũo iſte legatarius,cum non poſ-
ſideat rẽ,hẽat ius offerẽdi,cũ requirat̃ ꝙ poſſideat, & ex iuſta cã
poſſideat, alſ nõ põt ꝯpellere quẽ ad cedẽdũ iura ſua ut i l.nulla.
de ſol. Rñdet ꝙ hoc ꝓcederet ſi nõ hrẽt aliqd̃ ius in re:nã ſi poſſi
des rẽ tui debitoris tibi obligatã.ego q nullũ ius hẽo i re illa,nõ
3 poſſũ tibi offerre debitũ,& petere ꝙ mihi cedas iura tua.† Sed ſi
poſſiderẽ, & tu ꝯ me ageres ad defendẽdã meam poſſeſſionem,
bene poſſem tibi offerre,ut in l.Paulus.§.fi.quib.mo.pig. vel hy
po.ſol.Sed qñ habeo ius in re,ut erat hic in legatario,qui eſt dñs
rei,bene põt offerre,&.per uiam agẽdi petere ceſſionem act. ad
hoc ſemper allegat̃ iſte tex.& ad prædicta uide l.mulier.qui pot.
in pig. ha. Si aũt nullo iſtorum tẽporũ legatarius petit ceſſionẽ
ibi fieri,& ſoluit,& rem liberauit,& poſtea per uiam agendi im-
plorat officium iudicis, ut creditor cedat ſibi act. videbatur nõ
eſſe audiendus,quia per ſol.videbat̃ extincta.vt Inſt.quib. mod.
tol.obli.in prin.& ſic non poterit cedi.cuius iſte tex.vult ꝯnum
ſm vnum intellectum gl.ſing.quæ vult ꝙ imo actio perſonalis,
quam habebat creditor,non erat extincta qm̃ legatarius ſimpli
citer illi ſoluendo cenſet̃ ſolniſſe potius pro liberando rem ſuã
q̃ pro liberando perſonam hrdis, ſicut ſi ipſe eſſet obligatus ꝓ
hrde fideiuſſorio vel mandatario nomine,ſimpliciter ſoluendo
cenſeret̃ ſoluiſſe pro ſua oblõne,non pro oblõne hæredis q̃ erat
principalis,& ſua oblõ ipſo iure tolleret,ſed oblõ principalis nõ
ipſo iure, licet tollat̃ ope excep. ſi creditor ageret contra princi-
palem ex æquitate.l.bona fides non patit̃.de reg. iu. & iõ adhuc
creditor poſſet cedere illam action. ſoluenti poſtquam durat in
ſubſtantia, & illa exceptio quæ obſtabat cedenti , non obſtabit
ceſſionario, quia in eo non eſt eadẽ rõ,cum non petat ꝙ ſemel
habuit,ſed petat quod ipſe ſoluit,& iſte eſt caſus in l.Pap.ſ.mãd.
quam gl.allegat iuncto eo quod no.in l.fi.in prin.C.de iu do.Itẽ
hic quando non eſt obligatus ipſe ſed res ſua,vr̃ ſoluiſſe ꝓ oblõ-
ne rei ſuæ,& illa tollit̃ ipſo iure.Sed actio perſonalis competens
ꝯ hæredem non tollitur ipſo iure,ſed ope.excep.& ſic poterit ce
di,& nõ obſtabit exceptio.& iſte eſt caſus hic in fi.in rõne ſui, in
4 quo ẽt no. † ꝙ ceſſio act. per uiam agendi non petit̃ ꝑ uiam act.
ſed officio iudicis. Et aduerte ad iſtum articulum, qui eſt utilis
& quotidianus.An quis poſſet offerre creditori,& petere ſibi ce
di act.perſonalem,uel realem,& tradi pignora,nam aut poſſidet
pignora,& moleſtatur a creditore per hypothecariam , aut non
poſſidet.Primo caſu quantum ad hoc, ut poſſit liberare rem , &
eam ſibi retinere,põt offerre creditori ẽt inuito qualitercunque
poſſeſſor ſit ẽt iniuſtus,ut eſt caſus in l. Paulus.§.fi.ſ.quib.mod.
pig.vel hypo.ſol. & poteſt hoc facere etiam poſtquam condem-
natus eſt in hypothecaria antequam rem tradat,ut hic no.in gl.
fi.& in Spe.de obl.& ſol.§.1.ver.quid ſi te mihi.& facit ſ.de pign.
l.ſi fundus.§.ſi pluris.nam hæc exceptio cedendarum non impu
gnat ſniam de iniquitate,ideo poteſt opponi in excep.vt l.ſi fide
iuſſores.§.Idem tradit,de fideiuſſor.& l.Neſennius.§.fi.de re iud.
ſed ſi uellet compellere credito. ad cedendum iura ſua tam per
perſonalem,quam per hypothecariam , ita demum poſſet ꝑ viã
a excep.ſi eſſet iuſtus poſſeſſor,non alr̃. ᵃ ita colli̇r ex tex. a contra-
rio ſenſu.ut l.mulier.ſ.qui po.in pig.hab.licet glo. ſubaudiat ibi
maxime . quod eſt deſtruere tex. Et ita recolo audiuiſſe a quodã
5 dño meo ſuper illa l.licèt alii ſcribentes non tangant.† Scdo ca-
ſu qñ non poſſidet, ſi vult ꝑ modũ agendi offerre & facere ſibi
tradi pignora,& act.ced.tũc aut hẽbat ius in illa re,qa erat dñs,
& tunc põt,vt eſt caſus hic,& ad hoc iſte tex.cõiter allegat̃.Idẽ ſi
hẽbat aliud ius in re,vt quia erat creditor ſcdus hñs rẽ obligatã.
nam põt offerre primo creditori,& liberare rem ab eo,& facere
ſibi cedi omnia iura.ut in l.2. & 3.ſ. de diſtra.pig. Idẽ ſi nũ hẽbat
ius in re,tñ erat obligatus ꝓ illo debito fideiuſſorio uel mãdato
rio nomine illi creditori cui offert . & hoc eſt quod diſputando
pro & contra determinat Cyn.ſm Dyn.in l.2.in fi.C. de fideiuſ.
6 † Si uero nullum ius habet in re, nec eſt obligatus pro illo debi-
to,tunc bene poteſt offerre quantum ad hoc ut liberet rẽ, & ẽt
debitorem,& ut poſſit agere ac.neg.ge.ꝯ debitorem,ut l.ſoluẽ-
do.de neg.geſt.ẽt inuito creditore & debitore. Sed ſi vult ꝙ ſibi

iura cedant̃,non tenet̃ hoc creditor facere . & iſte eſt caſus in l.
nulla.C. de ſol. ẽt ſi offerens ſit creditor eiuſdẽ debitoris ex alia
cã. Pone enĩ ꝙ mutuaui Titio centum & non hẽo bona obli-
gata,qa non feci confici inſtrm̃ , ſed hẽo teſtem, uel ſcripturam
de manu ſua,in qua raro fit hypotheca bonorum , tu uero mu-
tuaſti decem,& tibi fuit obligata res q̃ ualebat centum q̃ hẽs pe
nes te,non reperit̃ de bonis ſuis,ut poſſit mihi ſatisfieri,uolo of
ferre tibi decem & peto ꝙ tradas mihi pignus,& cedas mihi ius
ꝙ hẽs in eo, ut ſic poſſem idem pignus defendere aduerſus aliũ
creditorẽ cui fuit obligatũ poſt te,certe non teneris hoc facere.
ita ſentit expreſſe Cy.C.ẽt ob chiro.pecuniam.l.vnica.per illam
l.nulla.de ſolu. & ſic ſi tibi ſoluo, libero pignus & mihi nõ pro
ficio, ſed ſequenti creditori qui non incipit eſſe primus , & hẽt
rem obligatam,non ego,ut in l.2.in fi.de pig.ac. Tene bene men
7 ti prædicta,quia male declarant̃ per alios.† Itẽ no. hic tres caſus,
in quib.tenet̃ hrs luere.ſ.qñ teſtõr ſciebat rem eſſe obligatã. Itẽ
qñ ignorabat,ſed ꝯſtat uere uel ꝑſumptiuè ꝙ ſi ſciuiſſet, eãdem
rẽ fuiſſet legaturus uel aliã æque bonã,& nõ obligatã.ꝙ ꝑſumit̃
ſi legatarius erat ꝯiuncta pſona, ſicut qñ legat rem alienã igno-
ranter.ut l.cum aliena.C.de lega.& fidei.l prædia. Tertius caſus
eſt quando nihil poterat eſſe ſuperfluum in re legata ſoluta q̃ti-
tate debita,ut quia ualebat centum , quia ſi legatarius haberet
ſoluere, legatum non contineret vtilitatem.ita intelligit gl.illũ
ver.vel poteſt ſubaudiendo dici non,quod vr̃ deſtruere tex. Præ-
terea d.rõ non vr̃ bona,nam imo poteſt continere vtilitatem,
& ualere legatum,licet tantum ſoluat,quantum ualet,ut j. e.l.
& ſi æquo.ideo Ang.dicit ꝙ tex.debet intelligi prout iacet.i.vel
poteſt aliud eſſe ſuperfluum,&c.& eſt ſenſus ſecundum eum,ꝙ
ſi res erat obligata pro minori quantitate quam ualeat, ꝙ tunc
hæres tenetur eam luere,etiam ſi teſtator ignorauit . & etiam ſi
appareat,uel ſi ſciuiſſet,eandem,vel aliam fuiſſet relicturus.ſi au
tem erat obligata pro tanto quantum ualeat , non tenet̃ hæres
eam luere,ſed legatarius,niſi conſtet ꝙ ſi ſciuiſſet,aliam uel eã-
dem fuiſſet relicturus,& ſic iſte tertius caſus deberet poni pro ſe
cundo, & ſecundus pro tertio. diſtinguendo hoc modo , ꝙ aut
teſtator ſciebat illam fore obligatam,& tenetur hæres luere.aut
ignorabat,& tunc erat obligata ꝓ minori quantitate quam va-
leret,& idem aut pro tanto quantum ualebat,& tunc ſi conſtat
vere vel præſumptiue,ꝙ ſi ſciuiſſet , fuiſſet eandem rem uel aliã
æque bonam , & non obligatam relicturus,eſt idem. & ſic ſunt
tres caſus.aut hoc non conſtat,& tunc ſecus. †Sed quæ eſt rõ di-
8 uerſitatis? dicit ipſe quod quando eſt obligata ꝓ minori quanti
tate quàm valeat, hæres dicitur eſſe in culpa uel negligentia ꝙ
non redimit,quia non facit id quod diligens paterfam.faceret.
& ſic quia culpa hæredis accidit quod res non traditur legata-
rio,tenetur hæres.ut no.j.ti.j.l.qui ſolidum.x.b.& argu.ſ. eod.l.
cætera.in fi.& l.quid ergo.§. ſi hæres. Sed quando erat obligata
pro tanto quantum ualebat , non poteſt impingi negligentia
hrdi quod eam non redimit , ſed habeat eam pro derelicto:ideo
ceſſante rõne prædicta hæres ad illud non tenetur,niſi ut cedat
legatario ius luendi quod habet. Iſte eſt mirabilis intellectus, &
pro iſto facit alia ratio ſubtilior , quia quando eſt obligata pro
minori quantitate quam ualeat,non uidet̃ exiuiſſe patrimoniũ
teſtatoris.unde cum teſtõr legauerit eam ut ſuam,& ſua eſt,ua-
let legatum,& hæres tenet̃ eam tradere.tal̃r quòd auferri nõ poſ
ſit, alias non videt̃ tradidiſſe,& ſic debet eam liberare,alias poſ
ſet auferri ut l.ſi rem meam. j.de ſol.quia videt̃ obligatus ad dã-
dum,ut dixi ſ.eodem in l.ſi a ſubſtituto.in fin.ſed quando eſt ob
ligata pro tanto quantum ualet , videt quodammodo exiuiſſe ᵇ
b patrimonium,quia non eſt veriſimile ꝙ vnquam velit luere. vt
j.de lega.3.l.qui habebat.& ibi no.Si ergo teſtõr hoc ignorabat
videt̃ legaſſe rem alienam ut ſuam , & ſic non ualeret legatum
quantum ad hoc vt hæres teneat̃ eam redimere,ſi legatarius nõ
erat coniuncta perſona,ut in l.cum alienam.C.de lega.ſed bene
ualet quantum ad hoc ut ipſe legatarius redimat , & hæres ſibi
cedat ius offerendi,& ptãtem luendi,& iſte intellectus patet, qa
eſt conformis lræ,quæ loquit̃ affirmatiue,dum dicit,(vel niſi po
teſt.)& eſt ſatis ſuſtentabilis.& pulcher.Sed nunc opp. quod in-
diſtincte non teneat̃ hæres liberare.rem.ut j.eo. l. ſeruo legato.
§.ſi fundus.Sol.a ſeruitu.reali non tenet̃ ipſam liberare , ut ibi:
quia ꝑpter eam non põt res auocari.nam confeſſio dat̃ pro ſeruitu
te,non pro re quæ ſeruitutem habet.ſed ab oblõne pignoris be
ne tenet̃ liberare ſm diſtinct.huius l.quia per hypothecariã poſ
ſet legatario res auferri. Item adhuc opp.ad idem ꝙ hæres indi-
ſtincte non teneat̃ liberare quia teſtõr nõ cenſet̃ legaſſe niſi ius
quod habebat.ut j.eo.l.ſi domus.§.fi.Ang.dicit hoc ꝯtrium eſſe
difficile,tu dic quod nõ eſt,nam fateor quod iſtud tñ vr̃ legare ,
&

ADDITIONES.

a Non aliter. Adde Signo.conſi.ſuo centeſimo.

a Exiuiſſe. Adde pro hoc quod uoluit Soci.conſi.inci. domine labia mea aperies.in cauſa quæ uertitur coram d.poteſtate ciuitatis Lucæ.

& non vltra,nec hic dr̄ ꝯrium, nam habet dominiū & proprie-
tatem,& illa vr̄ legaſſe,& non vltra.tm̄ taliter vr̄ legaſſe ꝙ legata
rius habeat cum effectu, & non poſſit ab eo auferri in caſib. de
quibus hic.Sed ſi haberet dn̄ium vtile,iſtud tm̄ videretur legaſ-
ſe,& non directum,quod nō habet,vt in ꝯtrio.& ſi tm̄ viumfr. il
lum videreī legaſſe,& nō proprietatem,quā nō habet ĵ.de vſuf.
lega.l.Sticho.& ſi habet partē quotam, illam tm̄ vr̄ legaſſe, &
non alterā.vt l.ſerui electione §.fi.ſ.e.magis aūt obli.ga vr̄ legaſ
ſe talem,qualis eſt ſi legatū ꝯſiſtebat in ſpecie,vt ſ.e.l.ſi a ſubſti-
tuto.in fi.& ſic hr̄s vr̄ liberari tradendo rem, licē alteri oblige-
9 tur indiſtinctè. † Sed iſ̄de & not.ꝙ interdū res legata habet in
ſe aliquam quantitatem intrinſecam diminuentē valorem rei,
quā hr̄s remouere nō pōt,vt quia eſt vitioſa vel ſeruus fugitiu',
& loquiī lex ꝯtia. Aut eſt extrinſeca,& talis quā hr̄s pōt amoue
re redimendo,vel ſoluendo,& tunc ſi eſt talis p quam non po-
terat res auferri,nō teneī eam tollere.vt ĵ.eo.l.ſeruo legato.§.ſi
fundus.Si autē poterat auferri in totū,vt per hypothecariā, di-
ſtinguendū eſt vt hic,& ideo in illa l.ſi a ſubſtituto.in fi. dum lo
quiī de ſeruo noxæ obligato,ꝙ hæres liberatur tradendo eū talē
qualis eſt,dixi diſtinguendū eſſe vt hic,an teſtator hoc ſciret,vel
ignoraret,non ſic qn̄ erat vitioſus vel non ſanus. Tene menti,
quia p prædicta declaraī iſta lex. Vltimò op.ꝙ hr̄s indiſtinctè te-
neaī liberare & luere,vt ſ.eod.l.apud Iul.§. hæres timore huius
Bar.iſtam l.valde reſtrinxit, dicens ꝙ debet intelligi qn̄ erat obli
gatus pro debito alieno,non teſtatoris,ſi aūt teſtatoris,indiſtin-
ctè teneī hr̄s luere,vt in ꝯtrio.& ſi hoc non facit, cū ipſe ſit debi-
tor.& ad ipſum pertineat hoc debitū ſoluere,ſui culpa vr̄ accide
re.& legatarius non habet. iō indiſtinctè tenetur. & p hoc text.
cū gl.in l.qui ſolidū.in fi.ĵ.tit.i.Bal.ꝯ ſm̄ Ray.de For.& ēt Ang.
quia vr̄ eſſe ꝯ iſtū tex,circa fi.vbi dr̄ ꝙ ſi legatarius luit, debet ſi-
bi cedi actio per hr̄dem.ergo erat debitum hr̄dis.Bar. de hoc p-
pendit,& dicit ſi volumus intelligere tex. ꝙ cedaī actio ꝯ hære-
dem,debemus dicere ꝙ defunctus p illo debito alieno erat obli
gatus fideiuſſorio noīe.quod eſt diuinare.Sed Ang.meliorē dat
ſolōnem,uolendo ſuſtinere Bar. quia hic non dr̄ ꝙ cedaī ꝯ hęre
dem. vnde intellige ꝙ ꝯ debitorem principalem pro quo erat
ipſa res obligata.bī tñ ipſe tenet præcedentem opi.Bal.quia iſta
eſt magna reſtrictio.nec ob.§.hæres,quia loquiī in debito habē-
te cām ſucceſſiuam.quod erat magis onus fructuum q̄ proprie-
tatis,ut in l.neque diſpendium.ſ. de impenſ. vnde cum fructus
illius tpis non peruenerint ad legatarium , indiſtinctè p illo tpe
non teneī iſtud debitum ſoluere, ſed hr̄s. nos loquimur de alio
debito extrinſeco, quod non erat onus rei uel fructuum ſuorū,
& iſta eſt melior ſolō q̄ illa quam dat Angel.uel Bald.nec ob.rō
Bar.quia immo accedit culpa legatarii ſi non ſoluit eo caſu quo
ſoluere teneī,non hr̄dis. ſed in caſib. in q̄bus hr̄s teneī ſm̄ teno-
rem huius l.accideret culpa hr̄dis.quinimmo tenet Ang.ꝙ ſi eēt
obligatus pro debito alterius q̄ teſtatoris non haberet locū iſta
l.nec eius diſtinctio,qm̄ ad hæredem non pertinet illud debitū
ſoluere,ſed ad illum pro quo eſt obligata, & illa poſſet compel-
li ad ſoluēdum,uel per hæredem,uel per legatariū, ceſſat ſibi ac.
q̄ defunctus hēat ꝯ illū pro quo obligauit.l.commo.vel man. vel
alia ac.ſm̄ ea q̄ hn̄r in l.petenti.ſ.de pig.act.& ſi eſſet obligata p
debito hæredis,indiſtinctè teneret hæres eam liberare,quia ſuo
facto contingeret ꝙ legatarius non haberet. & iſte eſt uerus in
intellectus. quem no.

L E X LXI.

1 *Expenſa facta in re legata per hæredem pendente conditione legati repetitur a legatario conditione exiſtente.*
2 *Pro impenſa facta in re aliena, quando quis non hēat actionē,nec retentionē*
3 *Impenſa cuſtodię dicitur pertinere ad præſentem utilitatem,& eſt cum fructibus compenſare.*
Si caſtrum fuit datum in dotem,tunc impenſa cuſtodia pertinet ad maritum, qui habet fructus,& ſoluto matrimonio non poteſt ab uxore repeti.
4 *Impenſam factam ad perpetuam vtilitatem,quando non teneatur quis cum fructibus compenſare.*
5 *Impenſa facta cauſa colligendorum fructuum nunquam repetitur, ſed cum fructibus computatur,& de illis deducitur.*
Quid ſi fiat ad utilitatem non pro maiori tempore q̄ quo ſit percepturus fructus ? & ſit idem,& quid ſi ſit duratura vltra illud tempus,non tamen perpetuo,& inſpicitur quantum ualeat hodie cum res repetitur.
6 *Recip ens uineam ad quinquennium,ſi ponat ibi palos duraturos per decennium,repetit pro dimidia: ſi uero annuales,non repetit.*
7 *Si tpe quo impenſa fuit facta non fuit propter illam effecta res maioris pretij propter qualitatem temporis,quia erat guerra,& cum reſtituit res reperiatur maioris pretij,& ſic vtiliter fuiſſet facta, inſpicitur tempus præſens.*

1 DOmos hęreditarias. † Expenſa facta p
hr̄dem pendente
ꝯdi. legati in ipſa re legata,& ad ppetuam eius utilita-
tē,repetiī a legatario condi.exſte per uiam excipien-
di,& ēt p uiam agendi, ſi p errorem non fuit exceptū.facta uero
p legatariū ꝯd.pendente,non vr̄ dona.hr̄d.iō nō pt hr̄s exſte ꝯ-
di.eā deducere aduerſus legatariū.h.d.vſq.ad l.ſi ancilla. In gl.q̄
inci.(aſs æſtimatis.)ibi.(So.ibi in ꝓpria ſua re impēdit,) hic uero
nō poſſidebat rē alienam tanq̄ ſuā,& tanq̄ in ſua, vnde non ha-
buit aīum aliquē ſibi obligādi.hic uero pēdēte ꝯd. erat ipſi' hr̄-
a dis,ſed ſubiacebat reſtōni ᵃ vn̄ cū hoc ſciret, vr̄ impēdiſſe ī re ſua
tanq̄ aliena,& ſic habuit aīum obligandi ſibi legatariū. Et mul-
to fortius idē vr̄ ſi fuiſſet legata purè,cū ſic impēdiſſet in re alie-
na,ut aliena,cū ſciret ſe obligatū pſonalr,ſecus in l. ꝯria. ubi nō
erat obligatus,licet rei ven. poſſet ꝯueniri.In fi.gl.ibi,(Itē ꝯ.)ſ.ꝙ
legatum domus extinguaī ſi fuit ꝯbuſta,& poſtea refecta,vt ĵ.e.
l.ſi ita.§ fi.& ſolue,vt in gl.q̄a ibi viuēte teſtōre, q vr̄ p hoc reuo
caſſe legatū. hic poſt mortem & p hr̄dē in cuius ptāte nō eſt le-
a gatū reuocare,ut ſ.eo.l.cætera.in fi † In gl.q̄d ſi nulla.in fi.gl.ibi
(ſi pars)& illa vera. nā l.ſi in area loqī in illo q impēdit in re alie
na tanq̄ aliena,q̄a poſſidebat rē alienā, & nō erat obligatus pſo
nalr ad ipſam tradēdā alteri,quo caſu aut ſciebat ſe nō eſſe dn̄m,
& vr̄ donaſſe,& ſic nō hēt actionē,nec retētionē. ut l.qs ſciens.
C.de rei ven.& in alia glo. ſ. in l. domos.ſi aūt credebat ſe dn̄m.
tūc de æquitate hēt retentionem. ſed ſi per errorem non fuit ea
vſus,& tradidit , nō habet repetitionem, q̄a nō habuit animum
alium ſibi obligādi , hic uero ſciebat ſe principaliter obligatum
ad tradēdū,vnde ſiue pure ſiue ſub ꝯd. vr̄ impēdiſſe potius tanq̄
in aliena,& ſic animo obligandi ſibi legatariū , vn̄ habet retētio
nē,& ſi non fuit ea vſus p errorem, nō repetit per ꝯd. inde. quia
res fuit debitè tradita, ſed quia aliter tradita fuit q̄ deberet p er
rorem, ꝯpetit ꝯdō incerti,& ſine cā. ut retractēī eadē res retinē-
da quouſque impenſa refundaī.ut hic in d.§.ſi pars. In l.ſumpt'.
ſuper glo.i.in fi.ibi. (quia fecerat pēdente ꝯdōne.)& ſic tpe quo
res ad ipſum non pertinebat, ſed erat hr̄dis , vnde cum hoc ſci-
ret,uel ſcire deberet,impēdendo in re aliena vr̄ donaſſe.ut ſ.eo.
l.domos.vnde videbaī ꝙ hæres poſſet deducere aduerſus legata
rium, ſed certe non vr̄. imo proprium vr̄ negotiū geſſiſſe . cum
ſperaret aduenientē ꝯd.ad ſe debere pertinere,& ita accidit.Sed
ſi ꝯdō nō extitit,fateor ꝙ videreī donaſſe,uel poteſt dici ꝙ nec
teneī pp ſpem quam habeat,nam donatio non præſumiī,ubi a-
lia cā pōt ſubeſſe.vt l.ſi cum aurū.de ſol.l.aut ſi quis ſciens.C.de
rei ven.loquitur in illo qui non hēbat ſpem,ut efficereī ſua. vn̄
cum eſſet alia cā,ꝓſumiī donaſſe. In gl.ſeq.quæ incipit. (puta ex
cuſtodib.)Iſta gl.habuit alium intellm̄ ad iſtam l.ſumptus q̄ prę
cedens gl.nam præcedens intellexit ꝙ iſti ſumptus fuerunt fa-
cti p legatarium.Iſta uero ꝙ per hr̄dem, & dicit ꝙ nō pōt eos re
putare.i.repetere a legatario,ſed ꝯ de l.domos.Sol.ibi qn̄ ad per
b petuam rei utilitatem,hic qn̄ ad tpalem, puta ad cuſtodiā ᵇ rei,
ad quam teneī ꝯdi.pendente . nam tunc cum lucreī fructus dēt
iſtas impenſas cum fructibus compenſare,ut ſ.de impenſ.l. 3.§.
nos generalr. ſicut & expenſas factas cā fructuum colligendo-
rum.ut l.fundus.fam. ercis. & ſ.ſolu. ma.l.diuortio.§.impendia.
3 †Et no.iſtam gl.ꝙ impenſa cuſtodiæ dr̄ pertinere ad præſentem
utilitatem,& eſt cum fructibus ꝯpenſanda,ideo ſi fuit datum in
dotem caſtrum, impenſa facta in cuſtodiendo pertinet ad mari
tum,qui habet fructus,nec pōt repeti ſolu.ma.ab uxo.ut no.per
Bar.in l.fi.ſ.de impen.non tñ dr̄ facta cā culturę, ut ĵ.de leg.3.l.
cum quæreret.§.fi.& ibi omnino vide Bar.Sed opp. ꝙ ēt in l.do
mos.licet eſſet impēſa facta ad perpetuam rei vtilitatem,ex quo
tñ ꝯd.pendente faciebat fructus ſuos,debebat illa cum fructib.
compenſari.& ſi tot percepit quot ſufficiant, non poſſet eam re
petere.ut in l.ſumptus.ſ.de rei vend.Sol.& no.& tene mēti. Lex
illa loquitur in illo,qui lucratur fructus ſolum pp bonam fidem
ſuam,vt etiam ſi eos conſumpſit, & nō ſit factus locupletior,&
ſic non teneatur ad reſtōnem,ſed eos lucretur pro cultura & cu
ra,ut Inſti.de re.diui.§.ſi quis a non dn̄o. nihilominus ſi aliā im
penſam fecit, debet eam cum illis fructibus cōpenſare , nec pōt
eam repetere a uero dn̄o,& ſi eſſet effectus locupletior, & ſi te-
4 neretur eos reſtituere,poſſet eam de illis deducere.† Si autē lu-
cratur fructus p p aliam cām iuſtam,vt hr̄s pendente cond. lega
ti ex tacita voluntate defuncti.iuxta no.in l.in fideicōmiſſaria.
ad Treb. vel maritus p p oneta matrimonij , tunc talem impen-
ſam factam ad perpetuam vtilitatem non teneī cum fructibus
compenſare,Hoc uoluit gl.quæ non eſt alibi,& quæ debet ita in
telligi & declarari.ſ.de rei vend.l.emptor,in fin.mag.gloſ.Tene
c menti ᶜ perpetuo . Sed adhuc oppo.ſi intelligis l.domos.in ex-
penſis factis ad perpetuam rei utilitatem , videtur ꝙ illa tota ſit
repetenda non habito reſpectu ad æſtimationem rei quæ ſit de
præſenti, quia vr̄ ſufficere,ꝙ fuerit neceſſaria,vel vtiliter fcā tē-
pore quo facta fuit,licet nunc non ſit.arg.ſ.de impen.l.& in to-
tum.Sed tex.l.domos. in fi.dum dicit quantitatibus extantibus
æſtimatis, dicit contrarium,ꝙ hr̄ reſpectus ad id quod ualet res

de

ADDITIONES.

a Reſtitutioni. adde an ipſa cauſa facta in re ſubiecta reſtitutioni, debeat cum fructibus compenſari. Pau.de Caſt. conſi. 17.
b ad cuſtodiam. adde quod uoluit Bal. conſi. 253. 2.lib.ubi de impenſa facta ad cuſtodiam caſtri.de quo etiam per Ful.conſi. 119.
c Tene menti. adde eundem Pau.conſi. 326.

5 de pſti ſo. & hoc ſin. no. quatuor ſutit caſus. † Interdum fit expen
ſa cã colligendorum fructuum & illa nunq̃ repetit̃ ſed cum fru
ctib. computat. & de illis deducit. ut ſ̃. dixi. Interdum fit ad utili-
tatem rei, nõ cã culturæ, tũc aũt illa impenſa non fit ꝓ maiori tẽ
pore, q̃ quo qs ſit recepturus fructus, vt eſt cuſtodia rei, uel ſi. &
idem. vt in l. 3. §. uos generaliter. de impen. interdum eſt duratura
vltra illud tp̃s, non tñ perpepuò, & tunc inſpicitur quantum va-
let hodie, cum res repetit, unde ſi expendit c. & nunc cum res re
petitur illa impenſa parum eſt duratura, in tantum quòd non
remanet vtilitas ex ea vltra x. q̃ poſſunt repeti. Ita intelligit Iaco.
6 de Are. † & Bar. iſtam l. domos. in fi. & hoc no. pro illis q̃ recipiũt
vineam ad certum tempus, & ponunt ibi palos, nam ſi annuales
non repetunt impen. Si autem duraturos per decennium & lo-
catio durat vſque ad quinquennium, repetunt pro dimidia, quia
pro dimidia tp̃is impenſa ſeruiuit ſibi, pro altera dimidia ſeruit
domino cui reſtituit, ideo ab eo repetit, & iſtud eſt quotidianũ.
Si autem ad perpetuam rei utilitatem, locum haberet quod dixi
7 in contrario. † Et not. ſecundum Ang. q̃ eo mõ dicendum eſſet
econuerſo, ſi tp̃e quo impenſa fuit facta res pp̃ illam non fuit ef-
fecta maioris pretij pp̃ qualitatẽ tp̃is, quia erat guerra. poſtea cũ
reſtituitur res reperit̃ maioris pretij, & ſic utiliter fuiſſe facta, in
ſpicitur tempus præſens per hanc l. ſing. in ver. (extantib.) quod
debet eſſe in tex. & quotidie contingit ſ̃m eum in iſtis qui rogã-
tur poſt mortem reſtituere, & interim faciunt expe. in bonis, de
inde poſt mortem petuntur, & hæredes eorum petunt, q̃ habea
tur rõ impẽſarum factarum, nam ex prædictis patet quæ & qua-
les ſunt repetendæ. Et de his uide in tex. & gl. in l. vbi purè. §. fi. j.
ad Treb. Tene menti prædicta.

LEX LVV.

Si ancilla. Dictio, cum, qñ ponit̃ inter pſonas, nõ ꝯiungit
acceſſoriè, ſed æquè principr, ſicut dictio, &,
quia perſona propter eius dignitatem alteri pſonæ non accedit.
h. d. cum l. ſeq. qñ ponitur inter res, diſtinguitur, an inter princi-
palem & acceſſoriam, & coniungit acceſſorie, an æque principa
lem, & coniungit principaliter, ut dixi in l. Titiæ. §. nihil differri.
& habetur in l. j. & 2. cum ſeq. j. de pec. leg.

LEX LXVII.

1 *Diſpoſitio captatoria non ualet in legatis, ſicut nec in inſtitutionibus hære-
dum.*
2 *Diſpoſitio tribus modis dicitur eſſe captatoria.*

a
2
a
CAptatoriæ. † Diſpoſitio captatoria non valet in
legatis a ſicut nec in inſtitutionibus
hæredum. h. d. † Quando autem ſit captoria in inſtitu-
tionib. hr̃ ſ̃. de hær. inſt. l. illa inſtitutio & l. captatorias,
cum l. ſeq. nam dr̃ captatoria trib. mod. Primo, quando ſubſtan-
tia diſpoſitionis confertur in liberam uoluntatem tertij, ut le-
go tibi ſi Titius uolet, uel uoluerit, quia non debet ultima uo-
luntas ex alterius uoluntate pendere, q̃ teſtatoris. Secundo qñ
in perſonam legatarij, vel iſtituti, ut lego illi cui Titius uoluerit,
uel inſtituo illos quos uoluerit. ut d. l. illa inſtitutio. hoc tñ verũ
quando incerta perſona de incertis, confertur ĩ arbitrium tertij,
ſecus ſi incerta de certis, ut lego uni ex liberis meis cui Titius vo
luerit, vel elegerit. vel l. vtrum. §. cum quidam. de reb. dub. nam in
primo caſu Titio non eligente remanet diſpoſitio omnino in-
certa. ſecundo autem non, quia omnes liberti admittuntur, ut
j. ti. j. l. cum quidam. & l. ſi quis Titio. §. fi. unde vr̃ non ualere le-
gatum uel inſtitutio facta de pauperibus quos elegeret Titius, q̃a
eſt de perſonis incertis. contrarium tamen eſt verius, quia pot.a
cenſetur factum de eo, qui certus eſt, nec illo non eligente rema
net incerta, ſed tp̃s ſuccedit & declarat. ut no. j. ti. j. l. j. & quia ẽt
ſi diceretur captatoria, nihilominus valet ad piam cauſam, ut in
c. cum tibi. de teſta. ſ̃m Bart. Tertio modo dicitur captatoria cũ
fit ſub ſpẽ alterius Inſtitutionis, uel legati, ut inſtituo te, ſi inſti-
tues me, vel lego tibi ſi legas mihi, & hoc quando per verba fu-
turi temporis, ſecus ſi præteriti. ut l. ille autem. de hær. inſti. & l. j.
de his quæ pro non ſcrip. habentur.

ADDITIO.

a In legatis. adde Ang. conſi. 201. & uide latè. in captatorias. de hær. inſt.

LEX XLXVIII.

a *Non valet legatum ſi res quæ legatæ ſunt non reperiuntur.*
2 *Non valet diſpoſitio ſi id quod ſua diſpoſitio includebat, uel includere uideba
tur, exceptio excludebat.*
*Si habens decem ſeruos in patrimonio quos legauerat Titio poſtea legauit Se
io aliquot ſeruos in genere, an legatum ualeat.*
3 *Dictio præter, quid importet.*
4 *Electio in legatis duobus, uel pluribus ſeparatim factis, pertinet ad primo no
minatum.*

1 **SI ita legatum.** † Non ualet legatum ſi res quæ le-
gatæ ſunt non reperiuntur. h. d.
2 Vel ſic ſ̃m bal. & Ang. non † ualet diſpoſitio ſi id quod ſua
diſpoſitio includebat uel includere uidebatur exceptio ex
cludebat. h. d. Opp. q̃ licèt in patrimonio non ſint niſi decem ſer
ui, ualeat legatum factum Seio, q̃a teſtatõr vr̃ voluiſſe, q̃ aliunde
emanẽt, poſtq̃ legauit in genere, & illos q̃ erãt legauerat Titio, ar.
in l. Titia §. 1. j. de auro & ar. leg. pp̃ hoc Iac. de Are. reſtringit iſtũ
tex. q̃ intelligat q̃ſi dixit, ex his quos hẽo in p̃rimonio, ſed hoc eſt
diuinare, nec tex. h. d. dico ergo q̃ ꝯtrium ꝓcederet ſi nullos ſer-
uos reliquiſſet in p̃rimonio, uel reliquiſſet decem tñ, & ſciebat
q̃ nõ erãt plures. Si ergo putabat, q̃ eſſent xx. locum hẽt iſte tex.
& iſte eſt uetus intellectus. Item adhuc opp. q̃ in iſtis x. qui erãt,
concurrat primus legatarius cum ſcđo, ut ſ̃. e. l. plane. §. ſi ꝯiun-
ctim. in fi. Sol. uerba illa (p̃ter eos. &c.) tollunt ꝯtrium. Si eñ ap-
poſita non fuiſſent, fatendum eſſet ꝯtrium: ſed non apparet q̃ vo
3 luit eos ꝯcurrere. Sed adhuc opp. fortiter. q̃a dictio p̃ter, † vr̃ po-
a tius includere nam, ſi lego tibi decem præter a fundum, uideor ẽt
fundum relinquere, ſicut ſi dixiſſem decẽ ultra fundum, uel hoc
amplius. ut no. in l. cum ita. inf. de do. p̃le. p̃ Iac. de Are. & Bar. So.
ibi qñ uerba referuntur ad eandem pſonam, hic qñ ad diuerſas.
Sed ꝯ. q̃ idem ſi ad diuerſas, ut j. de leg. 3. l. ſi ſic. So. ibi in dictiõe
hoc amplius. quę magis eſt repetitiua. hic in dictione præter, quę
ponit̃ hic excluſiuè qñ inter diuerſas pſonas, & quia hic præceſ-
ſerat legatũ factum Titio, & de materia huius dictionis p̃ter, no.
a in l. j. ſ̃. de pig. act. † Vltimo vr̃ hic caſus dum dicit (quos Titius e-
legerit.) de qõne quam ponit Dy. ſ̃. eo. in l. ſi ita ſit ſcriptum in fi.
& Bar. in l. qui duos. de illo qui habeat duos equos unum melio-
rem altero, & legauit tibi unum de equis ſuis, & mihi ſimiliter.
quis habebit meliorem? & certe quia vr̃ legata optio primo, no-
minatus primo debet eligere, ut in l. quoties. ſ̃. de uſufru. & hoc
tenuit Bar. licèt Dy. ꝯ & pro Bar. vr̃ caſus hic, quia Titius primo
nominatus eligit, & alij debentur ſecundo legatario, & hoc qñ
apparebat de legato facto Titio, aliás an ex illis uerbis (pręter eos
& c.) inducatur legatum factum Titio. glo. tenet hic q̃ non per l.
titia. in prin. j. tit. j. Sed nihil facit ſ̃m Dy. quia ibi erant uerba fu
turi tempori enunciatiua, quæ diſpoſitionem non inducunt.
hic præteriti, quæ ſolent inducere, ut in l. ex hac ſcriptura. de do-
na. ideo aſſignant aliam rationem, quia uerba inducta ad dimi-
nutionem, uel ad unum effectum, non operantur alium effectũ
contrarium. ut in l. cum tale. §. fi. j. de cond. & dem. Tene menti.

ADDITIO.

a Pręter. Latè uide per Lu. Rom. conſi. 315.

1 *Legatum poteſt conferri in liberam voluntatem legatarij, & ſi decedat ante-
quam declaret ſe uelle, non tranſmittit ad hæredem.*
2 *Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent.*
*Expreſſio eorum quæ tacite inſunt, aliquid operatur, quando aliter exprimun
tur quam inſunt.*
3 *In uoluntate illius, cui fit acquiſitio ſine alia obligatione ipſius poteſt confer
ri tam legatum quàm etiam contractus, ſed in perſonam illius qui etiam ob
ligatur, non poteſt contractus conferri.*

1 **§. Illi ſi volet.** † Legatum poteſt conferri in liberam vo
luntatem legatarij, & ſi decedat antequã
declaret ſe uelle, non tranſmittit ad hr̃dem. h. d. Non ſic põt cõ-
mitti in uoluntate hr̃dis, uel tertij. ut ſ̃. l. proxi. & ſ̃. e. l. ſenatus. §.
legatum. & ibi plenè. In tex. ibi (ſi uolet.) hoc exponitur. i. ſi decla
rauerat ſe uelle, nõ eñ ſufficit mẽte tñ uelle, niſi declaret, ſicut
nec in aditio. hr̃ditatis ut no. in l. pro hr̃de, in prin. de aeq. hære.
& puto ſufficere q̃ declaret uerbis, aut factis. ſicut in adi. hæredi.
vt plenè no. in l. gerit. eo. tit. nam facto datur uoluntas intelligi.
vt l. reprehendenda. C. de inſti. & ſubſti. In tex. ibi (quàm ſi legata
rius uoluerit.) i. declarauerit ſe velle. Sed contra. quòd immo mo
riendo uidetur hoc declarare. ut j. de lega. 3. l. fideicommiſſa. §.
hoc autem legatum. ver. uerum ſi antequam. & l. vxorem. §. pen.
a Sol. ibi qñ in uoluntate hæredis per dictionem cum, a quæ ſigni-
ficat principaliter tp̃s, & ſic valet. licèt ſecus ſi per dictionem ſi,
ut ea. l. q̃q̃, & tunc hr̃s decedẽdo uidetur uelle, & ſic præſtabitur
ab hærede eius, ut ibi. hic in uoluntate legatarij, per dictionem
ſi, quæ ſignificat principaliter cond. & magis inficit, & impedit
a tranſmiſſionem. ut not. in l. j. j. ti. j. † In tex. ibi (quamuis.) reſpon-
det tacitę obiectioni, & ſic not. illud vulgate expreſſa nocent, nõ
expreſſa non nocent, ut l. nõnunquam. de cond. & dem. & quòd
expreſſio eorũ q̃ tacite inſunt, aliquid operatur, ſed hoc eſt uerũ
qñ aliter exprimuntur, quam inſint, nam ſi ꝯdõ iſta non fuiſſet
expreſſa, uolũtas legatarij nõ inerat acquiſitioni, cum ipſi igno
ranti acquireretur, ſed inerat ſolutioni, uel perfectæ acquiſitio-
ni, & irreuocabiliter, quia quouſque acceptet non eſt perfecte
acquiſitum, ſed reuocabiliter. poſtea uerò irreuocabiliter. Cum
autem exprimitur ad originem acquiſi. apponitur quia nec ip-
ſo iure, nec irreuocabiliter acquiritur, niſi declaret ſe uelle. In
3 gloſſ. ibi, (de actione & obligat. l. ſicut.) † Tu dic melius, quòd in
uoluntate illius, cui fit acquiſitio ſine alia obligatione ipſius be
ne poteſt conferri tam legatum, ut hic, q̃ etiam contractus, ut ſti
pu. in perſonam ſtipulatoris, in l. a Titio. §. fi. de uer. obl. ſecũ in p-
ſonam

ADDITIO.

a Dictionem cum. Ideo dixit Ro. ſing. ſuis fol. 11. per tex. ſing. in l. uxorem. §. Scæ-
uola. de lega. 3. q̃ ſi hæres grauatus fuerit reſtituere Seio, cum volet, quòd mor-
tuo hærede eius petet fideicommiſſum.

ſoriam illius, qui etiam obligatur, vt ementis, vel vendentis, qui
obligatur ad rem, vel ad pretium, non poteſt contractus confer
ri, ut in ꝯtrio. rō ponitur in l. ſub hac. ſ. de acti. & obli. In fi. glo. ibi
(fuit appoſita) hoc nihil ualet ſm Dyn. ut ꝟ. quando di. leg. ced. l.
dies. §. ſi. dic ergo ꝙ in l. contrario conditio appoſita legato non
erat apta ſuſpendere legatum poſt adi. hær. ideo non reddit lega-
tum conditionale, ut ſi lego tibi ſi hæres adiuerit hæredita. uel ſi
conditio ſub qua fuit inſtitutus hæres extiterit. hæc autem erat
apta ſuſpendere, nam ē adita hæreditate legatum erat conditio
nale quouſque declaret ſe velle ſm Dy. In gl. ſeq. in fi. de cond. &
dem. l. aliquando. Solue, ut ibi no. ſecundum Dy.

1 *Domus particulariter refecta cenſetur eadem, licèt nihil remanſerit de prima materia, ſecus in refecta eodem impetu.*

2 *Domus legata ſi fuit deſtructa, & refecta poſt mortem teſtatoris, debetur legatario.*

Si fuit deſtructa uiuente teſtatore, & non refecta debetur area legatario.

3 *Si in ea area poſtea teſtator ædificauerit, an cenſeatur legatum reuocaſſe.*

4 *Quid ſi iſtud nouum ædificium iterum deſtruatur, an ſic etiam debeatur area legatario.*

1 **§. Si domus.** † Domus particulariter refecta cenſetur
eadem, licet nihil remāſerit de prima mā,
ſecus in refecta eodem impetu. h. d. ſm Pet. Et hoc ultimum vi-
detur uerum etiam ſi ſit refecta de eadem mā, vt videat noua do
mus, q̄ nunq̄ fuit legata quod dic ut no. in fi. de naui refecta ſ. eo.
l. quod in rerum. §. fi. In tex. ibi (particulatim.) i. in diuerſis parti-
bus. ſed ꝟ. eo. tpe. In text. ibi (utile remanere legatum.) quia cum
ſit eadem domus, poteſt peti tanquam legata, ſed in ſequenti eſt
2 diuerſa domus, q̄ nunquam legata fuit. † Opp. ex l. ad ultimum
caſum de l. domus. ſ. eod. Sol. ut ibi dixi in fi. gl. q̄ format iſtud ꝯ-
rium. nam ibi fuit deſtructa, & refecta poſt mortem teſtōris p hr̄-
dem, & ſic tpe quo iam erat acquiſitum ius reale legatario, ſaltē
fictè, vñ domus noua non cenſet̄ diuerſa, ſed eadem quo ad ius
reale, ut probatur etiam in ſecundo contrario quod glo. hic for-
mat de l. ſi fundus. §. ſi res. ꝟ. de pign. & etiam de l. ſeruitutes. §. ſi
ſublatum. ſ. de ſer. urb. præd. Hic aūt uiuente teſtōre, quo tpe nul
lū ius erat acquiſitū legatario, & ſic quo ad acqrendum dr̄ noua
domus. Itē opp. in gl. de l. ſeruum filij. §. ſi areæ. ſ. eo. Sol. ibi eſt ca
ſus econuerſo, quia fuit legata area, & poſtea p teſtatorem fuit
ſuperimpoſita domus. unde cedit areæ. & tanq̄ augm̄ rei legatæ de
bet legatario, ut in l. quod in rerū. §. ſi quis poſt. ſ. eo. hic aūt fuit
legata domus, & poſtea deſtructa, deinde refecta. Sed ꝯ, ꝙ iſta ſo.
nihil ualeat: nā cum primo fuit deſtructa, remanſit area & illa de
bebat̄ legatariu acſi illa fuiſſet legata, quia ſupererat ex re lega
3 ta, vt ſ. l. ſi grege. in fi. † Si vero poſtea in ea area teſtator ædifica
a uerit, iſta domus licèt noua deberet ad legatarium pertinere. [a]
ſicut ſi legaſſet areā, & poſtea domum ſuperimpoſuiſſet vt d. l.
ſeruum filij. §. ſi areæ. gl. non tn̄det clarè, fatetur ꝙ ſi nō ſuperim-
poſuiſſet, area deberetur, ſed ſuperimponēdo cenſet̄ legatū reuo
caſſe. ſed quare non ſic in §. ſi areæ. vbi magis cēſetur legatū auxiſ
ſe? nec gl. nec Doc. declarār, ſed dic aliud eſſe in area expreſſe le-
gata. q̄ debetur vt res principalis, & ſic recipit acceſſionē aug-
menti, vt in §. ſi areæ, aliud cū debetur tanquam remanens ex
re legata. & ſic debetur vt acceſſio, vnde non recipit aliā acceſſ.
ſed potius extinguitur legatum, & ius quod legatarius habebat
in illa area remanente. Sic videmus, ꝙ vna ſeruitus aliam ſerui
4 tutē non recipit, vt in l. j. ꝟ. de vſufr. lega. † Sed pone ꝙ iſta noua
domus deſtruatur in toto, an illa area debeat̄ legatario? vr̄ ꝙ ſic,
quia nō fuiſſet ꝯſtructa debebat̄, ergo idē vr̄ ſi fuit conſtructa, &
nō durauit ar. in l. ſi pro parte §. verſum, de in rem verſo. Contra-
riū dic p iſtū tex. dum dicit. (interire legatum.) Si. n. non fuiſſet
ꝯſtructa tunc illa area domus debebat̄ legatario tanq̄ pars pri-
mæ domus legatæ, & tanq̄ id qd̄ ex ea ſupererat. Sed poſtea in-
cœpit eſſe pars nouæ domus, & illa nunq̄ fuit legata, nec debebat̄
legatario. ergo & ſi poſtea deſtruit̄, nec illa area debet̄, qa nō eſt
nūc pars primæ dom⁹, ſed ſcdæ, & ceſſat rō l. ſi grege. Nō ſūt alia.

A D D I T I O.

b Pertinere. His dictis adde vt per Lud. Ro. ſing. ſuis. fol. 11. incip. fuit ante quæſitum an ſi viuens teſtator tranſmittet.

LEX LXIX.

1 *Valet legatum de emendo, uel uendendo iuſto pretio.*

2 *Si teſtator mandauit hæredi ut uendat mihi fundum ualentem centum pro iuſto pretio, legatum ualet, non tamen ualet quantum ad hoc, ſi teſtator iniunxit mihi aliquod onus fideicommiſſi, ut dem tibi decem quaſi nihil habuerim ex teſtamento eius.*

3 *Quod teſtator poſſit mandare hæredi ut mihi mutuet ſub certis uſuris, & habeo actionem ex teſtamento.*

Si mandauit ut uenderetur tibi & mihi, & tu non uis emere uel lego, an inter nos habeat locum ius accreſcendi.

1 **ET ſi æquo.** † Valet legatum de emendo, uel uen-
dendo iuſto pretio. h. d. ratio una po-
nitur hic, & alia ꝟ. eit. j. l. ſi cui uidebatur legatum inutile,
quaſi non continens utilitatem, arg. ꝟ. eo. l. ciuitatibus, in
fi. ubi dr̄ ꝙ nihil ex teſtō vr̄ capere, qui tm̄ erogat quantum acci
2 pit. † Sed iſtud eſt uerum quantum ad hoc, ut poſſit grauari. nam
ſi teſtator mandauit hr̄di vt vendat mihi fundum ualentem cen
tum p iuſto pretio, ualet, quantum ad hoc ut p act. ex teſtō poſ-
ſim hr̄dem compellere ad uendēdum ſed nō quātum ad hoc vt
ſi teſtōr iniunxit mihi aliquod onus fideicommiſſi, puta ut dem
tibi decem, uel fundum meum, teneat illud pſtare, quaſi nihil ha
buerim ex teſtō eius, ut in l. ab eo. C. de fideico. & ita loqtur lex
3 ꝯtra, ut ſ. eo. l. non amplius. in prin. † Sed an poſſit mandare hr̄di,
ut mihi mutuet ſub certis uſuris? dic ꝙ ſic, & habeo actionem ex
teſtō, ut ꝟ. de leg. 2. l. fideicommiſſa. §. ſi hæres. item an inter iſtos
legatarios ſit ius accreſcendi ſi mandauit, ut uenderetur tibi &,
mihi, & tu non uis emere, ſicut locum hēt in lucratiuo legato
dic ꝙ ſic, ut no. gl. ꝟ. de leg. 3. l. uxorem. §. agri plagam. & uide qd̄
ibi no per Dy. & quod dixi ſ. eo. l. fideiuſſor. § fi. Non ſunt alia.

LEX LXX.

1 *Condemnatus ad mortem, ſi primo fuit procurator, uel negotiorum geſtor alicuius debet differri executio quouſque rationem reddiderit.*

1 **SEruus vni.** † Solutio rei legatæ etiam purè, poteſt
ex iuſta cauſa differri, h. d. facit iſte text.
2 † ꝙ ſi aliquis fuit condemnatus ad mortem, qui primo fue
rat procurator, uel neg. geſt. alicuius, debeat differri execu-
a tio a quouſque rationem reddiderit. facit ꝟ. eod. l. ſeruo legato. §.
ſeruus, & ita no. Per. & Cy. in l. j. C. de bonis proſcrip.

A D D I T I O.

a Executio. Adde Lu. Ro. idem dicentem. ſing. ſuis. fol. 13.

1 **§. Si ex pluribus.** † Nominati per nomina propria
uiriliter admittūtur, non propor-
tione hæreditaria. h. d. Simile ſ. eo. l. turpia. §. fi. & differunt, quia
ibi loquitur in grauatis per nomina propria, hic in honoratis. Et
pone caſum melius q̄ gloſ. ꝙ erant quatuor hæredes ex diuerſis
portionibus inſtituti, & duob. ex eis fuit legata res aliqua hære-
ditaria, uel non hæreditaria, & primo caſu tenet legatum in por
tionib. quas alij duo habent, ut ꝟ. eod. l. legatum. §. hæredi. certè
ad illas admittentur legatarij pro uirilibus, non pro hæreditariis
portionibus, quia non potuerunt nominari, niſi per nomina p-
pria, ſicut dixi in l. turpia. §. fi. poſſet tamen dari caſus per appella
tiua, ut ſi duo erant fratres mei, uel nepotes, & alij duo erant ex-
tranei & legaui fratribus: nam uidentur tunc admittendi pro hæ
reditariis, ſicut ſi fuiſſent nominati, ut hæredes text. eſt not. in l.
Lucius. §. Mœuia. ꝟ. ad Treb.

LEX LXXI.

1 *Legatum factum filioſ. a. poſt mortem patris mortuo patre pertinet ad filium, non ad hæredem patris, & quid ſi legatum factum eſt ſeruo.*

2 *Quantum ad acquirendū ex ultima uoluntate nō inſpicitur tp̄s acquiſitionis inchoatæ, id eſt teſti conditi, uel mortis, ſed tempus perfectum acquiſitionis.*

3 *In his quæ acquiruntur filio ut filio, non eſt neceſſe ꝙ ſit hæres patris, ut ſi pater recipiat emphyteuſim uel feudum pro ſe & filijs eius uel liberis, ſi non dicat & hæredibus. &c.*

1 **SI poſt mortem.** † Legatum factum filioſa. poſt
mortem patris mortuo patre
pertinet ad filium, non ad hæredem patris, etiam ſi patris
non ſit hæres, factum uerò ſeruo poſt mortem domini per-
tinet ad hæredem domini, niſi dominus illi ſeruo reliquerit liber
tatem directò, & pure fuerit inſtitutus hæres neceſſarius quia
tunc cum cedit dies legati, reperitur liber, & ſic acquiritur ſibi.
hoc dicit in effectu. uſque ad §. ſi purè. In tex. ibi, filio, non intelli
gas teſtatoris, ſed cuiuſdam tertij, in cuius erat poteſtate. In tex.
ibi (ad filium pertineat.) quia per mortem patris efficitur ſui iu-
ris indiſtincte, & tunc cedit dies legati ſibi facti, unde quæritur ſi-
bi, patri autem quouſque uixit non fuit acquiſitum ex perſona
filij, cum eſſet conditionale, unde nec potuit tranſmittere ad hæ
2 redem eius. † Et ſic not. quòd quantum ad acquirendum ex ulti-
illis maſſaritias aliquas portauerat in villam quouſque ibi ſta-
ret, eas reportaturus Florentiæ, quia communiter cõſueuerũt
ſtare Florentiæ,quęrebatur an deberent̃ vxori? & iſti tex. forti-
ter faciunt ꝙ ſic.in contrarium vr̃ mens defuncti,qui reſtrinxit
ad illas quæ erant in domo Florentiæ,& ſi ſenſiſſet de iſtis,expſ-
ſiſſet. iſtam partem puto ueram ſi locutus eſt per uerba præſen-
tis temporis,& ſciebat ibi non eſſe, ut erat in propoſito. ſi uero
præteriti.ut quæ erant tempore mortis,uel præſentis,& ignora
bat alibi eſſe,tunc ne fraudetur eius intentio ex caſu poſt teſta-
mentum contingente, uel ex ignorantia, quia credebat ibi eſſe
tpe mortis,vel teſtamenti,& non erant,tunc locum habent le-
ges contrariæ, & tene menti,quia uidi dubitari, & ex vna parte
vrgebant tex.& ex alia intentio teſtõris, & abſurditas quæ uide
3 batur ſequi.†Item no.ꝙ ibi fingitur partus editus,ubi fingit eſſe
mater.licet non ſit,& hoc no.quia ſunt ſtatuta & hic Bononiæ,
ꝙ nullus Doctor poſſit eſſe de collegio medicorum vt hic, uel
iuriſtarum,ut Bononię niſi ſit originarius ciuis.quid ſi mater ca
b ſualiter [b] abeſt,& ibi parit? certe fingitur natus in ciuitate ubi
mater fingitur eſſe.l.nihil.de captiuis.ex quo vr̃,ꝙ non ſit ciuis
originarius loci ubi naſcetur,ex quo mater non erat ibi vt eſſet
perpetuo,ſed ad tempus.& iſtud vidi de facto in filiis quorundã
Doctorum huius ciuitatis natis alibi ubi pr̃ erat conductus ad
legendum,uel ad aliud miniſterium,non propterea minus dice
bantur originarij Paduani.uide Bar.in l.filios.C.de muni.& ori
gi.lib.x. Et inducit Dy ꝙ ſi propter guerram animalia vnius pa-
rochiæ fugiant ad aliam,& ibi pariant,ꝙ decima illorum ſit ſol
uenda parochiæ vnde fugerunt.& idem in gabella. Quidam di-
cunt ꝙ nati de loco vbi pater uel mater non erat manſura,nihi
lominus dicuntur ſortiri originem,quia fraudatur l.quę dicit ꝙ
ratione originis quis dicatur ciuis.l.aſſumptio.ad municipa. quia
non tendit in præiudicium alicuius, ſed hic non dr̃ natus in lo
co fugæ,quia fraudaretur intentio teſtatoris,qui credebat ꝙ na
ſceretur in loco vnde fugit,& hoc ſatis placet.† & communiter
4 dr̃,ꝙ ubicunque quis naſcitur quomodocunque dicatur ſortiri
forum ratione originis,non tamen gaudet priuilegijs, niſi ſu-
beat onera,& ſic faciat ſe deſcribi ad munera, & non expedit ꝙ
impetret ciuilitatem ſecus ſi non eſſet ibi natus.

ADDITIONES.

a Conſueuerunt.Adde ut per Ant.de But.conſi.66.

b Caſualiter.Facit quod voluit Ludo.Ro.conſi.263.ꝙ ille qui iurauit continue ſte tiſſe in ciuitate Lucana,non eſt periurus,licet probetur ꝙ aliquo tempore fuerit abſens propter peſtem.

§.Si Titio Stichus. Si ex duabus rebus alternatiuẽ legatis altera donet̃ legatario per teſtõrem,remanet legatum in alia.h.d. & ſic dando vnã non vr̃ eligere,quia ad eum non ſpectat electio.ſed ad hæredem, vel legatarium,alias non remaneret legatum in altera,ſed fingeretur non eſſe legata.ſ.ead.l.§.Stichum.Opp.de l.Lucius.j̃.ti.j.
Sol.ibi in legato ſimplici.in quo ſi teſtõr rem legatam tradat legatario,non poteſt legatarius poſt mortem aliam petere, hic in alternatiuo.Erat autem hic dubitatio,quia ſi hæres ad quem ptineret electio alterum traderet liberaretur ab alio, ſed aliud in traditione facta per hæredem,per rationem quam ſ̃.dixi.

1 *Coniunctio uerbalis non inducit ius accreſcendi in rebus prorſus diuerſis.*

2 *Si teſtator legauit unam rem,puta fundum,factis portionibus pro diuiſo,tot cenſentur fundi.quot partes fecit.*

§.Quibus ita legatum. †Coniunctio uerbalis non inducit ius accreſcendi in rebus prorſus diuerſis.h. d. Bar. qui dicit ſe plures vidiſſe ꝙ teſtator legat centum cuilibet de filiabus ſuis,vel eas inſtituit in centum,pro qualibet, licet enim ſint cõiunctæ verbis,
quia tñ quantitates diuerſæ ſunt ſingulis relictæ, nõ eſt locus iuri accreſcẽ.inter eas per iſtum tex. ubi dicit eſſe caſum, & in l.re
coniuncti.j̃.ti.2.in quæſtione illa.an inter coniunctos verbis tã
2 tum ſit locus iuri accreſcen.Idẽ† ſi legaſſet unam rem,puta fun
dum,factis portionibus pro diuiſo,vt Titio & Seio talem,videli
cet a tali loco uſque ad talem Titio,& ab illo vſque ad talẽ Seio,
nam tot cenſentur fundi quot partes fecit. l.plane.§.fi.ſ̃. & hũc
dicit eſſe caſum in l.j.de vſufru.accreſ. Ad hoc ergo ut coniunctio verbalis proſit,non debet eſſe omnimoda diſiunctio rei, ut lego Titio & Seio æquis portionibus.nam quia pro indiuiſo fiunt partes quarũ nulla põt ad oculum demonſtrari,non dẽt dici oĩmoda diſiunctio,& hẽt locum ius accreſ.l. re coniuncti. de leg.3 in tex.ibi.(eos non concurſuros.)& ſic ibi non eſt locus iuri accreſ.& pp hoc factus fuit iſte §.alias nulla eſſet vtilitas.

1 *Quando plures agunt eodem libello ad eandem rem, debent in actione concordare,alias repellerentur. Sed ſi agerent diuerſis libellis, poſſent diuerſis actionibus agere,etiam orientibus ex diuerſis cauſis.*

2 *Plures poſſunt agere eodem libello,ſi ex eadem cauſa.*

Quod tunc debeant in actis concordare,& unam actionem intentare.

3 *Quando plures diſcordant,iudex debet concordare,& quando repellat.*

4 *Quando dubium eſt de facto,ſorte nunquam dirimitur.*

Si unus legatarius conſecutus eſt æſtimationem partis rei legatę,ita facit partem cum legatario, ſicut ſi eſſet rem conſecutus.

1 **§.Si is cui legatum.** †Quando plures agunt eodẽ libello ad eandem rem debẽt
in actione concordare,aſs repelluntur.Sed ſi agerent diuerſis li-
bellis,poſſent diuerſis actionib.agere, ẽt orientibus ex diuerſis
2 cauſis.h.d.cum l.ſeq.& tene menti.† No.ꝙ plures poſſunt age-
a re eodem libello[a] quod eſt verum ſi ex eadem cauſa,aſs require
rentur plures libelli, ut dixi in l. ſi quis cum procuratorio. de
procu.& no.per Bar.in l.ſ̃.inter.§.Caſſius.de aqua plu.arcen.Irẽ
quando agitur eodem libello,debent in actio cõcordare,& vnã
actionem intentare,& ratio,quia cum ſit vnus libellus, una dẽt
eſſe inſtantia,& vna actio,quia ſi eſſent plures, etiam plures in-
ſtantiæ,& ſic requirerentur plures libelli,iſtam rationem ponit
Bal.quæ eſt optima,ſed q̃ ſi diuerſæ ſunt actiones & libelli, diuer
ſę ſunt iſtantię,nimirum ſi plures actiones poſſunt intentari,vt
j̃.prox.§.& licẽt loquat̃ in plurib.hr̃dib. legatarij, idem eſſet in
3 plurib.legatarijs quib.eadem res eſt legata.† No.ẽt quando pl̃es
diſcordant,iudex compellitur concordare,ſed ↄ̃.ꝙ imo nõ con
cordat,ſed repellat.l.quoties.de vſuſr.gl.non ſoluit. Bar. dicit ꝙ
hic diſcordabant ad incommodum alterius.ſ.hr̃dis, ibi ad incõ-
modum propriũ, deo ſi alter petit ꝙ ſorte dirimatur, debet diri
mi.l.fi.C.communia de leg. ſi neuter petit,ſe impediunt, & iu-
dex non compellitur concordare,ſed repellit.Certe hic erat mo
dicum præiudicium hęredis,ideo hic iudex compellitur dene-
gando audientiam.ſicut in le.ↄ̃ria repellendo, niſi concordent.
ſ.eo.l.cum pater & faciendo dirimi ſorte.l.ſed cum ambo.de iu.
4 †No.tñ ꝙ nunquam dirimitur ſorte qñ eſt dubium de facto. vt
no.gl.in l.vni.C.uti poſſi. Vltimo no.in l.ſeq.ꝙ ſi unus ex legata-
rijs conſecutus eſt ęſtimationem partis rei legatę,ita facit partẽ
legatario,ſicut ſi eſſet rem conſecutus, quia ęſtimatio loco vni⁹
ſuccedit,& ſic non obſt. iura quę dicũt ꝙ faciunt ſibi partes per
concurſum,& hic non videtur concurrere qui recipit ęſtimatio
nem partis,ut hic patet,vnde dicit Bal.ſi filia repudiat bona pa-
terna,quia dicit ſe contentam dote,facit partem fratribus in le-
gitima,quia non eſt ſimplex repudiatio,cum loco ſuæ partis ha-
beat dotem.

ADDITIO.

a Eodem libello.Adde late Lu.Ro.conſi.745.

LEX LXXXVIII.

1 *Res mea alteri obligata poteſt mihi legari, & importat, ut hæres teneatur luere.*

2 *Quando res mea alteri obligata mihi legatur,& hęres eam luit,an poſſit repetere quod ſoluit actione negotiorum geſtorum? quod non.*

3 *Quod ſecus in eo qui tenetur pro me ex contractu fideiubere.*

Va-

3 *Valet legatum rei meæ quando poteſt a me auocari iure dominij.*
4 *Quid ſi erat obligata iure pignoris, vel alius in ea habebat vſumfructum.*

1 SI tibi homo. † Res mea alteri obligata pōt mihi
legari, & importat, vt hæres teneatur
luere. h.d. & non eſt alibi ſm Dy. Sed † an hæres poſſit re-
petere quod ſoluit act. neg. geſt. Dic ꝙ non, ſicut qñ eſſet
grauatus ꝓ me fideiubere.l.tria.de vſuſr.ea.re.q̄ vſu.con. Secus
in eo q tenetur pro me ex ɔ̃tu fideiubere, quod dic vt not. Bal.
C.de ver.ſign.l.Sancimus.& Cyn.in l.vnica.§.ne autem, de cad.
3 tol. † Adde alium caſum in quo valet legatum rei meæ.ſ.qñ pōt
à me auocari iure dñij.l.nō quocunq.§.ſi ex bonis.ſ̄.eo. In text.
ibi.(vt pignus luatur.) non ergo agitur ad rem, ſed ad factum,
quia illud importat legatū. ſit ergo cautus legatarius in modo
agendi. In gl.ibi.(aliud eſſet,) quia non teneretur hæres aliquid
ſoluere, nec debitum ꝑſonale remittere, ſed tradere rem liberā.
vt io l.ɔ̃tria.multum enim operatur legatum, ſecus in redditio-
ne inſtrumenti, q̄ nihil operaretur niſi debitum videat̄ remiſſū.
l.ſeruum filij.§.eum qui.ſ̄.eo. Dicit tñ Bar. ꝙ ſi eſſet obligata te-
ſtatori pro tanta quantitate quantam valebat, legatum impor-
taret & remiſſionem. per l.qui habebat.j̄.de leg.3. Ang.ɔ̃, quia
eſt eadem rō, ꝙ multum operatur reſtitutio rei abſque eo quod
debitum remittatur. & l.ɔ̃tria nihil facit, quia non legantur debi
tori, ſed alteri oīa quæ habebat in tali loco, vnde fateor ꝙ venit
illa res obligata pro tanta quantitate quantam valebat, quaſi
cenſeatur eſſe teſtatoris, nec vr̄ legata ſola liberatio, quia nō ꝓ-
deſſet legatario, cuius res non erat, ſecus ſi legatur debitori, &
hoc placet, niſi teſtator feciſſet ſibi adiudicari pro debito, quia
debitum eſſet extinctū, & res eſſet ſua.l.elegāter. in prin. de pig.
act. & ſic videretur legaſſe dñium, tñ idem ſi eſſet obligata pro
minori quantitate. Item Bar. limitat primum dictum glo. qñ te-
ſtator ſciebat ſibi obligatam, & non eſſe ſuam. aliàs ꝓp errorem
non valeret legatum factum dño de illa re, nec importaret libe-
rationem.l.cum alienam.C.de leg. Tu dic ɔ̃, quia ſi voluit lega-
re dñium, quod eſt plus, ergo liberationem quæ eſt minus, nec
ob.l.cum alienam, quia præter intentionem teſtatoris hęres gra
uaretur redimere ab alio, ſed hic non ab alio, ſed a ſe, quod eſt
ſibi facile. in caſu autem huius l.procederet ſuum dictum. nam
ſi mihi legaret rem meam alteri obligatam, quam putabat ſuā,
non valeret legatum, quia hæres grauaretur ab alio luere, quod
eſt graue, ſicut redimere, & (quod plus eſt) ſi ſciebat eſſe meam,
ſed ignorabat obligatam, idem erit, q̄a hoc teſtator non ſenſit,
& ſic legatum erit nugatorium. Item quid ſi teſtator legat rem
ſuam alteri obligatam? dic vt ſ̄.eo.l. ſi res obligata. Item quid ſi
legauit rem Titij obligatam Seio, an teneatur redimere a Ti-
tio, & liberare a Seio, & ſic duplici onere? Bart. innuit ꝙ ſic, ſi
ſciebat eſſe Titij, quia tenetur facere meam.l. huiuſmodi.§. qui
ſeruum.in fi.ſ̄.e. & taliter ꝙ non poſſit euelli.l.ſi rem meam. de
euict. & tenet̄ de euictione.l.ſi domus.§.de euictione.ſ̄.e. Alij ꝙ
eſt verum, ſi & hoc ſciebat ꝙ erat obligata, alias ſecus. Mihi vi-
detur ꝙ etiam tunc non ſit verum, quia non eſt veriſimile ꝙ vo
luerit hæredem dupliciter grauare.j̄.ti.j.l.Titia.§.qui in vita.ſed
ſolum ꝙ redimat, vñ ſi valebat decem, & erat obligata pro quin
que, ſatis eſt ꝙ offerat decem dño, & ipſe liberet eam: ſed domi-
nus non vult hoc facere, ſed vult decem, & ꝙ emptor ſibi libe-
ret, non tenetur hoc facere, tanquàm in modico pretio volue
rit vendere.l.non dubium.in fin.ti.1.liberabitur ergo ſoluendo
legatario iuſtum pretium, vt ibi. & ſup.e.l.ſi domus.§.qui confi
4 tetur. & iſta eſt veritas. † In glo.ſeq.ibi.(ſed arg.ɔ̃.) ꝙ non valeat
legatum rei meæ, licèt alius habeat ius reale in re mea. Sed reſpō
de, aut erat quia erat obligata iure pigno. vel alius in ea habebat
vſumfru. & ſic poterat vſuſfr. auocari per confeſſionem, & tunc
valet vt liberetur a pignore, vel a tali ſeruitute perſonali, vt hic,
& in l.quam glo. allegat. aut erat tale per quod res, vel eius per-
ſona non poteſt auocari licèt poſſet incommodari, vt quia alius
habebat ſeruitutem prædialem, pro qua competit confeſſoria,
nec tamen res, vel eius pars auocatur, & tunc valet legatum rei
meæ, ita loquitur illa l. Mæuius.§.pe. qui incipit, fundo. in ſta ti-
tulo primo cum ibi no. in glo.

2 *Ille hæres ſpecialiter grauatus, vt hic, tenetur inſolidum. & nu.1.*
3 *Quod etiam alij generaliter grauati teneantur, & quod ſoluente ſpecialiter grauato, alij liberentur. & nu.4.*
4 *Si genus & ſpecies cadat inter perſonas grauatas, & præcedit ſpecies, & ſequitur genus, alter alteri non derogat, niſi genus poſſit ad ſpeciem reſtringi.*
5 *Papa ſi pro debito eccleſiæ grauat primo clerum totius ciuitatis, vt illud ſoluat, deinde grauat totum clerum prouinciæ, in poteſtate eccleſiæ eſt exigere totum a clero ciuitatis, vel a clero totius prouinciæ, & tunc pro rata computabitur clerus ciuitatis.*

1 §.Si teſtamento. † Si vnus ex hæredib. ſpecialiter
grauatur in vna re non hæredi-
taria, & alij hæredes ſimul vniuerſaliter grauantur in eadem re-
danda eidem, primo ſoluente æſtimationē illius rei omnes alij li
berant̄ ipſo iure. h.d. Et Bar. reputat.§. iſtum difficilem, & dicas
ꝙ iſti cenſentur duo rei debendi.ſ.ille ſpecialiter grauatus, q hr̄
ꝓ uno, & tenet̄ inſolidum & alii oēs qui loco alterius hñt, & te-
nent̄ inſolidū oēs, ſed inter ſe pro hr̄ditarijs partib. Eſt ergo perin
de ac ſi legaſſet alternatiuè ab vno, vel ab oīb. quia cenſeret̄ mul
tiplicare oblōnem, non pac. iō vno ſoluēte totum, alij liberant̄,
ſicut ſi legaſſet a Titio hærede, uel a Seio & hr̄de.ſ̄.eo.l. ſi ex to-
to.§.j. & in hoc conſiſtit ſubtīa, & ɔ̃ſideratio ſm verū intellm, &
idem caſus ponit̄ in l.Mæuius.§.eū qui.j̄.ti.j. licet in determina-
tione videant̄ diſcordare, quia iſte tex. vult, ꝙ oēs alii liberent̄ ip
ſo iure ꝑ ſolōnem vnius ſpālr grauati, & ille vr̄ velle ɔ̃trium, ꝙ il-
le tm̄, & ab aliis poſſit peti. & de hoc opponit glo. & non ſoluit,
dic vt j̄. dicam, quia bene punctuando concordat, nō diſcordat.
In tex.ibi,(non pōr) videbat̄ ɔ̃trium, nam ſi teſtamentis diuerſo-
rū idem Stichus eſſet eidem legatus ex quolibet, dēret̄ mēro iu-
re, & ſi eſſet conſecutus æſtimationem ex teſtō vnius, non ꝓhibe
ret̄ agere ad rem ex teſtō alterius.ſ̄.eo.l.plane.§.ſi duob. Idem vr̄
qñ ex teſtō unius & a diuerſis hr̄dib. ſuccedentib. in diuerſis par
tib.ſ̄.eo.l.quid ergo.§.j. & fortius ſi ab uno in teſtō, ab alio uel
aliis in codicillis, ut hic. Sed aliud in teſtamento vnius, q nō cen
ſetur duplicare legatum ſpeciei, licet ipſam relinquat eidem a
diuerſis hæredibus quantum ad ſolutionem, ſed ꝙ ſemel tantū
habeat, niſi dicat expreſſe, ita loquitur l.contraria, licet videant̄
duplicare obligationem vt quilibet teneatur inſolidum, ut in
teſtamento vnius, licet a diuerſis hæredibus, quia cum ſemel de-
beatur hic, ſed qñ ſunt diuerſi, quilibet uoluit quod debeat̄, &
ſoluatur inſolidum, & tunc habet locum regula de duab. cauſis
lucratiuis, non autem quando non refertur a quo incipiat, nā
ſi eſſent teſtatores diuerſi, ſi tamen haberentur pro vno, idem
eſſet. & tñ a diuerſis perſonis eſt res relicta.ſ̄.eo.l.huiuſmodi.§.j.
2 † Ex iſto §. collige tria uel quatuor. Primo, ꝙ hæres ille ſpecialr
grauatus tenetur inſolidum, ſi enim teneretur pro parte ſoluē-
do totam æſtimationem non liberaſſet cohæredes, quia quate-
nus ſoluiſſet pro illis, indebitum ſoluiſſet, & poſſet repetere, &
eadem ſolutio non pareret liberationem, & repetitionem.l.cū
is.§.j.de cond. inde. Bar, in l. Mæuius.§.eum qui.j̄.ti.j. & in ſum-
mario. & diſtinc. quam ponit in fi. vr̄ contrarium ſentire propter
ſecundam lect. quæ ibi ponitur in glo. ꝙ licet ille teneretur inſo
lidum, ſi alii non fuiſſent grauati, ex quo tamen alii omnes fue
runt grauati, cenſetur receſſum a ſpeciali grauamine, & omnes
tenentur pro hr̄ditarijs partibus, & ſic vult, quod per genus vide
atur receſſum a ſpecie præcedente quando cadunt inter perſo-
nas grauatas, ſicut e conuerſo.l. Titia.§.pen.j̄.ti.j. quod eſt falsū
per iſtum tex. & rōnem quam dixi. & tex. ille non probat nec
illa lect. eſt uera, ſed dic vt ſtatim dicam circa illum.§. Sed oppo.
ꝙ non teneatur inſolidum.ſ̄.eo.l.ſi fundum ſub condōne.§.ſi li
bertus. Sol. ibi quando grauabatur vnus in re hæreditaria, i. qua
habet partem. unde in illa vr̄ grauatus, hic debet intelligi, ꝙ iſte
ſeruus erat hæredis, uel alterius, & teſtator ſciebat, non autem
hæreditarius, vnde ceſſat ratio de qua ſ̄. quia non habet partē,
ſed totum, uel nihil, vnde in totum vr̄ grauatus. iſta ſolutio, vr̄
contra tex. in uerbo (vendicari.) nam ſi non eſſet hæreditaria nō
eſt dubium ꝙ non poſſet vendicare, etiam ſi alii non eſſent libe
rati, ſed poſſet ſolum agere perſonali, & tex. vult quòd non poſ-
ſint uendicare, quia ſunt ipſo iure liberati, per rationem q̄ po-
nitur in fi. Sol. expone.i.petere, & ſic impropriè, & iſtam opi. oēs
communiter tenent, & Guil. de Cu. in l.auus.ſ̄.de pac. Quidam
dicunt ꝙ etiam ſi erat hæreditaria, tenetur inſolidum. quia ſibi
vr̄ prælegata cum aliter tradere non poſſit. ar. eius quod no. in l.
alio. de ali. leg. Sed glo.j. in l. Mæuius.§.eum qui. hoc reprobat, ꝙ
videatur prælegata. Alij tenent idem, ꝙ etiam ſi ſit hæreditaria,
teneat̄ inſolidum, & videatur grauatus redimere partem cohę-
redum per l.cum quaſi.§.ſi plures. de fideicō. liber. Nec obſt.§.ſi
libertus. quia fatent̄ ꝙ legatarius non poteſt vendicare niſi par
tem grauati, ſed poteſt agere ad totam act. perſonali, ut redimat
partem cohæredum, & hanc opi. quæ fuit Iac. de Are. vr̄ Cy. tene
re.C.de cad. tol.l.j.§.ſed ut manifeſtetur, in fin. & ſm iſtam opin.
poſſet hoc intelligi in ſeruo hæreditario, & uerbum, vendicare,
ſtaret proprie, ſed communiter tenetur ɔ̃trium. & §.ſi plures. nō
ob. quia eſt ibi ſpeciale fauore libertatis. Et ſi intelligimus ī ſer-
uo hæreditario, oportet intelligere quod expreſſe dixit, quod il
le teneretur inſolidum, ſed non dixit ꝙ plures præſtetur, & ſta-
bit proprie, ſed continebit diuinationem. Sed opponitur forti-
ter, ꝙ non procedat etiam in non hæreditaria, quia non propte
rea tenebitur inſolidum, infra. ea.l.§.ſi fundus. Sol. ibi fundus v-
nius hæredis fuit duntaxat relictus ab omnibus hæredib. hic ab
illo ſpecialr, deinde ab omnib. & virtute primi ſpecialis tenetur
inſolidum, ſed virtute ſecundi generalis, in quo etiā comprehē-
ditur. vt j̄. dicā. tenetur ille pro hæreditaria portione, ſicut alij.
3 † Collige ſecundo ex tex. ꝙ & alij generaliter grauati tenentur,
quod patet, quia liberantur per ſolutionem illius, & ſi ille non
ſoluiſſet, poſſet conueniri, ſed contra, quòd tantum ſpeciali-
ter

ter grauatus teneatur.ſ.n.j.l.Tiña.§.Lucius.Solõ.ibi præceſſit
generale grauamen,& ſecutum fuit ſpeciale de vno,& tunc ge-
neri derogatur,hic econuerſo.Sed contra,qa non refert ꝙ præ-
cedat.vel ſequatur.vt l.vxorem.§.feliciſſimi.ſ.n.2.Solu.ibi.qñ
genus,& ſpecies cadunt inter res legatas,hic qñ inter perſonas
grauatas,quod eſt ſingulare.Sed ↄ,ꝙ ẽt ſi p̃cedat ſpecies,genus
ſequens reſtringat̃ ad illã,& generi p ſpẽm deroget̃.l.legatorum.
§.q pſes.ſ.eo.l.Sol.ibi erat commode reſtringi ſalua rõne recti ſer
monis,qa grauauerat duos ſpecialr̃,deinde grauauit hr̃des ſine
ſigno vl̃i,vñ põt intelligi de illis duob.hic nõ põt reſtringi,tum
qa grauauit vnũ,& ſequens pluralitatẽ non põt ad vnũ reſtrin
gi.l.fi.ad Treb.& poſito ꝙ grauaſſet plures,poſtea grauauit oẽs
cum ſigno vl̃i,& qui omne dicit,&c.l.Iolianus.de lega.2.ſed an
inter omnes cõprehendet̃ etiam ſpecialiter grauatus?vr̃ ꝙ non,
quia generalis cl̃a non refert̃ ad ſpecificata.l.doli cl̃a de ver ob.
ↄrium dic per l.ab omnib.§.ſi a Titio.ſ.eo.& ↄtrium loquit̃ in re
bus,non in perſonis grauatis,& virtute illius ad hæc tenebit̃ pro
4 hr̃ditariis partibus.† Et ex his ſequit̃ ꝙ ſi genus & ſpẽs cadant in
ter perſonas grauatas,ſi p̃cedit ſpẽs,& ſequit̃ genus, alter alteri
non derogat,niſi genus poſſit ad ſpeciem reſtringi.ut ſ̃.dixi,li-
5 cet ſecus ſi genus p̃cederet,hoc inducit Bal.ſi Papa† pro debito
eccleſiæ primo grauat clerum totius ciuitatis vt illud ſoluat,de
inde grauat totum clerum prouinciæ,in præte eccleſiæ eſt exige
re totum a clero ciuitatis,uel a clero totius prouinciæ,& tũc ꝓ-
rata cõputabitur clerus ciuitatis.Vltimo no. ꝙ ſoluente ſpecia-
liter grauato alii liberantur,contra hoc primo opponit̃ de l.qd
ergo.§.i.ſ̃.eodem.Sol reiecta ſol.gloſſ.dic ut ſ̃. dixi, ꝙ ibi teſtõr
expreſſe dixit,ꝙ quilibet præſtaret inſolidum , alias multiplicat̃
oblo.non præſtatio,& hoc ſi legat̃ ſpecies,ſi autem quantitas ẽt
præſtatio.l.ſi pluribus.§.j.ſ.n.j.Vltimo opponit̃ de l.Mæuius. §.
cum qui.ſ.n.1.vbi innuit quòd ab aliis poſſet peti, quia vult qđ
non ab illo qui ſoluit,ſed ab aliis,ſic,gl.remittit ad ibi not.& ibi
ſunt diuerſi intellectus.Tu dic ꝙ concor.ſi bene punctuabis,nã
verbum ab omnibus determinat verbum relinquere , non uer-
bum quærere,& eſt ſenſus quòd eadem res quæ fuit in teſtamẽ-
to ab uno relicta,in codicil.fuit ab omnibus relicta,ideo ſi reci-
pit æſtimationem ab illo,non poteſt vendicare ab aliis,qa teſtõr
vr̃ pluries locutus,ut ibi dr̃,& Doct. intelligunt quod determi-
net uerbum quærere , & vult dicere quod non poteſt ab omni-
bus quærere,ſed a quibuſdam non,ſed eſt truffa.& Iuriſcon fu-
iſſet impropriè locutus,dum dicit ab omnibus, ſed debuit dice-
re,non ab omnibus,quia negatiua præpoſita ſigno vniuerſali fa
cit æquipollere ↄdictorio,ut no.in l.legi ómos.de legi.tut. §.an
ergo.ſed quidam uolentes concordare fatẽtur,& exponunt nõ
ab omnibus.i.a nullo. Cętera dic ut ibi dicam, & vide Bar. in l.
quæſitum.§.fi.de fun.inſtru quando genus,& ſpecies cadũt in-
ter perſonas grauatas.& inducit ad quęſtionem de facto,ſed ple
nius loquitur in §.cum qui.ſed ooo melius in his in quibus dixi
ſ̃.malè loqui.

2 *Quęſita per ſeruum legatum uiuo teſtatore,ad legatarium non pertinent.& vide num 1.*
3 *Qui legauit ſortem debitam, videtur legare vſuras quę cucurrerunt viuo teſtatore.*

5 **§.Cum ſeruus.** † Quęſita per ſeruum legatum poſt
aditam hr̃ditatem , & anteq̃ legatũ
acceptẽ,uel repudiet̃,ſecuta acceptatione pertinent ad legata-
rium, ſed ſecuta repudiatione pertinent ad hæredem ſicut ſer-
uus.h.d.In tex.ibi.(ſtatus).i.dñm,qa ſeruus non hẽt ſtatum. In
tex.ibi (attinguntur).ſ.poſt aditam hr̃ditatem,nam q̃ſita añ hære-
tatẽ aditã non ſunt in ſuſpenſo,imo acquirunt̃ hæreditati iacen
ti,& p hære.ſ̃.eo.l.ſi poſt mortem.ſed hæres tenebit̃ reſtituere le
gatario acceptãti,ut no.gl.in l.ꝙ ſeruus.ſ.ti.j.& Bar.no. in l. ſer-
uo legato.ſ̃.eo.n.j.in prin.Pet.ↄ ibi dixit.& in l.fi.C.de vſufr.leg.
& hæc uera,quia tunc non põt legatarius hr̃e, niſi fictum dñiũ,
ꝙ non eſt ſufficiens ad acquirendũ ſibi,ut no.gl.in l.vni.§. in no
2 uiſſimo.C.de cad.toll.† In tex.ibi, (in ſuſpenſo) .i.inſpecto quod
euenire poteſt,quia põt legatarius repudiare, ſed inſpecto præ-
ſenti ſtatu & ueritate non ſunt in ſuſpenſo,cum adita hæredita-
te dñium ſerui ſit legatarii, licet irreuocabiliter . eodem modo
quæſita per eum eadem rõne, ſed ſecuta repudiatione cenſent̃
non quæſita,& hac rõne dicunt̃ in ſuſpẽſo, uide gl. in l. cum pr̃.
in fi.de neg.geſt.añ hæreditatem aditam nec uerè, nec fictè ſunt
quæſita legatario,quia non habet efficaciam,niſi cõfirmet̃ adi-
tione,ſed ea ſecuta,qa trahit̃ retro ad tẽpus mortis,& tũc fingit̃
facta.l.hæres qñq. de acqu.hæt.in ↄñam huius fictionis fingitur
retro quæſita,ita intelligitur gloſ.dum dicit vere ab adita hære-
ditate,& fictè a morte teſtatoris, ſed quęſita viuo teſtõre ad le-
gatarium non pertinent.l.quæſitum.§.pe.ſ.eo. niſi eſſent teli-
cta cũ ſuis cõmodis &c.ſ.ti.j.l.Lucius.la j.& ibi no. & niſi in cõ
modo vſurarum debitarum occaſione ſortis debitę, & legatæ.
l.nomen debitoris.in prin.de lega.3.vbi eſt tex ſingularis.quan-
3 do † qui legat ſortem debitam,videtur legare vſuras, quæ cu-
curreruot viuo teſtatore,& exactę,quod tene menti:quia ibi eſt
caſus,ꝙ ſi quis legat pecunias quas habet ſuper impræſtis de Ve
netiis, vel montis de Florẽtia, vr̃ legare etiã pagas quæ cucurre
runt viuo teſtatore,licèt non fecerit mentionem, niſi de ſorte ,
a caſus eſt ibi,& ita conſului. ª In tex.ibi. (intelligitur).i.videtur
& fingitur, nam hoc verbum fictionem notat,& ſic glo. videtur
malè dicere , ꝙ ab adita hæreditate acquiritur dominium , ſed
dic ꝙ ab adita hæreditate verè acquiritur, quia fit ex legis diſpo-
ſitione, tamen reuocabiliter, ſed ſecuta acceptatione fit irreuo
cabilis,& fingitur retro fuiſſe irreuocabilis,hæc vera qñ res lega
ta fuerat teſtõris,alr̃ fructus eius non ueniunt,nec ptinent ad le-
gatarium,niſi à tempore moræ hæredis.l.quæſitum.in fi.ſ.eo.&
de vſuris.l.equis. Item eſt uerum qñ hæres ſciebat rem legatam,
& ſic eſt malæfidei poſſeſſor, ſed ſi ignorabat , fructus percepti
poſt aditam hæreditatem, ex acceptatione legati efficiuntur hæ
redis, ſicut cuiuslibet poſſeſſoris bonæfi. ſed ſi extant , tenetur
reſtituere, uel ſi conſumpti ſunt,quatenus eſt effectus locuple-
tior, reliquos lucratur propter bonam fidem , ut hic probatur.
in l.quæſitum.de acqu.rer.do.& no.in l. Herennius.ſ̃. de uſuris.

ADDITIO.

a Conſului.Adde eundem conſ.349.

---

1 *Si ab omnibus hęredibus legatur res quę ſit vnius eorum , non tenetur ille ſolus, ſed omnes pro hęreditariis portionibus.*
2 *In actione bonæfidei licèt quilibet hęredum teneatur pro hęreditariis partibus,ſi tamen vnus poteſt in totum ſoluere,poteſt ille conuenire inſolidum. non quòd creditor cogatur.*
3 *Perſonalis actio,quando iungitur cum vendicatione, trahit hac naturam ab ea,vt contra vnum hęredum detur inſolidum.*
4 *Si res legata erat teſtatoris, quia tunc tranſit dominium , ſi vnus hęredum eam poſſideret fortè ex diuiſione,poſſet ille inſolidum conueniri non ſolum rei vendi ſed etiam actione perſonali ex teſtamento.*

5 **§.Si fundus.** † Si ab omnibus hæredibus legatur res
quæ ſit vnius eorum,non tenetur ille ſo-
lus,ſed omnes pro hæreditariis portionib.h.d. Oppo. quòd ille
ſolus teneatur.ſ̃.ead.l.j.§. Solutio,ibi ſpecialiter fuit grauatus,
hic generaliter omnes, ut ibi dixi, ſed contra , quod ẽr hoc caſu
ille ſolus poſſit conueniri inſolidum qui habet facultatem rei
2 tradendæ.l.3.§.hæres.commo.† Solut.illud in actione bonæfi.
propter largam naturam, quod licèt quilibet hæredum tenea-
tur pro hæreditariis partibus, ſi tñ unus poteſt in totum ſolue-
re,põt ille conueniri inſolidum, non quod creditor cogatur,qa
poteſt omnes cõuenire, etiam illum inſolidum , ſed actio ex te-
ſtamento eſt ſtricti iuris, niſi quatum ad acceſſiones.l. in mi-
norum.C.in quib.cau.in integ reſti.non eſt ne. & quantum ad
id quod hr̃ ſ̃.eod.l. huiuſmodi.§. ædes. Sed ↄ adhuc, ꝙ idem ſit
ſtricti iuris.l.in conditione.de condi.ſur.& l ſi plures. de ui & ui
ar.Solutio, fateor qõ cum perſonali ſtricti iuris concurrit etiam
rei uendicatio, quia licèt uendicatio ſit ſtricti iuris,datur tñ cõ-
tra unum hr̃dum,qui habet facultatem rei reſtituendæ ante lit.
conteſt.cum defuncto,licèt poſtea quid iuris ſit.dic,ut l.2.§.fin.
3 de prato.ſtipu. † Perſonalis ergo actio qñ iungitur cum uendi-
catione, trahit hanc naturam ab ea , ut contra unũ hr̃dum de-
tur inſolidũ,ſi habet facultatem rei reſtituendæ , ut in ↄrio , ſed
hic non concurrebat, quia erat legata res unius hæredum , quo
caſu non tranſit dominium in legatariũ ſine traditione , ut no.
in l.Pap.de ſeruit. quod etiam probatur in hoc §. ſecũdum Do-
cto.aliter ille ſolus conueniri poſſet,& hæc fuit doctr. Dyn. in l.
qui fundum.§.ſi tu ex parte.ad l.Fal. ubi uide glo.per iſtum tex.
de quo per Bar.in l.4.§. Cato.de uerbo. oblig. in primis opp. &
indiſtinctè,& per Cy.poſt Pet.C.de hæred.ac.l.pro hęreditariis.
4 † Ex his patet, quòd ſi res legata erat teſtatoris, quia tunc tran-
ſit dominium,ſi unus hæredum eam poſſideret fortè ex diuiſio-
ne, poſſet ille inſolidum conueniri , non ſolum rei uendic. ſed
etiam actione perſonali ex teſtamento, per iam dicta.

1 *Qui habet vtile dominiũ poteſt rem legare habentis directum, & tunc vtile conſolidatur cum directo,& extinguitur, & directum plenius efficitur.*
2 *Dominium vtile ſe habebat ad directum ad inſtar ſeruitutis , & alibi ad inſtar vſusfructus.*

1 **§.Valet legatum.** Qui habet utile dominium ,
poteſt rem legare habenti dire-
ctum,& tunc utile conſolidatur cum directo, & extinguitur, &
directum plenius efficitur.h.d.non enim cõcurrere poſſunt pe-
nes eundem in eadem re directum & utile.l.ſi hæres inſtitutus.
in princ.ad Treb.& l.Stichum.§.aditio.de ſolu.adde ſ̃.eo.l.ſi do
2 mus.§.fi.† No.& ad hoc allegatur,quòd dominium utile ſe ha-
bet ad directum ad inſtar ſeruitutis,quia per ipſum incommo-
datur directum, ſicut proprietas per ſeruitutem, alibi dicitur ꝙ
ſe habet ad inſtar uſusfr.l.j.§.quòd autem.de ſuperfi. quia ſicut
uſufr.habet totam utilitatem,ita habens utile dominium,ſicut
ergo extincto uſufr.impinguatur proprietas,ita directum extin
cto utili, quoniam commoditas ad ipſum reuertitur.

Sunt

L E X LXXXIX.

1 *Suus emancipatus ſe abſtinens ab hæreditate, prælegatum in totum conſequitur, niſi teſtator aliud uoluerit, uel prælegatum loco hæreditariæ partis poſuerit.*
2 *Non dicitur impugnare teſtamentum qui hæreditatem pro ſua parte repudiat, & quid ſi erat inſtitutus inſolidum.*
3 *Beneficium prætoris quod dat filijs in poteſtate potentiam abſtinendi redigit eos ad inſtar emancipatorum, & ſicut emancipati ſunt voluntarij, ita filij in poteſtate.*
Filius in poteſtate tranſmittit, licet ſe non immiſcuerit, ſed emancipatus non.
4 *Propter exiſtentiam ſuitatis confirmantur tabulæ pupillares, & tutelę, etiam ſi repudiauit, ſecus ſi eſſet inſtitutus emancipatus niſi adiret.*
Intentio creditoris agentis contra filium tanquam contra hæredem, non eſt fundata, niſi etiam probet q ſe immiſcuerit.
5 *Si pater inſtituit filios, & omnia bona diuiſit inter eos, ne ueniant ad rixam, aſſignando cuilibet certam partem pro parte ſua, licet iſtę aſſignationes habeant uim prælegatorum, idem iuris eſt cenſendum de iſtis aſſignationibus q de portione hæreditatis, magis quam de prælegatis.*
6 *Prælegata an cadant in fideicommiſſo uniuerſali.*

1 FIlio pater. †Suus uel emancipatus ſe abſtiněs ab hæreditate, ꝑlegatum in totum conſequit̃, niſi teſtőr aliud voluerit, vel ꝑlegatum loco hrẽditariæ partis poſuerit. h.d. cũ ſeq. vſq. ad l. q̃ſitum. & cum hac prima iunge l. nam nec emancipatus, q̃ continuat̃ cum illa l. ſe. ſed ſi non aĩs iunge l. quid ergo q̃ ẽt cum ea ꝯtinuat̃, primæ duæ leges ponunt rĩam, & eam ꝓbant, aliæ duę ponunt exceptionẽ, & declara hunc articulum vt dixi, & diſtinxi in l. qui filiab. §. fin. ſ̃. eod. & ibi patent ſolutiones ad contraria hic formata in gloſſ.
2 †No. q nõ dr̃ impugnare teſtm̃ qui hrẽditatem pro ſua parte repudiat. hoc eſt uerum qñ non fuit inſtitutus in totum, q̃a tunc non irritat̃ legata, cũ accreſcant cum onere legatorum, ſecus in eo q̃ erat inſtitutus inſolidum, q̃a repudiando irritat ſucceſſionem teſtat̃, & legata, iõ non dẽt ꝯſequi commodum q non fuiſſet habiturus ſi non fuiſſet inſtitutus, hoc ꝓbat̃ de acq. hær.
3 l. q̃ſitum. & l. ita tñ. §. qui ſuſpectam. ad Treb. † Item no. in l. nã nec q bñficium ꝑtoris q dat filijs in ptãte potentiã abſtinendi, redigit eos ad inſtar emancipatorũ, ut ſicut emancipati ſunt voluntarij, ita filij in poteſtate attento bñficio, licet attenta l. xij. tabularum ſint neceſſarij, & hoc quantum ad effectum, ſed quantum ad nomen differunt ab emancipatis, q̃a ipſo iure ſunt hæredes, licet abſtinere poſſint. l. j. qui ſunt in ptãte. ſi quis omiſ. cauſa teſt. ſed emancipati non. † Ex hoc ſequit̃ q filius in ptãte tranſmittit, licet ſe non immiſcuerit, ſed emancipatus non. Item pp
4 exiſtẽtiam ſuitatis ꝯfirmant̃ tabulæ pup. & tutelæ, ẽt ſi repudiauit. l. ſi filius qui pñ. de vul. & pup. non ſic ſi eſſet inſtitutus emãcipatus niſi adiret. Ex his q̃ dicit iſta l. ſequit̃ effectus, q intentio creditoris agentis ꝯ filium tanq̃ ꝯ hrẽdem non eſt fundata. niſi ẽt probet q ſe immiſcuerit. a l. j. ſi mi. ab hære. abſti. ſicut non eſſet
a fundata ꝯ emancipatum. vt no. in l ſi cum dotẽ. §. tranſgrediamur. ſ̃. ſol. ma. & ſ̃. de acq. hære. l. neceſſarius. † In l. quid ergo. ĩ ver.
5 planè no. & tene menti. ſm̃ Bar. Si pr̃ inſtituit filios, & omnia bona ſua diuidit inter eos, ne veniant ad rixam, aſſignando cuilibet certam partem pro ſua parte, licet iſtæ aſſignationes habeãt vim prælegatorum. l. ex facto. la grande de hæred. inſti. quoniam in qualibet earum habet partem ſuo iure, & a ſe ipſo, & partem a cohæredibus iure prælegati, idem iuris eſt cenſendum de iſtis aſſignationibus quod de portione hæreditatis magis quam de prælegatis, ideo ſi aliquis repudiat partem ſuam, non debet habere prælegata, quod eſt notabile, & ſi non haberemus iſtũ tex.
6 eſſet ſatis dubium † & ideo dicit Bar. q diſtinctio quæ ponitur in l. cum uirum. C. de fideicom. an prælegata cadant in fideicommiſſo vniuerſali, quia diſtinguitur, an primo legauit, & poſtea grauauit, & cadet. An econuerſo, & tunc ſecus, non habet locũ in iſtis prælegatis quæ ſuccedunt loco portionis hæreditatis, q̃a indiſtinctè veniunt, ſiue præceſſerint, ſiue ſecuta ſint, ſicut ipſa portio hæreditatis.

A D D I T I O.

a Immiſcuerit. Qualiter autem probetur immixtio. uide per Bart. Soci. conſ. 70.

L E X XCIII.

QUæſitum. Sicut ab hærede inſtituto pt̃ legari prĩ ſuo in cuius eſt poteſtate, ita omnibus aliis in eiu idem patris poteſtate ꝯſtitutis. h.d. dic tñ q legatum remanebit validum ſi filius inſtitutus tpe quo adit reperit ſui iuris, aĩs ſecus, ſicut ſi ipſi patri eſſet relictum vt l. filio. ſ̃. eo. & hoc iure iſto. quid autem hodie? dic vt ibi dixi. In glo. quæ incipit. (immo) ibi, (vel dic.) Tu dic quod ꝯrium loquitur quando inſtituo aliquẽ qui eſt ſui iuris, & ab eo lego ſeruo, uel filio ipſius, qui ſunt ĩ ſua poteſtate, tunc non ualet, quia cenſetur legatum ſibiipſi, hic loquitur quando fuit inſtitutus filius qui erat in poteſtate patris, & fuit factum legatum filio ipſius filij, qui non erat in filij inſtituti poteſtate, ſed patris, eiuſdemq. aui, & ſi filius emancipet̃ añquam adeat, filius remanet in eiuſdem aui poteſtate, ideo ualet legatum, quia non acquireretur patri ſuo a quo factum eſt, ſed auo in cuius eſt poteſtate, & ſic ceſſat inconueniens.

1 *Legatum factum ſeruo proprio teſtatoris ualet, ſi illi ſeruo fuit purè relictum. & quid ſi ſub conditio.*
2 *Seruo proprio non poteſt quis legare, niſi relinquatur libertas, uel niſi alteri legetur.*
3 *Si libertas fuit relicta ſeruo puro, ualet legatum factũ ſeruo, ſiue purum, ſiue ſub conditione.*
4 *Quid ſi libertas ſit relicta ſub conditione, & fuit dictum q legatum deberetur pure. & nu. 3.*

1 §. Præſenti quidem. †Legatum fcm̃ ſeruo ꝓprio teſtõris ualet indiſtinctè ſi illi ſeruo fuit purè relictum, ſi aũt ſub ꝯdõne, ualet ita demum ſi illa ꝯdõ potuit impleri añ hrẽditatem aditam, & fuit impleta, ſecus ſi non potuit impleri niſi poſt. Irẽ ſecus ſi potuit impleri añ, tñ impleta non fuit, maximè ſi fuit inſtitutus hæres neceſſarius.
2 h.d. † Præmitte q ſeruo proprio non poteſt quis legare. l. ſeruus. C. de lega. niſi ſibi relinquatur libertas, uel niſi alteri leget̃. l. ſeruo legato. ſ̃. eo. primo. n. caſu non ualet, q̃a nõ ſubeſt pſona cui poſſit acquiri, niſi ipſi hrẽdi, & ſic ſi valeret, ſibiipſi ab hr̃e cenſet̃ fcm̃. Sed in dictis duobus caſibus ſubeſt perſona, cui põt acquiri. modo in hac l. declarant̃ aliqua dubia, circa primum caſũ qñ ſibi fuit legata libertas in hoc §. poſtea qñ fuit legatus alteri, declarantur plura dubia in §. duob. cum § ſeq. In tex. ibi (purè) intellige expreſſè dicendo, aĩs cum ꝯdõ libertatis cenſeat̃ repetita in legato facto eidem, & ſic ſimul cederet dies vtriuſque relicti valeret l. cum ſeruus. de cond. & dem. ita dẽt intelligi l. qui concubinam. §. cum in teſtõ. de leg. 3. allegata pro contraria. In tex. ibi (vtile legatum eſt.) ſup. dummodo condõ extet añ hæreditatẽ aditam, & ſic dies libertatis & legati cedat ſimul, alias ſecus, vt
3 patet ex ſequenti. † Et diſtingue ad intellectum §. aut libertas fuit relicta purè, & ualet legatum ſeruo, ſiue purum ſiue ſub ꝯdõne, ut in princip. §. quia non niſi utiliter cedere poteſt dies legati, nam cedit ab adita hæreditate ſi eſt purum, uel purificatum. C. de cad. tol. l. j §. in nouiſſimo. & cum aditur hæreditas ſtatim efficitur liber, & tunc cedit dies legati, & reperit eum liberum attento ordine intellectus, potius quàm temporis. ſ̃. eod. l. ſi poſt mortem. aut fuit relicta libertas ſub condõne, & legatum ſimpliciter, & idem, quia legatum cenſetur relictum ſub eadem cõditione, quia eodem tempore, & ſic eodem tempore dies vtriuſque cedit. ut ſ̃. dixi. & iſte caſus non ponitur hic. † Aut non
4 ſimplr̃, ſed fuit dictum q legatum deberet̃ purè, & ſic noluit cõdõnem repetere, & diſtingue tres caſus, aut ꝯdõ libertatis eſt caſualis, uel mixta, quæ poſſunt impleri uiuo teſtõre, & valet quicunq. fuerit inſtitutus, dummodo fuerit impleta tempore mortis teſtatoris, & ſic libertas purificata, alias dic ut in ſequenti. Aut ſub condõne poteſtatiua, quæ non poteſt impleri niſi poſt mortem, ut in l. 2. de cond. & demon. Tunc aut non poterat impleri niſi poſt aditam hæreditatem, ut ſi erat implenda in perſonam hæredis & legatum non ualet, quia non poteſt dies cedere, niſi inutiliter, ſiue ſuus, ſiue extraneus ſit inſtitutus, qm̃ inter aditionem hrẽditatis, & implementum condõnis interuallum aliquod neceſſario interuenit, in quo ille reperitur ſeruus. Et illo tempore dies legati cedit, & reperit eum ſeruum, & tunc inutiliter. Aut poterat impleri ante aditam hæreditatem, & poſt, q̃a non erat implenda in perſonam hæredis, ut ſi Titio decem det, & diſtinguitur, aut fuit inſtitutus neceſſarius, ut alius ſeruus, & legatum eſt inutile, quia condõ non potuit impleri uiuo teſtatore, nec poſt mortem ante aditionem, cum inter mortem, & aditionem non ſit medium, vnde cum ſtatim teſtatore mortuo cedat dies relicti, & tunc non erat impleta condõ, & ſi erat ſeruus, ceſſit inutiliter, ut in fin. §. aut fuit inſtitutus uoluntarius, tunc ſi conditio eſt impleta cum aditur hæreditas, ualet legatũ, quia dies eius utiliter cedit, ut in tex. ibi, (vtile legatum eſt, &c.) ſecus ſi non reperiretur impleta, ut ſ̃. dixi.

1 §. Duobus hæredibus. †Legatum fcm̃ ſeruo ꝓlegato vni ex hæredib. valet, & ſi manumittatur antequam adeatur hæreditas ipſi ſeruo totum acquiritur, videbatur quod pro parte tantum, nam ideo legatum valebat ſibi factum, quia erat uni ex hæredibus prælegatum, ſed iſtud legatum non ualebat, niſi pro parte cohęredis. j. eodem l. legatum. §. hæredi. ergo nec legatum ſibi fcm̃ Et licet poſtea fuerit manumiſ. non uidebatur reconualeſcere pro parte, quæ a principio non ualuit propter regulam Cato. Sed ad hanc opi. Iuriſconſ. uoluit reſpondere in ver. (nam inſolidum.) quod immo prælegatum ſerui potuit inſolidum ualere ſi ille hæres repudiauerit partem hæreditatis. ſ̃. eo. l. filio quẽ. & ſic legatum non erit nullum, ſed pendebat ex futuro euentu, & hoc ſufficit ad hoc, vt ſi manumittatur, totum ſibi debeatur. In tex. ibi, (non adiſſet.) i. repudiaſſet Dy. hoc dicit propter

pter id quod habetur in l.miles.§. pro parte.j.tit.j. quia ſi mortuus eſſet hæreditate non adita,non propterea prælegatum valeret,nec poſſet peti,niſi pro parte cohæredis.

§.Seruo legato. Dubitatio huius §. erat quia legatū factum ſeruo proprio alteri legato, ideo ualebat,quia alteri legatus erat l.ſeruo legato.ſ.eo aſs non ualuiſſet ſine libertate, ſed per alienationem de ipſo factam legatum vr̃ reuocatum.l.fideicommiſſa.§.ſi rem.j.ti.2.ergo & legatum eidem ſcm̃. Contrarium tñ eſt quia hic ſubeſt perſonæ emptoris,cui pōt acquiri,ſic.ſ.prox.§ vbi p manumiſſionem cē ſeſt reuocatum prælegatum ſerui,& tñ legatum ſcm̃ ſeruo non, quia ſupereſt ipſe liberis nunc cui poteſt acquiri, hoc em̃ ualebat legatum ſeruo,qa ſuberat perſona cui poterat acquiri,vnde ſufficit ꝙ ēt nunc ſubſit,licet non eadem, qa ſuccedit loco illi⁹.

a *Cum filius,vel ſeruus hæres inſtituitur, poteſt dominus, vel pater onere fideicommiſſi granari.*

1 **§.Cum ſeruus.** † Dubitatio poterat eſſe hic,quia legatum factum ſeruo proprio legato acquiritur legatario,non ex expreſſa voluntate defuncti, ſed ex l.diſpoſitione,quia incipit eſſe ſub ſuo dominio, vnde videbaẽ ꝙ non poſſet grauari in eo quod ſeruo fuit legatū.arg.l. ab eod. C.de fideicom.contrarium eſt.qa ex tacita ſaltem voluntate acquiritur,quia ſciebat ꝙ ſeruus illi acquirebaẽ,ergo & ſciuit, vel ſcire debuit ꝙ etiam legatum ſeruo factum ſibi acquireret, &
a ſic tacitum vr̃ hoc uoluiſſe, †nam cū filius vel ſeruus hæres inſtituitur,poteſt dominus,uel pater onere fideicom.grauari ſ.eod. l.cum filio.cum l.ſe.& j. ti.j.l.4.

§.Si quis Stichum. Dubitatio hic poterat eſſe,qa qñ legaẽ ſeruo ꝓprio alteri legato,cenſer teſtōr voluiſſe ꝙ illi legatario acquirat, ſed verū eſt niſi reuoceẽ,ſecus ſi fuit reuocatū, qa tunc vr̃ uelle, ꝙ q̃rat emptori,vel manumiſſo, maximè ſi fiat poſtquam alienatus vel manumiſſus eſt, vt hic,nam idẽ ſi ſcm̃ erat añ.ſ.ea.l.§.duob.& §.ſeruo.

1 *Continuatio ad præcedentes §§.*
2 *Fructus & commoditates rei legatæ percepta viuo teſtatore, non pertinent ad legatarium,ſed ad hæredem,fallit in duobus caſibus.*
3 *Quod etiam aliquo viuente poſſint eius bona, vel patrimonium dici hæreditas inſpecto quod futurum eſt.*
4 *Si quis dixit,dono tibi hæreditatem meam,ꝙ ualeat donatio,ac ſi dixiſſet,dono bona mea.*

1 **§.Si ſeruus mihi.** †§§.Præcedentes loquunẽ qñ ſeruo ꝓprio legato ſit legatū ab eo
2 dem teſtōre,hic qñ a tertio,vnde q̃ritur cui acquiraẽ. †Iſte tex. allegatur ad duo,primo ꝙ fructus & commoditates rei legatę ꝑceptæ uiuo teſtōre non pertinent ad legatarium,ſed ad hr̃dem, nec hr̃s teneẽ ei reſtituere,fallit in duob. caſib.de quib. dixi ſ.e.
3 in l.ſi tibi hō.§.cum ſeruus †Item allegaẽ in ver.(hr̃ditan)& gl. exponit i.bonis.& patrimonio,ꝙ ēt aliquo viuo bona uel patrimonium eius pñt dici hr̃ditas,non inſpecto p̃ſenti tp̃e,qa uiuẽs non habet hr̃dem.l.j.pro hær.ſed inſpecto quod futurum eſt, qa
4 deſtinata ſunt,vt ſint hæreditas eo mortuo. † Vnde ſi dicitur ſi
2 quis dixit dono tibi hęreditatem ᵃ meam,ꝙ ualeat donatio ac ſi dixiſſet dono bona mea,videreẽ ꝯrium, qa videbat donaſſe id ꝙ non erat in rerū nā,ſed certę oportet illud verbū intelligere ſ͂m ſubiectā mām,vñ qa uoluit donare nunc,& ꝙ donatio ualeret, exponiẽ hr̃ditatem.i.bona.nec eſt cãnea expoſitio, ut patet hic.

ADDITIO.

a Hæreditatem. Adde quod uoluit gl. in l.licet.C.de pac. Ang. hic,aduerte tamen, quia ſi conſtaret ꝙ promiſiſſet hęreditatem.i.ius ſuccedendi non ualeret.l.cum donationis.in fi.C.de tranſac.& uide in l.n.C.de pact.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.de ver.obl.

---

1 *Cum legatur res aliena, fructus & acceſſiones veniunt a tempore moræ,quæ committitur in conteſtatione litis,ſi interpellatio non præceſſit.*
2 *Quando legatur res teſtatoris, fructus & acceſſiones ueniunt ab adita hæreditate.*
3 *Mora etiam committitur per interpretationem extraiudicialem.*

a **§.Cum homo.** †Cum legatur res aliena,fruc.& acceſſiones veniunt à tp̃e moræ q̃ cōmittitur in ꝯteſtatione litis,ſi interpellatio non p̃ceſſit. h. d. ſ͂m glo. † Sed qñ res teſtatoris veniunt ab adita hr̃ditate. vt ſ.ea.l.& l.ſi tibi hō.§.cū ſeruus.& l Herennius.de viu. In tex.ibi,(interim percepti)i.lite pendente,Dy.vult dicere,ita ēt dixit And.de Piſis,& Bal.ꝙ hic fit mentio de ꝯteſtatione lit. quantum ad condemnationem fiendā offō iudicis de prædictis acceſſionibus perceptis poſt lit.conte.ēt ſi non fuerunt petitæ in libello,licet ſec⁹ de perceptis ante l.ædiles. de ædil.ædi §. ſciendum. non autē ad excludendam petitionem eorum,q̃ ſunt percepta añ lit ꝯteſtationem,& moram,quæ cōmittunẽ per interpellationem, nã & illæ poſſunt peti, quia ueniunt a tēpore mortis cum legatur res
3 aliena.l.æquis, de viuris. † mora etiam cōmittitur per interpellationem extraiudicialem.l.ſi penum.circa prin.in verbo,interpellatus.cum ſua gloſ.quando di.leg.ce.& no.in l. qui Romæ.§. cohæredes.in parua gloſſ.de verbo.oblig. adde quod no.in l.fin. de tritic. Debent tamen in libello expreſsè peti, aliàs in illis non poſſet fieri condemnatio, vt ſ.dixi.

LEX XCIIII.

a *Quando expediat probare valorem rei, modus probandi eſt, ꝙ tantum annuatim communiter percipitur ex ea, & res ex qua tantum percipitur, communiter valet tantum, ad rationem tot pro centenario.*
3 *Neceſſitas ſeu paupertas illius cui traditur, facit præſumi animum donandi in eo qui tradit, ſi eſt modicum id quod datur.*
4 *Si conſentio tibi alienanti rem meam, an videor conſentire animo donandi, & quid ſi poſſideatur per me.& nu. 1 & 5.*

1 **SI fundum.** † Per fideicōmiſſum legatarius, vel fideicommiſſarius conſentiendo hæredi alienanti rem legatam pro ſoluēdo debitum hæreditariū non cenſetur conſentire aīo donandi,ideo licèt ſibi p̃iudicet in re.vt eã petere non poſſit,non tñ p̃iudicat in pretio,quominus poſſit petere,hæres tñ offerendo rem liberatur à ſolutione pretij.h.d.no.in vtroq; dicto,& in primo puto ꝙ non ſit alibi,& pone ꝙ hr̃ditas erat ſoluendo ꝓ debitis & legatis,aliàs non valerent legata l.ſi vniuerſæ.C.de le.& tñ in ea non erat pecunia,& ſuberat debitū quod vrgebat, fortè vſurarium, vel quia creditor nolebat ſibi ſolui,vnde oportebat vendere de bonis hęred. & non reperiebatur aliquis qui vellet emere niſi fundum tibi legatū,hr̃s te rogauit vt aſſentires, vt ipſe poſſet exonerari ab illo debito. Dicitur ꝙ ſi aſſenſiſti, potes petere pretium per act. ex teſtō,quod pretium ſuccedit loco rei. Simile j.tit.j.l.qui ſolidū. §.j.ſi tñ poſtea hæres illū fundū redimeret ab emptore, & illum vellet tradere,non poſſet primū ꝯpellere ad ſolutionem pretij, & ſic nota qñ ꝓꝑ ſpeciem debetur quantitas,debitor ſoluendo ſpeciē liberatur,& ſi quantitas eſt in obligatione, & ſpecies in ſolutione,& pro hoc l.fideiuſſor euictionis,de doli exce. Iſte eſt caſus verus huius l.quicquid dicat Bar.& oẽs concordare vidē-
2 tur. † In tex.ibi.(ſ͂m reditum.) No.hic ad materiā l.2.de reſcind. vend.qñ expedit probare valorem rei, ꝙ modus probandi eſt, ꝙ tantum annuatim cōiter percipitur ex ea,& res ex qua tantū percipitur,cōiter ualet tm̃,ad rationem tot pro centenario, & ſolent eſſe res q̃ multū ualent, & tñ paruos hñt reditus, vt una turris. vt in Auth.de non alienan.allegata in glo.& adde l.pe.de rebus eorum. In tex.ibi.(& aſſigante). i. expreſsè conſentiente alienationi,ſed ſi eſſet pñs,& nō ꝯdiceret,uel ſe ſubſcribit ut teſtis,non p̃iudicaret ſibi ēt in re, ita loquuntur iura allegata in ꝯrium in l.Caius.de pig.act.& l.Titia.§.Lucius.j.tit.s. & ſic poſſet ad hoc fundum petere. In text.ibi,(ſed pretium eius reſtitui debere.) & poteſt peti act.ex teſtamento, licet non fuerit legata pecunia,ſed res,unde uidebatur cōtrarium j.tit.2.l.debitor. in fi.prin.ſed fallit hic,ideo eſt ſingularis,facit j.eo. l.planè.§.j.ſed ibi in uniuerſali,in qua pretium ſuccedit loco rei,quod eſt regulare.l.ſi & rem & pretium.de pet hær.non ſic in particulari.l.mater.C.de rei uen. In gl.quæ incipit(immo)ibi,(quia eo animo hic conſenſit &c.)iſta non hēt dubium,ideo Doc. dicunt ꝙ conſenſit ſimpl'r,nec ob.ꝯria gl. quia hic ſuberat alia cauſa conſentiendi.ſ.ꝓꝑ neceſſitatem æris alieni. Vnde non præſumitur aīus donandi.l.ſi cū aurum.de ſol.& l.Campanus.de ope.lib.ſed in illis allegatis in ꝯrium nulla ſuberat neceſſitas, ideo præſumitur aīus donandi niſi in ꝯrium proteſtetur,hæc uera ſ͂m omnes.Bart. dicit ſibi non placere, quia neceſſitas debet magis facere præſumi animum donandi,quã ſi non ſubeſſet,allegat no.in l.eum quid.
3 in fi.magnæ gl.ſi cer.pet.† Ego miror de hoc dicto,nam fateor ꝙ neceſſitas.i.paupertas illius cui traditur,facit præſumi aīum donandi in eo qui tradit ſi eſt modicum id quod datur,ſed hic non ſuberat paupertas,quia vt ſ.dixi, debet intelligi ꝙ hr̃ditas erat, ſoluendo,alias non ualeret fideicommiſſum,ideo tene dictam ſolutionem. Sed Bar.aliter ſoluit,ſed non curo, quia magis continent diuinitatis. In gl.ibi.(l.nihil.)Bart.ibi dicit,quòd ibi erat relictum in pœnam hæredis alienantis, unde legatarius conſentiens,ut alienetur,facit ne hæres incidat in pœnam,& ſic ſibi p̃iudicat,quia non euenit conditio relicti,iſta ſolutio non placet, quia ibi non erat relictum in pœnam alienantis,cū ēt ſi non fieret alienatio,teſtator uoluerit de uno in aliū peruenire. Sed be-
4 ne poſſet procedere.ſol. Bart ad §.libertis. j.alleg. in gl.† Vltimò Bar.ponit diſtinctionem ſatis confuſam, ſi cōſentio tibi alienan
a ti rem meam,an uidear conſentire animo donandi, ᵃ & mihi ēt in

---

ADDITIO.

a Animo donandi. Adde latè Doct.in l.quæ dotis. ſol.mat.Bald.in l. ſi ſine. C.ad Velle.& in l.cum proponas.C.de pac.& ibi Sal.plenè per Bal. in l.mater.C.de rei vend.Bal.conſ.165.2.lib.an autem conſentiens legato rei ſuæ ſibi pręiudicet, vide Bar.conſ.213.& quid ſi aliquis conſentiat quòd alius vendat ipſius nomen tanquam debitor,cum non ſit,vide per Lud. Roma.conſ.168.

in pretio prꝗiudicem, quam hic etiam vide. ſed aduerte qñq. cõſentio ꝙ alienes rem tuam, in qua habeo ius reale, qñq. rẽ meã. primo caſu an perditur ius meum, diſtinguitur an erat tale per quod rem poteram auocare, vel partem, ut ius pignoris, uel hypothecæ, uel vſuſfr. & tunc videor remittere ius meum ꝯſentiẽdo. l. ſicut. §. ſi uoluntate, quib. mo. pig. vel hyp. ſol. & l. apud Celſum. § quæſitum. de doli exce. ſed ſi erat tale per quod non pnte ram auocare rem uel partem eius, ut ſerui. prædialis, tunc non uideor remiſiſſe, ſed tranſit cum illa in l. emptorem. l. uia ꝯſtitui. §. ſi fundus. de ſer. ui. ruſt. præd. Secundo caſu quãdo erat res mea, aut uendis tanq̃ meam me conſentiente, & non præiudico mihi in pretio, imo poſſum petere act. mandati, ſi conſenſus meus præceſſit, quaſi ad hoc uidear te conſtituiſſe, & ſi ſecus eſt, per ac. neg. geſt. l. ſi ab eo. de neg. geſto. vel ſi erat communis, communi diu. uel fa. erc. l. in familiæ. fam. ercſ. & no. ꝙ iſto caſu ſi uelles rtradere poſtea rem, non cogor recipere, quia eſſes obligatus ſimpliciter ad pretium, non reſpectu illius rei, & ſic non poſſes ſoluere aliud pro alio, nec haberet locum quod hic dr̃ in fi. aut non vẽdidiſti tanq̃ meam, non faciendo mentionem ꝙ eſſet mea, uel cõis quia tunc uideris uendere ut meam, uel communem, ſed qñ nõ facis mentionem tunc ut propriam, ut Bar. ſentit in d. l. ſi ab eo, tũc aut eras poſſeſſor a quo poteram uẽdicare, nõ agere perſonaliter, aut eras talis ꝯ quem poteram agere pſonali, ut in hĩde, q eſt obligatus ex teſtõ: in primo caſu ſi conſentio, a principio, uel ex poſtfacto, antequam ſit perempta, uel præſcripta, præiudico mihi tam in re quam in pretio, quia non ſuccedit loco rei. l. mater. C. de rei uend. nam uendicatio quæ ſolum competebat ad rem, non põt ſuccedere ad pecuniam, ut poſſit ne udicare, etiam ſi ſu beſt eadem quam pcepiſti, quia tuo noĩe percepiſti, & tibi fuit q̃ſitum dñium. Bar. ibidem habuit ſingularem intellectum, ꝙ licet non poſſim uendicare pretium, quia tñ conſentiendo, libero te ab obligatione de eui. & ſic gero negotium tuum, ipſo geſtu habeo negotium geſt. contrariam, quod dic, ut ibi ſed ſi conſentio poſt rem pemptam uel præſcriptam, quod poſſum facere in ſubſidium, habeo neg. geſt. nõ contrariam, quæ datur geſtori, ſed directam, quæ datur dño negotiorum, & condõnem ſine cauſa ex l. & me & Titium. ſi cer. pet. Secundo caſu qñ eras obligatus actione perſonali, tene iſtum tex. cum his quæ ſ. dixi, an conſenſerim ex cauſa neceſſaria, vel voluntaria. nam pret. ñ põt ſuccedere in act. ex teſtõ, quod facilius ſit, q̃ ſuccedere loco vendic.

3 †Vnum ſcias, ꝙ ſi conſenſi vt alienares rem quam mihi donaſti, videor indiſtinctè conſentire aĩo donandi per l. ſi vero non remuneranui. §. idem Pap. ff. mandati, propter præcedentem liberalitatem. prædicta procedunt, ſi cõſenſi ut alienãs rem meam per te poſſeſſam, ſed ſi poſſeſſam per me, dicit Bald. ſingulariter ſm Iacob. de Are. ꝙ nunq̃ videor conſentire animo donandi, ſed vt geras negotium meũ, quod tene menti ſingulariter. ita intelligebat hic, & l. codicillis. de leg. 2. quod ibi poſtidebam.

LEX XCV.

Si Titio pecunia. Modus mixtus deficiẽs p caſũ nõ facit deficere relictũ h. d. & non eſt alibi ſm Dy. ſed imò eſt. ꝭ ti. j. l. Lucius. §. q ſqs, ſed re vera iſte tex. non loquit in mõ, ſed in onere iniuncto p viam fideicõmiſſi. nã modus fit p vt, hic non ſic, q primo legata fuit pecunia, & poſtea iniunctũ onus ꝙ ſeruũ alienũ redimeret, & manumitteret. nã modus eſſet ſi diceret lego vel redimo vt manumittas, tñ æquiparant onus iniunctum p uiam modi in eadem oratione, & iniunctum p fideicommiſſum in eadẽ orõne vt coll. ſ. eod. l. hmõi. in prin. & dr̃ mixtus qñ dependet ex voluntate hñtis implere, & alterius, vel ex caſu fortuito, ita erat hic, ꝯdõ vero mixta deficiẽs p caſum facit deficere relictũ. l. legatũ. C. de ꝯd. inſer. & l. in teſtõ. la 2. de ꝯd. & dem. & l. cum ita dat iſte §. reputat notabilis. & de iſta dña no. p gl. in l. j. C. de inſt. & ſubſt. Dicit aũt Bal. iſtum §. procedere, qñ modus aſcribitur legatario, ſecus ſi mero executori, quia tunc facit deficere commiſſionem executionis ſi deficit per caſum. l. ſi quis quos. ꝭ n. j. & no. in l. ſi quis cum. de cond. & demõ. Sed opp. ꝙ grauamen manumittendi ſeruum ſit poteſtatiuum, q a non põt recuſare libertatẽ. l. ſi quis. de manumiſ. teſt. Sol. uerum eſt in ſeruo teſtõris, tũc ẽt ſi p uiam ꝯdõnis eſſet appoſitũ onus, non deficeret relictũ, ẽt ſi p caſum deficeret ꝯdõ. l. q̃ ſub ꝯdõne. §. quoties. de ꝯd. inſti. ſed hic erat alienus, vñ pendebat ex uoluntate dñi, ideo diſtinguitur, an per uiã cõditionis, an per uiam modi, uel fideicommiſſi, ut ſ. dixi.

1 *Pater poteſt fideicommiſſum relinquere à ſuccedentibus filio ſuo pupillo, ſicut à ſuccedentibus ſibi, dummodo pupillum non exhæredauerit, ſed inſtituerit expreſſe vel tacite decedendo inteſtatus, ſed non habebit locũ grauamen, niſi pupillus decedat in pupillari ætate.*

2 *Poſſum fideicommiſſum relinquere non ſolum ab eo cui relinquo, ſed etiam ab hæredibus, ſiue ab inteſtato ſuccedatur, ſiue ex teſtamento, & quandocunque deceſſerit, ꝙ locum habeat fideicommiſſum.*

In legitima debita filio iure naturæ non poteſt teſtator grauare filium iure fideicommiſſi, licet in eis bonis poſſet dare ſubſtitutum pupillarem.

3 *Quod uenientes ab inteſtato ipſius pupilli poſſunt grauari per fideicommiſſum.*

4 *Si pupillus grauatus onere fideicommiſſi, ut hic decedat poſt pupillarem ætatem, in quibus bonis habeat locum fideicommiſſum.*

5 *Relictum collatum poſt mortem pupilli, an cenſeatur factum a pupillo, & ſic non teneat in bonis proprijs, nec in legitima, an a uenientibus ab inteſtato, vel a ſubſtituto pupilli, & ſic ueniant in generalitate talis grauaminis etiã bona pupilli, & eius legitima.*

6 *Licèt eo caſu quo pater decedit inteſtatus non poſſit facere filio teſtamentum, vel pupillarem ſubſtitutionem, poteſt tamen pro filio facere codicillos ſicut pro ſe, & quando.*

7 *Quando in codicillis fit ſubſtitutio pupillaris, quo caſu non poteſt ualere iure directo, propter defectum ſolennitatis, tamen trahitur ad fideicommiſſum, ex quo uerba directa nunquam potuerunt ualere directo ꝙ tale fideicommiſſum ualebit, ſi decedat pupillus in pup. ætate, & in quibus bonis habebit locum. & nu. 8.*

8 *Quid ſi ſubſtitutio fuit compendioſa.*

1 **§. Sicuti conceditur.** †Pater põt fideicommiſſũ relinquere a ſuccedentib. filio ſuo pupillo, ſicut a ſuccedẽtib. ſibi, dũmõ pupillũ nõ exhæredauerit, ſed inſtituerit expſſe, uel tacitè erit decedẽdo inteſtat⁹, ſed nõ hẽbit locũ grauamẽ, niſi pupillus decedat in pupillari ætate: h. d. cũ ſeq. & principio ſeq. & eſt ſingularis. & ꝓp iſtũ §. ſp allegat iſta lex. Aduerte, q a licet Doc. & gl. ſentiãt verũ intellẽm, tñ ipm nõ bñ declarãt. In tex. ibi (fideicõmiſſum dare.) l. j. §. pe. ꝭ. ti. 3. In tex. ibi, (ita & ab eo) videbat ꝯriũ, aut ſuccedentib. ab inteſtato ſibi põt relinqui, q a tacitè vr̃ eis ſua bona relinquere nõ faciẽdo teſtm̃. l. ſi qs cũ nullũ de iure codic. vñ cũ honorẽt, grauari poſſunt, ſed veniẽtib. ab inteſtato pupillo nihil vr̃ pr̃ relinquere, ẽt ſi decedat inteſtatus, ſed ſoli pupillo, qui tenet primũ locum. d. §. fi. ergo &c. l. ab eo. C. de fideicom. ſed certè imo vr̃ relinquere, nam poterat auferre dando ſubſtitutũ pup. ergo nõ dãdo tacitè vult ꝙ ille hẽat. & hoc ſentit gl. & hæc eſt rõ quare põt eos grauare. In l. ſeq. in fi. ibi, (euaneſcit fideicommiſſum.) †ſed ꝯ, ꝙ non

a euaneſcat, nam poſſum fideicommiſſum relinquere, nõ ſolũ ab eo cui relinquo, ſed ẽt ab hr̃dib ſiue ab inteſtato ſuccedãt, ſiue ex teſtõ, & qñcunq. deceſſerit. locũ hẽbit fideicõmiſſum. l. ſi fuerit §. fi. ꝭ. ti. 2. ſed hic relinquebat a pupillo expſſe uel tacite, quare ergo fideicõmiſſum relictum ab eo euaneſcit, licet deceſſerit poſt pup. ætatem. Solut. & no. quia declarat iſtam glo. nã dico, ꝙ debet intelligi qñ iniungitur onus ſuper bonis quæ habebat aliunde q̃ a patre, uel a matre, vel etiam a patre ex cauſa neceſſaria, ut in legitima iure naturæ, in talibus non poterat teſtator grauare iure fideicommiſſi. l. cohæredi. §. cum filio. ſ. de vulg. & pu. licèt in eis poſſit dare ſubſtitutum pupillarem, quia illa eſt prouiſio, non grauamen. l. ex tribus. C. de inoffi. teſt. †ſed veniẽtes ab inteſtato ipſius pupilli in illis bene poſſunt grauari per fideicommiſſum, iſte eſt caſus hic. ſing. per rationem quam dial, ſed quia ipſa ratio ceſſat poſt pup. æta. quia non poteſt eis auferre, merito ſi decedit poſt, non dnt venientes ab inteſt. hr̃e a patre ſed a filio, qui potuit teſtamentum facere, & eis auferre, merito non tenentur ad grauamen a patre iniunctum, ſed quantũ ad bona quæ pupillus habuiſſet a patre, fateor ꝙ fideicommiſ-

4 ſum factum a patre non deficeret, ſi decederet poſt pup. æta. ſi ergo grauauit de reſtituendo hæreditatem pupillo, & pupillus in pup. æta decedat, tenebitur reſtituere omnia bona, tam quæ habuit a pr̃e neceſſario, uel uoluntariè, q̃ aliunde, detracta treb. de omnibus, ſi uero decedat poſt, ſolũ tenebitur reſtituere bona quæ habuit a patre ex uoluntate, quia in illis non deficit fideicommiſſum, ſed alia non, ita intelligitur hic, idem in ſubſtituto pupillari, ꝙ poteſt a patre grauari etiã in bonis pupilli multo fortius, quia habet ex expreſſa voluntate, etiam per uiam fideicommiſſi, & habebit locum quod hic dicitur. ad quod ꝭ. ad l.

5 fal. l. in ratione. §. fi. & in dubio a quo cenſeatur factum relictum collatum poſt mortem pupilli, an ab ipſo pupillo, & ſic non teneant in bonis proprijs, nec in legitima: an a uenientibus ab inteſtato, uel a ſubſtituto pupilli, & ſic ueniant in generalitate talis grauaminis etiam bona pupilli, & eius legitima, uide Bar. in d. §. cum filiæ. & in l. duobus. Et iſte caſus frequenter contingit, ideo aduerte qñ interrogaris de facto, & recolo vidiſſe conſiliũ Bar. qui non aduerterat, & ideo errauit, & fecit plures errare qui ſecuti fuerunt eum. Item l. ſeq. ibi, (non cogẽdus erit.) nam etiam a ſubſtituto pupillari ipſius exhæredari nõ poteſt fideicõ. reliquũ, niſi ſubſtitutus ſit inſtitutus, a patre. l. in ratione. §. fi. ad l. fal. etiam in eo quod erat relictum pupillo exhæredato. l. pe.

6 C. de leg. †In gl. a. ibi, (uel dic.) no. gloſſ. ſingulariter. quòd licet eo caſu quo pr̃ decedit inteſtatus non poſſit facere filio teſtm̃. i. pupil. ſubſti. quoniam requiritur ut etiam ſibi faciat, ſi vult ſibi facere. l. 2. §. prius. de vul. & pup. poteſt tamẽ facere pro filio codicillos, ſicut poteſt pro ſe. intellige, ut contineat utilitatem, & habuerat dubium etiam ſuper bonis pupilli, & dicentur codicilli

dicilli pupil.ſicut pup.ſubſtõ diceretur teſtamentũ pupil. quantum ad bona quæ a patre habuit, non eſt dubium. nec dicerent codicilli pupil.ſed potius patris. Videbatur cõtrarium in caſu præcedenti, quia pup.ſubſt.facere poteſt, quia eſt fauorabilis. & eſt prouiſio, non grauamen, ſed codicilli in quibus relinquitur per uiam fideicommiſſi, non uſit fauorabiles, nec continere prouiſionem, ſed grauamen, ſed hoc eſt verum reſpectu grauatorũ, non pupil. imo quo ad eum cenſetur prouiſio. & cẽſentur facti ab ipſo pupillo ex quo ſibi facere non poterat, ita intellige gl. 7 †Vltimo per iſtam l.quod fideicom. dixit Dy. ꝙ qñ in codicillis ſit ſubſtõ pupill. quo caſu non põt ualere iure directo pp defectum ſolennitatis, tñ trahitur ad fideicommiſſum. ex quo uerba directa nunq̃ potuerunt ualere iure directo. ut eſt caſus notabilis. in l. Sceuola. ad Treb. ꝙ tale fideicommiſſum ualebit ſi pupillus decedat intra pu.æta. ſecus ſi poſt, nam ſicut euaneſceret pupil.ſubſt. ſi ualeret iure directo. ita euaneſcit fideicommiſſum, quod iuris interpretatione loco eiꝰ ſuccedit. ita refert Bar. in d.l. Sceuola. ſed hoc vr̃ verum quo ad bona aliunde quæſita, 8 non quo ad ea quæ habuit a patre. ut ſ̃. dixi †Sed aduerte ſubtiliter, aut fuit ſubſtitutio merè pupilli reſtricta ad tempus pupillare, vt ſi filius deceſſerit in pup.æta. talis ſit ſibi hæres, uel talẽ pupillariter ſubſtituo, tunc ſicut quo ad bona euaneſceret pupill. ſi valeret iure directo, ita ſi non ualet, quia facta in codicil. fideicommiſſum in quod conuertit̃ euaneſcit in omnibus. qa ſubſtitutio tp̃e limitata vltra illud non extendit. ſ̃. de vulg. & pup. l. ſi qs ita. aut non fuit mere pupil. nec reſtricta ad tp̃s, ſed fuit compendioſa, ut qñcunque filius meus deceſſerit talem ſubſtituo, quo caſu ſi eſſet facta in teſtõ, ualeret iure pup. ĩ. pu. æta. ſi poſt iure fiedicommiſſi. & in prima uenirent omnia bona. in ſecunda illa patris tantum. iuxta no. in l. Centurio. de vulg. & pup. ſed quia facta in codicillis, non poteſt ualere iure directo, etiam in pup. æta. ſed iure fideicomm. iſto caſu dico, ꝙ ſi decedat. ĩ. pup. æta. venirent fideicomm. omnia bona, ſed ſi poſt, non uenirent bona pupil. nec legitima eius, per iſtam l. ſed bona quæ habuit a patre, & ſic iſta eſt ueritas iudicio meo, licet malè declarata per doct.

L E X XCVII.

1 *Rogatus reſtituere hæreditatem, quæ ad ipſum peruentura erat ſi non peruenit facta eius hæreditas, aut pretium eius, cogitur ad reſtitutionem pretij, et eo non ſoluente, agitur contra emptorem, & poſſeſſorem hæreditatis.*

2 *Pretium ſuccedit loco rei in uniuerſalibus, ſecus in particularibus niſi caſu vt hic remiſſiue.*

3 *Caſus in quo actio ex teſtamento datur contra emptorem qui non fuit grauatus a teſtatore, & qui non habuit a teſtatore, & hoc in ſubſidium.*

PLanè ſi filium.

1 §.Qui rogatus. †Rogatus reſtituere hæreditatem, quæ ad ipſum peruẽtura erat, ſi non peruenit facto eius hæreditas, aut pretium eius, cogitur ad reſtitutionem pretii, & eo non ſoluente, agit̃ ꝯ em- 2 ptorem, & poſſeſſorem hr̃ditatis. h.d. †No. pretium ſuccedere loco rei in vñibus, ſecus in particularibus, niſi in caſu l. ſi fundũ p fideicommiſſum. ſ̃. eo. l. mr̃. C. de rei uen. & l. qui vas. §. ſi. de fur. & l. ſi ſeruum. §. ſi. de uerb. ob. Item no. ex ſecundo dicto, ꝙ i ſubſidium agit ꝯ poſſeſſorem, licet hẽat cãm oneroſam. nam ſi hẽt lucratiuam, non eſt dubiũ ꝙ in defectum doloſi agit ꝯ eum, ne ex dolo alterius lucretur, ita loquit l. ſi. allegata in gl. ſed hic habebat cãm oneroſam, vñ illa ſeq. non facit, & ſic damnũ erit emptoris, quia carebit re & p̃tio, non eñ poteſt dñs grauatus vendere in p̃iudicium fideicõmiſſarii, ſed an poſſit incipere ab emptore ſi vult, puto ꝙ ſic, & ordo de quo hic non ſit neceſſitatis, ſed voluntatis, quia ille non potuit vendere in ſui præiudicium, poteſt ergo incipere a quo vult, & eſt mirabile, ꝙ actio ex teſtõ det̃ ꝯ emptorem qui non fuit grauatus a teſtatore, & qui a teſta- 3 tore non habuit. † Poſſet dici propter hanc rationem, quia rigor iuris repugnat ꝙ non agat niſi in ſubſidium, non enim poteſt fideicommiſſarius vendicare bona ante uerbalẽ reſtitutionem, quia iura non ſunt ante tranſlata. ſi enim poſſet uendicare, non eſt dubium ꝙ ab illo poſſet incipere, & in hoc ſtat cõſideratio huius § & hanc puto ueriorem, & ſic ordo eſt hic neceſſitatis, ut hic colligitur, dum dicit, (ex cauſa.) q. d. ſecus eſſet ſi non ſubeſſet.

§.Si cui Stichus. Grauatus in una de rebus alternatiue ſibi legatis, ſi illam nõ eligat, ſed alteram, tenebitur ad illam, & æſtima. eius, ſiue plus ualeat, ſiue minus. h.d. Et hoc ideo, quia per illum accidit ꝙ ad illum non perueniat, quia habebat electionẽ, ſed ſi electio pertinuiſſet ad hæredem, & ille aliam elegiſſet, legatarius ad onus fideicommiſſi non teneretur ſecundum Iac. de Are. & Bald. per l. e. ſi ſic. §. ſi. ſ̃. eo. & per l. ſi Titius. ĩ. n. j. in prin.

1 *Qui conſequitur ex teſtamento commodum inæſtimabile, ſeu non pecuniariũ, poteſt grauari onere pecuniario, uel æſtimabili.*

2 *Finiti ad infinitum non eſt proportio.*

Ex iure patronatus non dicitur quis locupletior, ut propter ipſum poſſit onere pecuniario grauari.

1 §.Qui teſtamento. †Qui conſequitur ex teſtamento commodum inæſtimabile, ſeu non pecuniarium, non põt grauari onere pecuniario, uel ineſtimabili. h.d. cũ l. ſeq. quia finiti ad infinitũ non eſt p- 2 portio, ad hoc pñt iſte tex. allegari ſm Bal. no ẽt ꝙ ex iure patro- a natus non dr̃ quis locupletior, ᵃvt pp ipſum poſſit pecuniariter grauari. adde ꝙ no. in l. naturalis. §. ſi. de præſcri. verb.

A D D I T I O.

a Locupletior. Nec dr̃ quis locupletior ex re quæ poteſt acquiri & non acquiri aſt actualem acquiſitionem unde dicit Old. conſi. cxvij. ꝙ quotidianæ diſtributiones, non comprehenduntur in literis gratiarum, in quibus mandatur alicui prouideri de beneficio certi ualoris, & an locupletior dicatur dominus qui recuperat feudum, & admittit ſeruitia, uide per eundem conſi. cxlvij.

L E X XCIX.

1 *Si primo legatur quantitas, & deſignatur vnde debeat ſolui, ſi tamen non poteſt ſolui etiam facto teſtatoris, legatum nihilominus debetur & aliunde eſt ſoluendum.*

2 *Si tibi lego decem annua ex his quæ percipiuntur ex tali fundo, & inde non percipiuntur tot, uel aliquo anno, vel nunq̃, an debeat ſuppleri de alijs.*

1 QVidam teſtamento. † Si primo legat̃ q̃ntitas, & deſignat. vnde dẽat ſolui, ſi tñ nõ põt ſolui ẽt fcõ teſtõris, legatum nihilominus debet̃, & aliunde eſt ſoluendum. Concor. l. Paulo Callimacho. § ſi. de leg. 3. Adde tex. in l. Lucius §. ciuib. de leg. 2. qui vr̃ velle ꝯtrium, aliud ergo eſt legare ꝙ mihi dẽtur a tali, uel qđ hẽo in tali loco, q̃a ſi tp̃e mortis nihil debet̃, vel non repent̃, legatum non debet̃. ſ̃. eod. l. ſi ſic. §. j. aliud eſt legare ſimpliciter, & poſtea dicere ꝙ ſoluatur de eo quod debet talis, uel de eo quod eſt in tali loco, quia ſi non debetur, uel ibi non reperitur, debet aliunde ſolui. ut eſt caſus hic, niſi deſignatio ſuccederet loco legati facti de eo qđ aliàs debet. ita loquit̃ 2 §. ciuibus, & non contradicit. † Quid ſi dixit lego x. es his quæ ſunt in tali loco? Reſpondeo ſi non ſunt, uel non tot, non debẽtur niſi quatenus repetitur ĩ. titu. j. l. ſi quis legauerit, prædicta in legato non annuo, ſed ſi tibi lego x. annua ex his quæ percipiuntur ex tali fundo, ſi inde non percipiuntur tot, vel aliquo b anno, vel nunquàm, an debeat ſuppleri ᵇ de aliis annis, vide per Bat. in l. inter ſtipulantẽ. §. ſacram. de verb. obl. & plenè in addi. Spe. in tit. de fruc. & intereſſe. §. j.

A D D I T I O.

b Suppleri. adde vt per Soci. in conſi. iiij.

1 *Bona vacantia tranſeunt in fiſcum cum onere legatorum.*

2 *Quæ dicantur propriè bona vacantia.*

3 *Fiſcus qui acceptauit bona tanquam vacantia, qualiter teneatur ad legata quæ non fuerunt confirmata per aditionem hæredis.*

1 §.Quoties. † Bona vacantia tranſeunt in fiſcum cum onere legatorum. h.d. Iſte §. poteſt intelligi quando inſtitutus adiuit, & ſic cõfirmata fuerit legata fideicommiſſa. poſtea ablata fuerunt per fiſcum, tanquàm ab indigno, nam non deſijt eſſe hæres. l. ex facto. §. ſul. de vulg. & pup. & tunc eſt clarum ꝙ tranſeunt cum onere legatorum. tamen 2 tunc impropriè vocantur vacantia. † nam tunc ſunt propriè vacantia quando non fuit repertus aliquis qui vellet adire es teſtamento, vel ab inteſtato, vt no. in l. ſine hærede. de admi. tu. & l. Stichum. in ſi. prin. de ſol. Bat. & Bal. in l. ſancimus. C. ad Treb. 3 † ſecundo poteſt intelligi propriè quando nullus voluit adire, ſed fiſcus acceptauit tanquam vacantia, ſed tunc qualiter tenetur ad legata, quæ non fuerunt confirmata. nam ſi fuiſſet adita, quia venientes ab inteſtato, propter repudiationem inſtituti non deberentur ab eis, niſi eſſent repetita l. j. C. de codicil. Poteſt dici ꝙ aliud in fiſco per iſtum textum. & per id quod habetur in l. recuſare. §. fiſco. in tex. & glo. ad Treb. quod eſt ſingulare. & iſta lectura verior eſt quam præcedens. Tene menti.

1 *Qui tenetur ad quãtitatẽ reſpectu certæ ſpeciei, interitu illiꝰ ſpeciei liberatur.*

2 *Qui tenetur ad quantitatem reſpectu certæ ſpeciei, quando interitu illius ſpeciei non liberetur a quantitate.*

3 *Re debita perempta, qualiter poſſit eius ualor declarari, ſeu probari.*

1 §.Si tibi ſeruus legatus. † Qui tenet̃ ad quãtitatem reſpectu certæ ſpeciei, interitu illius ſpeciei liberatur. h.d. & dicit Dyn. quòd non eſt alibi. Tu dic quòd immo. ſupra eod. titu. l. Titiæ textores. §. ſi. & l. electio. §. ſi is. de noxa. & l. ſi ad libertatem. † & limi- 2 ta ſi non interuenit mora debitoris. vt d. l. Titiæ. §. ſi. Item quando tenetur ad quantitatem incertam certificandam per reſpectum ad rem, puta ad pretium, ſecus ſi ad certam. l. vir vxori. de dote prælega. Idem ſi aliter eſt certificanda, vt in noxali quæ datur ad emendationem damni, & ſic ad quantitatem incertam,

ſed

ſed debitor liberaꝰ dãdo ſeruũ ꝑ noxa. ſed liberaꝰ ſeruo mortuo añ morã ut in iurib.ſ. alleg.videbaꝰ ꝯtrium ꝑ l.incendiũ.C.ſi cer. pe.ſed ibi q̃titas erat in obl'one ſimpl'r,non reſpectu ſpẽi, facit ſ. l.j.in naue ſaufelli, † ſed an in caſu huius §.ſi velles tradere ſeruum,& non ꝑtium, liberans ab obl'one q̃titatis? fortè ꝙ ſic atgu.ſ.eo.l.filiusfa.§.apud Marcellũ.circa ſi.ubi certe erit legata rius &c. quaſi q̃titas in obl'one, & ſeruus in ſol'one, ex quo fuit grauatus per modum de quo hic,& ſicut in noxali,& eſt rõ forte quare liberatur interitu ſerui. Alij dñt ꝙ rõ quia poſt mortẽ ſerui non poteſt q̃titas declarari,ſed certe pñt eſſe teſtes qui de ponant q̃tum res ualebat, & ſic iſta rõ non videtur bona.

1 *Legata & fideicommiſſa non ſunt tradenda executori teſtamenti antequam fienda ſit executio,ſed cauendum eſt ſibi uel legatarijs de dando adueniente tempore.*

2 *Vnus hæredum poteſt conſtitui executor.*

3 *Annus qui datur executori ut exequatur,& ſi non fuit exequutus, executio deuoluitur ad Epiſcopum,ſi erant legata ad pias cauſas,& in legatis conditionalibus,vel in diem non incipit annus currere.*

4 *Cautio legatorum in diem, nec ſub conditione poteſt præſtari executori teſtamenti,& ſi præſtita eſt ſibi,non eſt præſtanda legatarijs.*

An executor teneatur cauere de exequendo.

Quando hæres poſſit præuenire executorem, & per ſeipſum executionem facere.

5 *Si hæres tradidit executori,an liberetur a legatarijs.*

5 §.Si ſcriptus. †Legata & fideicõmiſſa non ſunt tradẽda executori teſtamenti anteꝗ̃ fienda ſit executio, ſed cauẽdũ eſt ſibi uel legatarijs de dando aduenĩete tpe.h.d.no.Facit in rõne ſui.l.nec ſemel.§.ſi in habitatione.ĩ.qñ di.le.ce.& l.Firmio.§.ſi.& de leg.j.l.ſi legatarius.§.ſi. †In tex.ibi, a (rogatus ſit percipere,&c.)ꝑ hoc vr̃ conſtitutus executor,& ſic 2 no.ꝙ vnus hr̃dum põt ꝯſtitui executor,quid ſi non iuſſit ꝑcipere,ſed ꝯſtituit ſimpl'r executorem? Rñdeo,idẽ eſt,vt ꝑcipiat,& re ſtituat,ut no.in l.alio.de ali.& ciba.lega. In tex. ibi (cum condõ extiterit.)q̃a nec ante eſt fienda executio, ergo interim nõ dẽt eſſe apud executorem qui nullũ cõmodũ dẽt ſentire,ut l.Sulpitius.de do.inter vi.& vxo.& l.creditor.§.ſi inter mandati. Idem 3 ſi legata conſiſtebãt in diem.†Ex his no.ſm Bal.ꝙ annus qui datur executori,ut exequatur,& ſi non fuit executus, executio deuoluitur ad Epiſcopum, ſi erant legata ad pias cauſas c.tua no bis de teſt.in legatis conditionalibus,uel in diem nõ incipit annus currere,quia non ualenti exequi ut hic,non debet currere, arg.l.j.in ſi.de anna excep.ſicut nec ignoranti.ut no.per Bart.in l.genero.de inſa.ſimile no.etiam per Bald.ſ.eod.l.fideicommiſ- 4 ſum.† In ſi.tex.ibi,(aut ei aut is, &c.) No. dum dicit (aut ei,) ꝙ cautio legatorum in diem uel ſub conditione poteſt præſtari executori teſtamenti,& ſi præſtita eſt ſibi, non eſt præſtanda legatarijs,quod eſt notandum,ſed ꝗ, an executor teneatur caue re de exequendo? dic ut ĩ.ſi cui pluſquam per l.Falc.l.Diuus.in tex.& gl.& per Bar.Item dum dicit(aut is.)patet ꝙ hæres poteſt præuenire executorẽ,& per ſeipſum executionẽ facere, adhoc ĩ.de bo.lib.l.ſi libertus ſub conditione.§.j.& in authẽ.de eccle. titulis.§.ſi quis in nomine.& no. Bal.in l.nulli.C.de epi. & cler. quod eſt uerum ſi ſunt certa & determinata,ſecus ſi erãt determinanda arbitrio executoris, uel reſpectu quantitatis,& perſonarum,ut ſi fuerint relicta pauperib. quos executor elegerit, nã a antequam eligat non põt hæres ſoluere,ᵃ ſed poſtquam ſunt electi,pt,quia non reſtat niſi executio facti.quę nõ refert ꝑ quem 5 fiat,facit c.ſi cui.de præben.in 6. † Quid ſi hæres tradidit executori,an liberetur a legatarijs? vide in addi. Spec.de inſtru.edi.§. nunc uero aliqua.in addi.quæ incipit hic congruit &c. & vide tur caſus in l.liberto.§.largius.de annuis legatis.

ADDITIO.

a Soluere. Adde ut per Pet.de Anch.conſi.386.inci.in Chriſti nomine,primo & ante omnia.

1 *Etiam ille qui percepit commodum ex teſtamento,ex mortis cauſa capione, id eſt gratia conditionis implendę poteſt grauari.*

2 *Quod ille dicatur a me habere,cui potui auferre,& non abſtuli.*

1 §.Cui ſtatuliber. †Etiam ille qui percepit commodum ex teſtamento,ex mortis cã capione.i.gratia condõnis implendæ poteſt grauari. h.d.Ratio dubitandi erat,quia ille põt grauari in ultima uoluntate qui aliquod commodum pecuniarium ꝑcipit.ſ.eo.l.plane.la 2.§.ſi.ibi, quod ex teſtõ,&c.ſed qui percipit cã condõnis implendæ, non percipit ex teſtõ,ſed occaſione teſtamenti, ideo dr̃ mortis cã capio,non donatio cauſa mortis,ut legatum.l.quod condõnis. de do.cauſa mor.quod eñ eſt in condõne,non eſt in diſpoſitione. l.ſi quis ſub condõne.ff.ſi quis omiſ.cã teſtam. & longa uidebaꝰ eſſe dr̃ia inter perceptionem ex teſtõ & pp teſtamentum, quia ex denotat cãm proximam,ſed pp.cauſam remotam.l.eo tpe.§. ſi.de pec.& l.vnica.C.ſi ſeruus extero. ꝯtrium dr̃ per rationem q̃ ſequitur quam no.quia facit pro eo quod no. gl. & ibi dixi in l. 2 ſi fundum per fideicommiſſum.§ ſi.ĩ.ſ.eodem quod ille dicatur a me habere cui potui auferre,& non abſtuli.

LEX C.

1 *Fideicõmiſſum iniunctum legatario ſuper re legata,ſoluitur modo quo percipitur.ſ. cum diminutione ſi fuit defalcatum,ſed relictum in re propria legatarij ſoluitur integrum , licèt legatum fuerit defalcatum.*

a 2 *Quando onus iniungitur ſuper re legata,appellatur onus intrinſecum ,ſed ſuper alia re,appellatur extrinſecum.*

s SI mihi Stichus. † Fideicommiſſum iniunctum legatario ſuper re legata, ſoluiꝰ modo quo percipiꝰ.ſ. cum diminutione ſi fuit defalcatũ, ſed relictum in re propria legatarij ſoluitur integrum, licèt legatum fuerit defalcatum.h.d.vide bonam glo.in l.facta.§. ſi Titius.ad Treb.& l. Plautius.de condi. & demon. & quod ibi a per Bar.†& no.ꝙ qñ onus iniungitur ſuper re legata.glo.appellaꝰ onus intrinſecum,ſed ſi ſuper alia re, appellaꝰ extrinſecum, ut in iurib.ſ.alle.In glo.ibi,(ſed ꝗ.)ſ.ad id quod hic dr̃, ꝙ ſi eligo dare Stichum quem habui diminutis teneaꝰ dare totam partem quam recepi,ſed imò vr̃ ꝙ non totam,ſed poſſim mihi minuere, ſicut mihi fuit per hæredem minuta.ut in l.pœnales alleg.in gl. Gl.ſol'uit,quia ibi in quantitate,hic in ſpecie indiuiſibili loquiꝰ. Dy.re ꝑhendit,quia idem quod hic locum haberet in quantitate.l.maritus.§.ſi.ad l. Fal.ſecundo ,quia reſpectu dominij ſeruꝰ non dr̃ res indiuiſibilis.Dic ergo ꝙ ibi fuit legatarius rogatus de parte rei legatæ,hic de tota.nam ibi legata fuerunt 30. & rogatum fuit dare 15.ſi hæres detraxit quartam.ſ.7.cum dimidia,nõ teneor dare tibi,licet poſſum integra 15.quia 7.cum dimidia cẽſetur detracta non ſolum de 15.quæ erant penes me remanſura ſi Falcidiam non minueret,ſed etiam de 15.quæ erant ad te per uentura.unde detraham tertiam,& dimidiam alterius dimidiæ, habebis ergo 11.& tres quartas,& tantundem mihi remanebit, ſecus ſi eſſem grauatus reſtituere tota 30.quia omnia quæ ad me perueniſſent haberem reſtituere, ut hic dr̃, & eadem ratione ſi hic eſſem rogatus reſtituere dimidiam Stichi, non haberem totam tibi reſtituere, ſed eatenus de tua dimidia poſſem detrahere quatenus eſt detractum de mea.

LEX CI.

Seruus ab hoſtibus. iſtam l.declara, vt ſ. eod. l.id quod apud hoſtes.

LEX CII.

1 *Ille cui legata eſt optio ſerui põt optare etiam ſeruum alteri legatum ſpecialiter,ideo antequam optet ille cui eſt ſpecialiter legatus,non habet niſi partem, quia ſi contingat ipſum optari, ambo concurrent in eodem, & facient ſibi partes per concurſum.*

2 *Si uni legatur ſpecies , alteri totum genus , vt lego tibi Stichum , & ſeruos meos tali & in genere,non comprehenditur Stichus.*

3 *Quid ſi uni legatur ſpecies certa de genere , alteri ſpecies incerta de eodem genere certificando per eum vel alium.*

4 *Si Papa mandauit conferri tali præbendam,quam duxerat acceptandam in tota prouincia vel diœceſi,& alteri mandauit conferri præbendam quam duxerit acceptandam in tali eccleſia eiuſdem prouinciæ,& vacet præbenda illius eccleſiæ in qua primus vult præferri, quod ipſe primus præferatur.*

5 *Si poſt gratiam primi vacet præbenda quam Papa alteri conferat , non facta mentione de primo expectante qui poterat acceptare, tanquam ſub repetitia non valet,& quando.*

s SI domino. †Ille cui legata eſt optio ſerui, poteſt optare ẽt ſeruum alteri legatum ſpecialiter.ideo anteꝗ̃ optet ille cui eſt ſpecial'r legatus,non hẽt niſi partem,quia ſi contingat ipſum optari,ambo concurrẽt in eodem,& facient ſibi partes per concurſum.h.d.no.In tex. ibi (optio data.) ſub.quæritur an dñs petere poſſit totum Stichum cum adhoc ſeruus eius nullum optauerit? Et rñdet ꝙ non, ſed dimidiam,attento ꝙ euenire põt, quia põt ſeruus effici liber anteꝗ̃ optet,& poſtea Stichum optare. quo caſu fingereꝰ ſibi legatus, & ſic duobus , tam domino quàm ſeruo facto libero, & ſibi facerent partem per concurſum. In tex.ibi, (pertinere.) ſ.in effectu,nam mero iure totus vr̃ ad ſe pertinere, q̃a erant diſiũcti verbis,& coniuncti re,ſ. ſic cuilibet in ſolidum vr̃ legatus.vñ ab initio non fuerunt partes factæ , ſed fiunt ex poſtfacto per concurſum. l.plane.la 3.§.ſi coniunctim.ſ.eo. nõ tñ dñs interim admitteꝰ niſi ꝑ parte . Sed ꝗ.C.de cad.tol.l.j.§.ſi uero non omnes. vbi vr̃ ꝙ ſi unus coniunctus re,& diſiunctus verbis venit,& totã rem petit, debet ſibi aſſignari.& ſi alius ueniat, auferet ſibi partem.So poteſt dici,ꝙ ibi qñ non conſtat iudici ꝙ alteri fuit legata,ſed ſi conſtat,quia ex illa ſcriptura producta apparet, locum habet quod dr̃ hic, ꝙ ad inſtantiã hr̃dis non cõdemneꝰ niſi ad partem,uel ibi nõ apponebatur hr̃s. hic ſecus, & hic vr̃ caſus de q.gl. in l.2.ſi pars hær.pet.qñ unus purè inſtituitur, alter ſub cõditione,uel una res relinquitur duobus,uni purè,alteri ſub conditione,an condõne pẽdẽte ille cui purè eſt relictũ,habeat totũ an partẽ,& fuit cõtẽtio inter antiquos gl.& tangiꝰ ꝑ gl. & Doc. in §.ſi coniunctis.& tex.iſte probat ꝙ ẽt ſi diſiuncti verbis. & ſic cuilibet vr̃ aſſignata, tñ nõ habet niſi partẽ,& multũ facit iſta l. Nunc opp.ꝑ declaratione gl. ꝙ dñs cui ſpecial'r fuit legatus totum hẽat,& ꝙ factus liber non poſſit illũ ſeruũ optare, quia ſi-

bi fuit legatũ in gñe de ſeruo quem optauerit. ſ. eo. l. legato generaliter. de quo genere vr exemptus ſeruus dño ſpecialiter leganis per regulã generi p ſpeciem. l. vxor. §. ſęliciſſimo. ĵ. ti. 1. gl. dicit debere intelligi, ꝙ in hæreditate non erant niſi duo ſerui, & ſic vr ſenſiſſe, ꝙ poſſit illũ optare, aliàs fruſtra optionẽ legaſſet, ſecus ſi eſſent plures, vt in cõtrario, quæ ſolutio in ſeq. eſt uera quantũ ad primum dictũ, ſed eſt diuinatio. ad ſm non eſt ve
a ra, ſed reiecta alia ſol. glo dic, † aliqñ uni legatur ſpecies, alteri tũ genus, ut lego tibi Stichum, & ſeruos meos tali, & in gñe
3 non comprehenditur Stichus, ita loquitur ꝯrium. † Aliqñ vni legatur ſpecies certa de genere, alteri ſpecies incerta de eodẽ genere certificando per eum, uel alium, & iſtud non dr legatum gñis, ſed bene dr gñaliter factũ, quia de qualibet re in gñe contenta, ut loquitur hic, nã habet locũ illa regula, nec illa ſpecies
4 eximitur de genere, imò in illa ſpecie poſſunt concurrere. † ex hoc determinatur quæſtio, ſi Papa mandat conferri tali præbẽdam quam duxerit acceptandam in tota prouincia, uel diœceſi, & alteri mandauit cõferri præbendam quam duxerit acceptã dam in tali Eccleſia eiuſdem prouinciæ, & uacet præbẽda illius eccleſiæ in qua primus vult præferri, ſecundus dicit ſe præferẽdum, tanq̃ habeat gratiam ſpecialem in c. quamuis. de præb. in
a 6. non pōt dicere hoc, imò præfertur primus [a] per iſtum tex. vbi
5 eſt caſus, ad quod l. cum ita. & l. ſi hæres. de op. leg. † eodẽ modo ſi poſt gratiam primi uacet præbenda quã Papa alteri cõferat, non facta mentione de primo expectante, qui poterat acceptare, tanq̃ ſubreptitia nõ valet, & uidere caſum, in c. ex parte N. de of. de leg. ꝗ deciſio fundatr in iſtis tex. & hoc qñ ꝯſtat de prioritate, & poſterioritate impetratiõis, aliàs dic, ut in c. duob. de reſcrip.

ADDITIO.

a Primus. Adde ut per Oldr. conſi. 122.

LEX CIII.

SI mihi. Qñ circa eandem rẽ cõcurrit diſpoſitio teſtatoris, & hrdis, ſola prima attẽditur. h. d. nõ. n. vr legatarius habere ab hrde, qui ex neceſſitate fecit, cum teneretur ex primo teſtõ, ſed a primo teſtatore, qui fecit ex uoluntate, & ſi legatum primũ factũ in primo teſtõ eſſet cõditionale, vel in diem, & factũ in teſta. hæredis eſſet purũ, & ſic legatarius inciperet habere ex teſtõ hrdis, adueniẽte die uel ꝯditione mutat ſibi cauſam dominũ, & deſinit hre ex teſtamẽto hæredis, & incipit habere ex primo teſtõ. l. fundo. ad l. Falci. In tex. ibi, (ex teſtamento Sempronij,) quia legatum hæredis non ualet, cum nullam afferat utilitatem. l. quoties duplici. de regu. iur. Dyn. ad hoc inſ. a tit. j. l. unũ ex familia. in prin. ibi, & ei quẽ elegit fil. fam. teſtamento ſuo legat, & ibi eſt expreſſum.

LEX CIIII.

1 **SI ſeruo meo.** † Si eadẽ res legatur dño, & poſtea ſeruo eius, uel econuerſo, duo ſunt legata, & ſi repudietur ex perſona ſerui põt acceptare ex perſona propria. h. d. Sed an poſſit acceptare ex perſona utriuſque, ut primo habeat æſtimationem, poſtea rem? uidetur ꝙ ſic infra eod. l. ſi ſeruus. §. 1. ſed ibi in teſtamentis diuerſorum prorſus, ſecus quando in teſtamento unius, uel duorum, qui pro uno reputantur. l. huiuſmodi. §. 1. ſupra eod,

1 Legatum factum ſeruo proprio cui libertas inutiliter data erat, non valet, ſicut ſi nullo modo fuiſſet data.
2 Paria ſunt aliquid non eſſe factum, & factum eſſe inutiliter.
3 Sicut minor ſine decreta immobilia non poterat alienare, ita nec dare libertatem, & quid hodie.
4 Legatum inutile à principio mixta conſideratione legantis & legatarij, ex poſtfacto non reconualeſcit, licèt ceſſet cauſa inualiditatis.

a **SI minor.** † Legatum factum ſeruo proprio cui libertas inutiliter data erat, nõ ualet ſicut ſi nul
a lo modo fuiſſet data. h. d. † Not. ꝙ paria ſunt aliquid non eſſe factum, & eſſe inutiliter. & ſic ſupra, qui ſatiſd. cog. l. quoties, & quod cuiuſ. uniuer. l. 1. §. quibus. & l. non putauit. §.
3 non quæuis. de contrarab. In tex. ibi, (manumiſſerit.) ſub. inter uiuos, uel in ultima uoluntate, & ſic nota, quod ſicut minor ſine decreto immobilia non poterat alienare, ita nec dare libertatem, quia eſt irreuocabilis, & hoc in minore xx. annis. hodie uero aut inter uiuos, & idem: aut in ultima uoluntate, & illud re-
4 ſtringitur in glo. ut patet in alle. in eadem. † Item no. quòd legatum inutile a principio mixta conſideratione legãtis & legatarij ex poſtfacto non reconualeſcit, licèt ceſſet cauſa inualiditatis propter regulam Cato l. cętera. §. 1. ſupra eo. & iſta eſt melior ratio quàm illa quam ponit glo. ſecundùm Dyn.

LEX CV.

1 Tunc dicitur fides tacita accommodari de reſtituendo incapaci quando per priuatam cautionem quis ſe obligat teſtatori, nec fuit in teſtamento, vel codicillis grauatus.
2 Leges quæ dicunt quòd accommodans fidem tacitam priuatur hæreditate, debent intelligi quando accommodat ſe obligando, ſecus ſi ſimpliciter pollicendo,
Quando plus puniatur qui palam facit, quàm qui clam.

a
1 **IN tacitis.** [a] † Tunc dr fides tacita accõmodari de reſtituendo incapaci qñ p priuatam cautionem quis ſe obligat teſtatori, nec fuit in teſtõ, uel codicillis grauatus. h. d. Et ſcias ꝙ talis punitur in hoc, quia ſibi aufertur hæreditas, ut ab indigno, & applicatur fiſco. In tex. ibi, (neque teſtõ, neque codicillis &c.) idẽ ſi in eis. taliter tñ ꝙ non põt intelligi. ĵ. eo. l. Lucius. §. in teſtõ. & l. ita fidei. de iure fiſ. In tex. ibi, (domeſtica cautione.) i. priuata ſcriptura. idem ſi publica, ſed ſecretè facta, ut adhibito notario amico teſtatoris, & teſtib. ſimilibus, ſecus ſi palam & publicè ſe obligaret. l. non intelligi-
a tur. §. 1. de iure fiſci. & ibi no. per Bar. † In tex. ibi, (obligaret ſe.) No. ſm Bal. ꝙ leges quæ dicunt, ꝙ accommodans fidem tacitã priuatur hæreditate, debent intelligi qñ accõmodat ſe obligando, ſecus ſi ſimpliciter pollicendo, quod eſt ſingulare ſm eum, uel dic idem eſſe cum ſua fides, ſeu confeſſio ſufficiat ꝙ fidẽ accommodauit, licèt non probetur alia promiſſio, ut no. p Doct. in d. l. non intelligitur. §. tacitè. In tex. ibi (ei qui capere nõ põt.) no. ꝙ aliquid requiritur vt puniatur, i. ꝙ ille cui debet reſtitui ſit
3 incapax, ſecus ſi eſſet capax. l. 1. de delato. lib. x. † Sed opp. ꝙ plus punitur qui palam facit quam qui clam. l. palam. de ritu nupt. Solu. ibi in his, quæ ſunt de natura prohibitorum, vt furtum, & ſimilia, ſed hic in his quæ ſunt regulanter de natura permiſſorum, licèt quandoque fallat, ut reſtituere hæreditatem, qui eſt actus licitus, ſed ſi recipiens eſt incapax, eſt illicitus: tũc plus punitur clam faciens, quam palam, quia magis præſumitur, ita no. in l. fi. de ri. nupt. l. non intelligitur. in prin. de iure fiſci.

ADDITIO.

a In tacitis. Vide Bal. in Leam quam. C. de fideicom. Bene. Capram conſi. 34.

LEX CVI.

1 Si teſtator aliquem ex hæredibus eximit ab onere legatorum, alij tenentur ad integrum onus.
2 Onus legati cenſetur cuilibet hæredum appoſitum pro parte hæreditaria, niſi aliquis excipiatur.
3 Si aliqua communitas debet ſoluere ſuperiori certam quantitatẽ diſtribuendam inter homines illius per ſolidũ & libram, & inde ſuperior aliquos eximit ab onere ſoluendi, cęteri habebunt ſoluere totum.
4 Quando occurrit interpretatio circa verba teſtatoris obſcura, vide an congruat verbis & proprietati verborum, & non repugnet intentioni, ſed ſit veriſimile ꝙ ita voluerit.
5 Si habeo plures debitores, & vnum libero, an mihi præiudico in alijs.
6 Quando vni hæredi iniungitur onus, ſi duo concurrant, ꝙ portio ſua non ſufficiat ad illud grauamen, & verba ſint dubia, partim relata ad perſonam, partim impersonaliter prolata, ꝙ ille non teneatur ad integrum onus, ſed uideatur conſtitutus executor, ut habeat ſolus curam facti, & expenſa ſit communis.

1 **AB omnibus.** † Si teſtator aliquem ex hæredibus eximit ab onere legatorum, alij tenentur ad integrum onus. h. d. In tex. (quiſquis mihi, &c.) iſta verba tm̃ important quantum ſi dixiſſet grauo oẽs hæredes meos dare Titio centum, vt in ver. oĩb. & ſic dictio, quiſquis, licèt ſit diſtributiua, reſoluitur in collectiuã. vnde ſimul ad centũ tm̃ tenentur, non quilibet ad c. in totũ, quia quilibet non eſt hæres in totũ, & diſtributiuũ dup. ſicut actum primi verbi tribuit cuilibet p parte, ita & actum ſecũdi. l. ſi quis in fundi. §. fi. ſ. eo. ſecus ſi inſolidũ. ſ. eo. l. qui filiab. §. j. In text. ibi
a (tota. c. deberent.) videbatur contrarium, quia onus † legati cẽſebatur cuilibet appoſitum pro parte hæreditaria. d. l. ſi quis. §. fi. licèt ergo unus ſit exemptus nõ uidebatur alijs præiudicare, vt onus eorum creſcat. l. legatorum. in prin. ĵ. tit. j. & l. 3. §. fi. de ali. leg. Sed ibi qñ unus hæredũ efficeretur non ſoluendo, & ſic eximitur ab onere non facto teſtatoris. hic facto teſtatoris, qui potuit facere in præiudicium aliorũ, & eſt perinde acſi in principio dixiſſet, quiſquis mihi hæres erit excepto tali, det Titio c. quia ſunt paria a principio limitatè diſponere, & ex poſtfacto
3 diſpoſita limitare. & inducitur ad q. † Si aliqua cõitas debet ſoluere ſuperiori certam quãtitatẽ diſtribuendam inter homines illius per ſolidũ & librã, & inde ſuperior aliquos eximit ab onere ſoluendi, cęteri habebunt ſoluere totum, non deducta parte illorũ, quia a principio potuit illos grauare in toto, ergo & tunc eximere in eorum præiudicium ſm Iac. de Arena, & Bal. Sed ꝯtrarium determinat Spec. in tit. de cenſi. §. nunc. ver. qd ſi uniuerſitas, & Gul. in l. ſi unus. §. generaliter. ſ. de pact. & Ioã. And. in c. peruenit. ſeu in c. non minus. de immu. eccle. ꝙ immo deducitur pars illius, quia non debuit in grauamen aliorũ illũ priuilegiare. nec ob. iſte tex. licèt ipſi non reſpondeant, quia teſtator alios a prin. & ex poſt facto poterat grauare ſine eorũ iniuria, quia conſequebantur commodum hæreditatis ab eo. ſed in caſu propoſito grauantur alij abſque eo ꝙ cõmodum aggrauãtis recipiant, ideo in præiudicium aliorum non debuit illos exi-
a mere, [a] ſed in præiudicium ſuum potuit, & hoc ſi quantitas erat

ADDITIO.

a Eximere. Adde eundem Pau. conſi. 184. Anch. conſi. 252.

erat ſoluenda ſuperiori eximenti,ſed ſi alteri,puta imponēda eſt
collecta ꝓ ſoluendo ſalarium ptātis, ſi vnus eximiť, non debuit
eximi en ꝑiudicium ptātis.ideo alij tenebunť inſolidū. Et ad hoc
inducunt Bar.& Bal.iſtū tex.& non allegant q̄ s̄.dixi,ſed reducas
4 ad ꝯcordiam.vt s̄.dixi.†In tex.ibi,(cum & ſignificatio.) Not.iſta
verba,q̄ centies allegaui in cōſilijs qn̄ occurrit interpretatio cir
ca verba teſtatoris obſcura. vide an ꝯgruat verbis, & proprietati
verborum,& non repugnet intentioni, ſed ſit venſiſe, ꝙ ita vo-
luerit,& ſi aliqđ iſtorum deficit,non facias eā.ad hoc ȷ̄. de adul.
l.miles.§.quidam.In gl.ibi.§.libertus.Sol.ibi legata erat res hære
ditaria, & ita eſſet hic,qa cæteri tenerenť ad portiones quas hn̄t
in eis,non vltra. ſed hic legatū conſiſtebat in pecunia , quā inte-
gram alij poterant deducere de partib.eorū.l.cū pater.in princ.
& l.deducta.§.nummis.ad Treb.In gl.ibi, (ſi pupillus.) Dic ꝙ ibi
pupillus quondam illos non potuit liberare in ꝑiudicium alio-
5 rum.ſed hic poterat teſtōr in ꝑiudicium aliorum.†In glo.ibi.(cū
ab vno.)illa potius concordat,ſed q̄ro,quid ſi hēo plures debito
res,& vnum libero? Rn̄deo,aut tenenť pro parte,& mihi ꝑiudi-
co, non alijs. Aut inſolidū,tunc aut hēbant beneficium diuiſio-
nis,vel ceſſionis,vel vtilis actio.& idem d.l.ſi pupillus. Aut nullū
iſtorum,& liberando vnum remanet actio ꝯ alium . & ſic ſibi fit
ꝑiudicium,qa vbi primo poterā alium ꝯuenire,& eo ſoluente li
beraretur, nunc non poſſum , & ſic iſte non liberatus bēbit ſol-
uere,vt in l.allegata.in gl.de fideiuſ.l.ſi ſtipulatus,& quod no. in
l.in his.de ſolu. Vlt.ex gl.op. ꝙ cæteri non teneantur inſolidum
ſed pro portionibus eorum.l.Titius hæredis.de leg. 3. Sol.ibi eſt
6 caſus no.†qn̄ vni hæredi iniungitur onus,ſi duo concurrant, ꝙ
portio ſua non ſufficiat ad illud grauamen,& verba ſunt dubia,
partim relata ad perſonam,partim imperſonaliter prolata, ꝙ il-
le non teneatur ad integrum onus,ſed videatur conſtitutus exe
cutor,vt habeat ſolus curam facti,& expenſa ſit cōis,& illum ca-
ſum tene menti,quia ſæpe contingit.ꝙ teſtator vnum hæredem
grauat facere monumentum,vel aliud,an teneatur facere ſum-
ptu proprio,vel communi hæredum aliorum colligitur ibi.

a *Legatario mortuo ante exiſtentiam conditionis poſſibilis legatum extingui-
tur, ſecus in conditione impoſſibili.*

1 **§.In teſtamento.** †Legatario mortuo ante exiſten
tiam ꝯdōnis poſſibilis legatū ex-
tinguitur,ſecus in ꝯdōne impoſſibili.h.d.In tex.ibi,(nō deberi.)
Idem ſi fuiſſent reſtitutæ tabulæ , tñ non fuiſſet facta liberatio ꝑ
accepti.quę ēt erat fienda.s̄.eo.l.hmōi §.ſi ita.ver.quare.Nec ob.
ſi dicatur,illa vr̄ tacita condō,quia non fuit expreſſa, q̄ non im-
pedit legatum cedere.l.condōnes extrinſecus.de cond. & demō.
imò non eſt condō tacita,& diuerſa ab expreſſa. Sed eſt effectus
& virtus expreſſæ ſm Bal.vnde ſicut defectus expreſſæ perimit le
gatum,ita defectus iſtius effectus.In tex.ibi, (faciendi).i.facti,idē
tñ ſi extabant tunc,& deſierunt extare.d.§.ſi ita.ſed in præceden
ti caſu clarius eſt,quia ſi tpe teſtamenti non extabant , conditio
de illis reddendis erat impoſſibilis , ergo pro non appoſita hr̄.l.
obtinuit.de condi.& demon.quod intellige ſi teſtator ſciebat,ꝙ
erat impoſſibilis,vel dubitabat,an extarent,vel non,ſed ſi puta-
bat extare,& ſic eſſe poſſibilem, defectus conditionis vitiat ac ſi
eſſet poſſibilis.l.ſeruo manumiſſo.de condi.inde.licet autem de-
fectus conditionis expreſſæ de qua hic , quādo erat impoſſibilis,
non vitiet.vt ȷ̄.ſequitur.ſi tamen liberatio, quæ potuit fieri non
fuit facta,bene vitiatet,ita intellige glo.ſi.quæ eſt hic. Collige er
go quatuor caſus,aut extant tabulæ,& etiam ſubſiſtit debitum,
& non purificatur legatum niſi tradantur tabulæ . vt hic, & fiat
liberatio per accept.a debito . vt in d.§.ſi ita . & ſi prius decedat,
non tranſmittit,aut non extant tabulæ,nec debitum , & condi-
tio reijcitur tanquam impoſſibilis,aut extant tabulæ, ſed nō de-
bitum,quia erat ſolutum,& requiritur reſtitutio tabularum,ſed
alia liberatio nō requiritur ſi erat liberatus ipſo iure, ſecus ſi per
pactum,quia ſua intereſt liberari per accept. Aut econuerſo ex-
tat debitum,non tabulæ,& tunc requiritur liberatio,& illa ſuffi-
cit,ſiue tempore teſtamenti non extabant,vt hic, ſiue deſierunt
poſtea extare.d.§.ſi ita.

1 *Si omnes hæredes grauati ſunt dare vni ex oīs appellatione grauatorum con
tinetur etiam honoratus,& econtra, ſi unus grauatur dare omnibus,appel
latione honoratorum continetur grauatus , ſed ſi omnes , omnibus inuicem
ſit compenſatio,& grauamen tanquam inutile non ualet.*

2 *Si imponitur collecta hominibus unius uillæ pro ſoluendo uni ex oīs debitum,
pro quo uilla ſibi tenebatur,ꝙ etiā ille pro collecta,quæ imponitur, cōtribue
re debeat,& ſic deducta parte ſua ſoluetur ſibi debitum. & uide nu. 5.*

3 *Villa ſi tenetur emendare damnum datum ex forma ſtatuti,& datum ſit uni
de uilla, ipſe etiam contribuet .*

4 *Si conſtitutio collegij uel canonicorum dicat , ꝙ qui recipitur in collegium ,
uel canonicatum ſoluat x.diuidenda inter illos de collegio,an etiam ille qui
dat,& recipitur,debeat habere partem ſuam.*

5 *Si teſtator legat uni ex hæredibus ſimpliciter decem ab hæredibus,an habebit
integra decem .*

6 *Singularis numerus quandoque importat pluralitatem , quando non conſtat
quòd poſſit referri potius ad unum,quàm ad alium .*

1 **§.Si Titio ita legatum fuerit.** †Si omnes
hr̄des gra-
uati ſunt dare vni ex eis , appellatione grauatorum cōtinetur ēt
honoratus,& econtra,ſi vnus grauať dare omnibus,appellatio-
ne honoratorū continetur grauatus, ſed ſi oēs, omnibus inuicē
ſit compenſatio,& grauamen tanq̄ inutile non valet. h. d. Ponit
tres caſus, vt colſr ex gl.ſi.& ex ſummario,ſecundus ibi, (Item ſi
2 iuſſus.)tertius ibi,(denique.) † Primus caſus ponitur ad q̄onem.
Si imponitur collecta hoīb. vnius villæ pro ſoluendo vni ex eis
debitum,pro quo villa ſibi tenebatur , ꝙ etiam ille pro collecta,
quæ imponitur contribuere debet in collecta,& ſic deducta ſua
3 parte ſoluetur ſibi debitum.†Itē ſi villa tenetur emendare dam
num datum ex forma ſtatuti,& datum ſit vni de villa,ipſe etiam
contribuet pro collecta, quæ imponetur pro ſoluendo ſibiipſi.
4 †Secundus caſus induciť,ſi conſtō collegij vel canonicorum di-
a cat ꝙ qui recipit in collegiū , vel canonicū ſoluat x. [a] diuidenda
inter illos de collegio , ꝙ etiam ille qui dat & recipitur , debeat
hr̄e partem ſuā,& ſic deducta ſua parte ſoluat x.Bal.vr̄ in hoc ca
ſu ſentire ꝯrium,qm̄ anteq̄ recipiatur nō eſt de collegio, uel nu
mero canonicorum , unde cum condō ſit implenda anteq̄ fiat,
ſtatim facta ſolutione quæritur ius diuidendi antiquis de colle-
gio,& licet recipiatur,non minuitur ius quæſitū primis , & hoc
plus placet.Quid ſi iam erat receptus,ſed propter morā,uel cul-
pam ſuam condemnetur ad aliquam ſummam quam dicit ꝯſtō
diuidendā inter doc.collegij,an qui ſoluit habebit partem ſuam?
doct.vn̄t tenere ꝙ ſic, qa ceſſat rō Bal. contrarium puto,ex quo
ſoluit,propter ſuam culpam,& ſic in pœnam, vnde debet cede-
re aliorum lucro,& nihil ad eum redire per l.id quod pœnæ . de
ſolu.& l.ſi pignore s̄.de pig.acti. & per l.damni infecti ſtipulatio.
in ſi.de dam.infe. Vltimum caſum no. pro eo quod dixi. s̄.eod.in
l.planè.la prima. §.inde dicitur. ver.planè ſi alter. nam ſi omnes
æqualiter fuerunt inſtituti, clarè procedit iſte text.quia tantum
quilibet grauatus eſt dare quantum recipit ab eo.facit l.cum pa
ter.§.a filia.ȷ̄.tit.2. & l.ſi fundus legatus ſit . ad l.falc. ſed ſi erant
diſpariter inſtituti,eſt dubium, quia inſtitutus in maiori vr̄ gra-
uatus dare partem ſuam inſtituto in minori , & econuerſo ſi le-
gata erat res hæreditaria, & ſic qui maiorem partem hēt in hr̄di
tate,minorem habet in legato,& econuerſo, & quid iur. ſit , dic
ut ibi,& quotidie teſtatores primo faciunt legata quibuſdam,&
poſtea hæredes inſtituūt,quid aūt importent talia legata? dic ut
ibi dixi.Sufficit. in gl.a.ibi (§.ſi duobus ȷ̄.) Not.iſtam ſolu.pro eo
quod Bar.not.s̄.eo.l.hmōi.§.ſi Titio.qui vult expreſsè quod §. ſi
duob. non habeat locum ſi legatum conſiſteret in quantitate ,
ſed loquať qn̄ in re hr̄diaria,tu dic quantum ad terminos huius
§.idem eſſe ſi conſiſteret in re hr̄ditaria. nam ēt ſi diceret,quiſq;
mihi hr̄s erit talem fundum det Titio vni ex hæredib.cæteri tene
renť dare partes ſuas,in quib.valeret prælegatum,ſed in parte Ti
tij non ualeret,unde retinent iure hæreditario.Nec ob. ille §.per
quē vr̄ ꝙ nihil retineat,quia ibi unus fuit inſtitutus , hic plures.
Item ibi uttū inſtituto,& alteri tertio fuit res hæreditaria legata,
unde cum legatum quantum ad ſuam partem nihil ualet , totū
pertinet ad collegatarium . hic non habebat collegatarium ad
quem pertineret portio ſua, in qua non ualebat prælegatum.
5 †Quid ſi teſtator legat uni ex hr̄dibus ſimpliciter decem , an ha-
bebit ab hæredibus integra decem? vr̄ ꝙ ſic,per ea quæ not.in l.
cum pr̄.in prin. ȷ̄.tit.j.& l.deducta.§.nūmis.ad Treb. & iura quæ
dicunt ꝙ prælegatum factum uni ex hr̄dibus non ualet pro ſua
parte, uideantur poſſe intelligi ſi fuit prælegata res hr̄ditaria in
qua habet partem iure hr̄ditario , vñ illam non pōt petere a co-
hærede iure prælegati, nec a ſe,cum alio iure habeat . ꝯrium pu-
to uerius per prin.§ iuncta gl.quia cenſeť factum ab oībus hære-
dibus , ſicut ſi dixiſſet, quiſquis mihi hr̄s erit, & ſic ipſe numera-
tur inter grauatos,unde deducta ſua parte petit reſiduum. Vlti-
mo ad q.illam de collecta,an contribuat ille pro quo imponitur
ſi eſt de uniuerſitate.uide in addi.Spec. tit.de ſen.§.5.uer. quid ſi
tm̄,ubi refert q. Mar.de Fano,qui diſputauit , & allegat Dyn. in
6 iſto §.No. † etiam in ſi.in uerbo(hæredi meo) quod exponitur.i.
hæredibus ꝙ ſingularis numerus quandoque importat plurali-
tatem, qn̄ non conſtat ꝙ poſſit referri potius ad unum q̄ ad aliū,
runt diſtribuere inter nondum nubiles,uide Bal.in d.l.Sancim9.
Bar.in l.quib.dieb.§.fi.ſ̃.eo.vr̃ dicere, ꝙ tale legatū non ſit ꝯdõ-
nale,qa ſp repetiuntur puellæ ad nubendū,nec põt deficere per
mortē earum,ſed tunc eſt condõnale,qñ certæ perſonæ:ſed poſi
to ꝙ non ſit condõnale,dubium eſt,an poſſit fieri diſtributio,qa
nondū venit tp̃s nubendi,per d.§.in habitatione. Item dicit Bar.
p̄dicta procedere ſi legauit pro dote : ſi aūt pro ipſa maritanda,
tunc dicit ꝙ eſt purum,& põt peti ſtatim,qa multę expenſæ hūt
an teq̃ maritent̃, & pro illis vr̃ relictum & põt peti p̃ſtita cautio-
ne ſi non maritet̃ de reſtituen. ar.d.l.quib. §.fi. hoc nõ placet, qa
non eſt uerisile,ꝙ pro iſtis expenſis legauerit, ſed magis ꝓ dote,
maximè ſi q̃titas ꝯueniat doti,qa & dos relinquit̃ pro ipſa mari-
tanda, & ſic ſignatus uerborum non repugnat. Nec ſolēt fieri ta
les expenſæ niſi primo ꝯcludat̃ mr̃imonium,poſſet tñ eſſe tã par
ua q̃titas,ꝙ non uideret̃ relictū pro dote, ſed uideret̃ relictū pro
expenſis ſi in loco illo imminerent,& ita aľs cõſului , facit quod
idem no.in l.Lucius.de leg.2.Circa ſcđm art.qñ eſt relictum a pr̃e,
& loquimur ubi nõ ſit ſtatutū de excludendo filias, & ſic debet̃
lrīma, tunc quatenus eſt ultra lrīmam idem eſſet qđ in extr̃eo,
ſed uſq; ad q̃titatem lrīmæ dđm eſt, ꝙ ſit purum, qa lrīma purè
debet̃ reiecta oī condõne,uel tp̃e, & credendum eſt pr̃em relin-
quere pro lrīma ad quam tenet̃.arg.in l.uxorem. §. pr̃ naturalis.
de leg.3. & in hoc oēs concor. nec expedit dicere, ꝙ condõ reij-
ciat̃,quia in hoc erat dubitatio inter antiquos Doc.an condõ ca
ſualis eſſet reijcienda,& quaſi oēs Doct.tenebant, ꝙ non,qa in-
ducit p̃teritionem,ſed Bar.tenet ꝯ̃trium in l.ſuus quoq;. ſ̃.de hæ-
re.inſti.ſed illud qñ apparet,ꝙ condõ fuit appoſita, hic nõ appa
ret niſi quia reliquit pro dote, uel pro ipſa maritanda, iõ potius
cenſet̃ uoluiſſe apponere condõnem,requirit̃ tñ ꝙ relinquat̃ iu
re inſtõnis.alias non ualeret teſtm̃,in Auth.ut cum de app co.
§.aliud quoq;.Item aduertendum ſi in alia parte teſtamenti iure
inſtõnis reliquiſſet lrīmam, ultra illam relinquendo q̃titatem ꝓ
dote legatum eſſet condõnale,ſicut in extraneo.Circa tertium
paſſum,qd iuris attenta forma ſtatutorū ſi dicant, ꝙ filia dotata
non ſuccedat extante maſculo.Bar.p̃mittit ꝙ dotata dr̃ illa quæ
a nondum eſt nupta,ſed ei eſt relictū pro dote,[a] qa ſufficit ꝙ pater
actum dotandi circa eã exercuerit,ut no.in l.cum pr̃es.§.fi.in gl.
ſed quid.de admi.tu.& allegat pr̃es alias ll.& cõem vſum loquē-
di, & qa dicimus aliq̃ dotatã qñ pr̃ conſtituit in dotem in teſtõ,
ex hoc ſequit̃,ꝙ tunc ſibi vendicat locum ſtatutum, ut excludat̃
ſicut ſi fuiſſet nupta,& dos data per patrem . Scđo p̃mittit,ꝙ cū
filia excludat̃ a ſucceſſione paterna vſ̃. non debet̃ ſibi lrīma , qa
lrīma eſt pars debita ab inteſtato.l.parentib.C.de inoffi.teſta.ſed
iſta nihil erat habitura ab inteſtato extante maſculo poſtq̃ erat
dotata per tale relictum ſcm̃ in codicillis. Ex hoc ſequit̃ ꝙ iſtud
relictum eſt condõnale,ſicut ſi eſſet ſcm̃ ab extraneo,qui nõ te-
net ad lrīmam,& ſic anteq̃ nubat non põt peti,& ſi decedat, nõ
tranſmittit,& de hoc millies fuit interrogatus. Ric.Mal.dixit ꝯ̃riū
qa ſtatutum non põt auferre lrīmam directõ,uel indirectõ,quia
debet̃ de iure naturali ſicut alimenta , dicit tñ ꝙ bñ põt minue-
re,de quo ẽt per Dy.in c.indultum.de reg.iur.lib.6.Cy.& Bar. ꝯ̃.
nam ſi põt minuere,ergo tollere,qa ſi non poſſet tollere nec mi
nuere ꝓbant in l.qđ de bonis.§.fi.ad l.Fal. licet illam nõ allegēt,
& ſi poſſet minuere in q̃ntate, poſſet ẽt in tp̃e, & in cauſa. & ſic
poſſet facere relictum condõnale, quia tunc minuitur in cã , &
in tp̃e,concludunt ꝙ ſubſiſtente cã lrīma,puta pp exiſtentiã ma
ſculorum, fauore agnationis ſtatutum poſſet lrīmam in totum
tollere,& ſic tale relictum erit condõnale. Aduerte tu diligēter,
qa Bar.vr̃ in dictis ſuis ꝯ̃trius,quia vult ꝙ relictū ſit condõnale,&
vult ꝙ pp ip̃m dicat̃ dotata,& excludat a ſtatuto,certè ſi eſt con
dõnale non eſt dotata anteq̃ condõ ueniat,argumento in l.cede
re diem. de uerb.ſig.ſicut inſtitutus ſub ꝯdõne non dr̃ inſtitut9.
Et tanq̃ præteritus olim dicebat teſtm̃ nullum. l.ſuus quoq;. de
hære.inſt.ſi ita eſt,ergo non excludit̃ tanq̃ dotata, & per ꝯñs ſibi
debetur lrīma quę vr̃ purè relinquenda,& iſta ſunt ꝯ̃ria,ꝙ ſit pu
rum,uel condõnale.p̃terea reſultaret inconueniēs, quia ſtatutū
excludit pp dotem,& ſic vult ꝙ dotem hēat, arg. in l. qui hēbat.
de hære.inſti. & tunc põt contingere, ꝙ non habebit ſi decedat
añ,uel non vult nubere,ſed ꝯtinentiam ſeruare,& tñ erat exclu
ſa a ſucceſſione,Bal.in l.ſancimus.p̃allegata.uidit hoc dubiū, &
ceſpitat in ſolõne,nec aliquid boni dicit. Ego pluries conſultus
taliter diſtinxi.Si ſtatutū dicat,ꝙ extante maſculo: filia non ſuc-
cedat,ſed dēt dotari,& tunc procedat opi. Bar quia non excludi
tur niſi pp exñtiam maſculi,& qđ ſubdit,& dēat dotari,dēt intel
ligi ſi maritabit̃. aľs dotatio non eſt neceſſaria , & tunc filiæ non
debet̃ lrīma,nã ab inteſtato non ſuccederet cū maſculo , ẽt ſi pr̃
nihil reliquiſſet pro dote,ergo nec lrīma debetur , ſi ergo tūc pr̃
b reliquit pro dote,[b] non cenſet̃ relinquere pro lrīma,q̃ non debe
tur,ſed tanq̃ extraneus præſumit̃ ꝙ uelit, ꝙ dotem hēat qñ eam
habuiſſet,ſi non reliquiſſet.ſ.cum maritabit̃. Si aūt loquat̃ ut po
nit Bar.ꝙ filia dotata non ſuccedat cū maſculo,tūc Bar.bene di-
cit verū , quia imò relictū eſt purū , aľs non diceret̃ dotata.& ſic
non eſſet excluſa a ſtatuto,& tunc põt peti, & ad hr̃dem trãſmit
ti. Tene menti,quia hanc diſtinct. nullus facit,& eſt ipſa ueritas.
9 †Quid ſi pr̃ ſimplr̃ relinquat puellæ nubili uel aľr,dicit Bar. in l.
ꝙ aūt.de iu.dot.per illū tex.cū glo. ꝙ attenta qualitate perſonæ
cenſet̃ reliquiſſe pro dote , qđ perpetuo tene menti. Item quid ſi
filia non vult recipere dotē a fratre.ut poſſit cum eo ſuccedere,
& non excludatur a ſtatuto.Bal.in l.fi. C.de pact. tangit & dicit
ꝙ ſufficit fratri dotem illi offerre, & eam a ſucceſſione exclude-
re, qa non põt filia ſibi auferre bñficiū ſtatuti , & iſta qõ ꝓcedit
ſi ſtatutū dicit,ꝙ non ſuccedat,ſed dēat dotari,ſed ſi dicit , ꝙ do-
tata nõ ſuccedat,tūc aut fuit ſibi relictū a patre pro dote, & idē
aut

ADDITIONES.

a Relictum pro dote.Adde eundem Pau.de Caſt.conſi.197.in antiquis, inc.in puncto quæritur.col.3.

b Reliquit pro dote. Et ꝙ tale relictum non ſuccedat loco legitimę, adde Alex. de Imo.qui refert & ſequitur Pau.hic in conſi.3.ver.ſi p̃terea ſtatutum. in 5.volu.

aut ſibi nihil fuit relictum, & tūc quia non reperitur dotata tpe
quo deſertur ſucceſſio, non hēt locum ſtatutum, quia dēt intel-
a ligi de dotata tpe delatæ [a] ſucceſſionis, cum qualitas iuncta ver-
bo &c.l.in delictis.§.ſi extraneus.de noxa.& l. Titius.de teſta. mi
lita. & ſuccedet cum maſculo non obſtante oblatione maſculi.
50 †Quid eē ſi petat dotem, non tñ vult nubere, ſed in domo conti-
nentiā ſeruare, maſculus dicit ſe non teneri ad dotē niſi nubat,
Bal.mouet iſtud dubium in l.pactū.C.de colla.& dicit ꝙ eſt ſibi
ſoluenda.Iſtud procedit ſi pr̄ ſibi reliquit, qa eſt putum, vt ſ̄.dixi
qñ ſtatutum excludit ſiliā dotatā, ſed ſi ſimpl̄r, & mandat eā do-
tari, tunc non debet dotari niſi nubat, & relictum ſibi factū ſiſt
non deberet niſi nuberet: ita limito dictum Bal. Item quid ſi ma-
ſculus non vult ſororem excludere a ſucceſſione, nec eam dota-
re, ſed eā admittere, & ꝙ dotet ſe de ſua parte, qa fortè hr̄ditas eſt
modica, & ſm qualitatē perſonæ nō eſſet ſufficiens pars ſua? Bal.
tangit in l.maximum vitium.C.de libe.præte. & tenet ꝙ maſcu-
lus poſſit hoc facere, qa ſtatutum eſt factum eius fauore, cui pōt
renunciare, maximè dicto caſu qñ plus inferret incommodi, q̄
commodi, & puto ꝙ verum dicat, & ad illā qōnem, an legitima
poſſit diminui, vel tolli, & an excluſo a ſucceſſione legitima de-
beatur, vide quod no.idem Bal.in l.cum lege.C.de epiſ.& cler.in
auth.nunc autem, & in l.ſi quemquam.eo.tit.

ADDITIO.

a Delatæ ſucceſſionis. Adde Alex.de Imo.qui dicit hanc opi.communem, & alle-
gat Pau.hic in conſi.94.col.pen.in fi.in 3.vol.

LEX LXXI.

5 *Conditio negatiua licet poſſit impleri viuo legatario, ſi tamen non ſine expe-
ctatione triſtis euentus locus eſt cautioni Mutianæ.*

3 CVm tale. †Licet condō negatiua poſſit impleri
viuo legatario, ſi tñ nō ſine expectatio-
ne triſtis euentus locus eſt cautioni Mutianæ.h.d.ſecus
ſi ſine expectatione triſtis euentus, quia expectaretur ꝙ
impleatur, & primo non poſſet legatum peti licet cautionē of-
ferre j̄.proxi.§.& no.tex. cum gl.iſta condō ſi nunq̄ diſceſſerit a
liberis, nō reiicitur, nec ex eo ꝙ infringatur libertas eius.ſ̄.l.pro-
xima.§.ſecundo, quia hic cōcernit vtilitatem libertorum, ibi nul-
lius, vt ibi dixi, nec ex eo ꝙ inducat viduitatem, quia poteſt nu-
bere, & tamen a liberis nō diſcedere, ſecus ſi dixiſſet ſi nubendo
a liberis non diſceſſerit.ſupra eo.l.ſed ſi hoc.§.fi.

5 *Conditio negatiua ſi poteſt impleri viuente legatario ſine expectatione tri-
ſtis euentus, non poteſt impleri per cautionem Mutianam, ſed expectatur
quòd vere impleatur.*

2 *Hæres grauatus de reſtituendo poſt eius mortem, tenetur reddere rationem de
geſtis in eius vita, & an veniat dolus vel leuis culpa.*

*Hæres quod ad inſtantiam fideicommiſſarij teneatur facere inuentarium, vt
adueniente conditione ſciatur quæ bona erant in hæreditate, & quæ defi-
ciant, & vt ſic hæres teneatur de mala adminiſtratione, & quid in legata-
rijs. & nu. 3.*

3 *Si non conficiat inuentarium, an tunc prohibeatur detrahere Trebellianicam
ſicut in Falcidia.*

5 §.Titius hæredem. †Si condō negatiua pōt im-
pleri viuente legatario ſine
expectatione triſtis euentus, non pōt impleri per cautionē Mu-
tianā, ſed expectaī ꝙ vere impleat. Item dictio, ne, ſi apponaī ei,
qđ venit implendum añ q̄ſitum emolumentum, facit ꝯdōnem:
ſed ſi poſt q̄ſitum, facit modū. Item liberatio a reddendis rōnib.
pro adminiſtratione futura, vel p̄terita, vel vltimis voluo. nō in-
cludit dolum, ſed culpam tm̄, h.d. vſq; ad §.reſcriptum. & p̄mit-
te, ꝙ pro fideic condōnali, vel in diem p̄t peti cautio ex ti. vt leg.
no.caue. Item ꝙ emanauit conſtō Imperialis, vt teſtator poſſit il
lam cautionē remittere.C.vt in poſ.leg.l.ſcire. Dr̄ ergo hic, ꝙ etiā
anteq̄ illa cōſtō eſſet facta, ſi relictum erat fideicommiſſum ſub
condōne, ſi illa cautio non fuerit petita non erat locus cautioni
Mutianæ, qa hæc condō poterat impleri viuo legatario ſi ꝯtin-
geret hr̄dem grauatum primo mori, & expectare mortē eius nō
erat triſte legatario, qa erat penitus extrane[9], multo fortius poſt
illam conſti.non eſt locus cautioni, qa teſtator illam ꝯdōnē ap-
ponendo cenſeī cautionem remiſiſſe.l.auia.§.fi.j̄.eo.& valet re
miſſio.d.l.ſcire. & ſic eſt duplex rō hic quare non eſt locus dictæ
cautioni, prima, quia cenſeī remiſſa, ſcđa quia, & ſi non eſſet re-
miſſa, poterat impleri viuo legatario. Certè eſt tertia rō, q̄ vr̄ for
tior, quia fideic.fuit relictum ſub duplici condōne. l. illa de qua.
ſ̄.item poſt mortem hr̄dis, & ſic ſub ꝯdōne ſi legatarius ſuperui-
uat, cū ergo fideicommiſſum ſuſpendaī per iſtam condōnem af-
firmatiuam, pp illam negatiuā non caueī, qa non ſufficit illā im
pleri, niſi alia impleaī.l.ſi hr̄di p̄ſes.de condi.inſti.& eſt caſus j̄.e.
l.auia.§.Mutiana.& miror, ꝙ iuriſc.laborauerit hic ad oñdendū,
ꝙ non eſt locus cautioni Mutianæ pp duas rōnes p̄cedentes ex
quo ſubeſt iſta tertia rō. In text.ibi (non interponendæ quidem
cautionis.) ſ.inquantū dixit, (ne ſatis &c.) nā ſatiſdatio legatorū
petiī ante q̄ſitum emolumentū legati, vel fideicōmiſſi, vt adue-
niente ſoluaī. In tex.ibi (modus adhibitus) ſ.inquantū dixit (neq;
rō exigaī,) nam rō adminiſtrationis p̄ tpe quo hr̄s grauatus re-
ſtituere vixit, petitur poſt q̄ſitum emolumentū.ſ poſt mortē gra
uati. Et poſt reſtōnem fideicōmiſſi, & ſic illa verba q̄tum ad hoc
a faciunt modum non ꝯdōnem. †No. ergo ꝙ hr̄s grauatus de reſti
tuendo poſt eius mortē, tenetur reddere rōnem de geſtis in eius vi
ta, quid aūt veniat in hoc an dolus, vel leuis culpa. dic vt ſ̄.de le-
ga.j.l.ſi ſeruus.§. cū quid.& l.mulier.§. ſed & enim.cū p̄ced.j̄.ad
Treb. Ex hoc dūt Doc.ꝙ hr̄s ad inſtantiā fideicōmiſſarij tenetur
facere inuentariū, vt adueniente ꝯdōne ſciatur, q̄ bona erant in
hr̄ditate, & q̄ deficiant adueniente ꝯdōne, vt ſic hr̄s hr̄dis teneaī
de mala admiſtrōne, & habui hoc anno de fcō, qa cum quidam
fideic. ad quē teſtōr voluit ſua bona peruenire ſi filij decederēt
ſine liberis, volebat ꝙ tutor filiorū faceret inuentarium, in quo
oīa deſcriberentur, & ipſe volebat hr̄e copiā qa erant multa mo
bilia, ne diſſiparenī, vt adueniente ꝯdōne ſi erant diſſipata, pete
renī ab hr̄dib. eorum. Dicebaī ꝯtrium, ꝙ licet hr̄s ſi vult, ne te-
neaī vltra vires, & vt poſſit detrahere Treb. poſſit inuentariū cō
ficere.l.fi. C.de iur.deli. non tñ reperiī lex q̄ ꝯpellat ipm̄ ad hoc,
& maximè non videbaī, ꝙ poſſet compelli facere ad vtilitatē al-
terius, qa lex illa emanauit ad vtilitatem hr̄dis. ꝯtrium conſului,
& allegaui iſtum tex. vbi Doc. vūt hoc terminare, quia hic dr̄ ꝙ
teneī reddere rōnem, ergo conficere inuentarium, qđ eſt caput
rōnum.arg.l.j.§.officio.de tutel. & rō.diſtr.ſicut & tutor.l.tutor
qui repertorium, de admi.tuto. Sed aduerte, qa in hoc inuenta-
rio, qđ nō fit ad commodum hr̄dis, & de quo loquiī l.fi.nō ſunt
neceſſariæ ſolennitates illius l.ſed ſufficit, ꝙ fiat eo modo quo tu
tor tenetur. Ex hoc ſequiī, ꝙ teſtator pōt remittere ſi vult, ſicut &
tutori.l.fi.ac ibi.tu. C. non ſic poſſet remittere ꝯfectionem inuen-
tarij, de quo in l.fi. vt ſic ſi non ſit fcm̄, non teneaī hr̄es vltra vi-
3 res, ſaltem creditorib. qa non p̄t illis p̄iudicare. †Idem vr̄ in legata
rijs, qa fauore publico fuit inductum ad obuiandum ne hr̄s bo-
na ſurripiat vel occultet. vr̄ ēt ex p̄dictis, ꝙ ſi hr̄s non conficit, cū
teneaī ad inſtantiam fideicommiſſarij vl̄is, non poſſit detrahere
Treb. ſicut nec Falc. ſm Bal. Sed ſm quod dixi, cum hic non lo-
quatur de illo inuentario, de quo in l.fi. non vr̄ ꝙ patiaē illā pœ-
nam, qa tex.in Auth. de hære. & Fal. q imponit illā pœnā in Fal.
loquitur in inuentario, de quo illa l. fi.no. & tene menti p̄dicta.
In tex.ibi (Idemq;) ſ̄, qñ fuit remiſſa rō adminiſtrōnis futuræ, qa
tpe teſtamenti hr̄s non adminiſtrauerat, ſed ſperabat adminiſtra
re, hic qñ per p̄terita, & ſic no. vnum quod vr̄ ꝯ cōem opi. Dy. &
aliorum, qui dūt ꝙ l.quidam decedens. de admi.tuto.cum ſimil.
in quib. dr̄ ꝙ qñ relinquitur liberatio a reddendis rōnib. cenſeī
relicta de culpa, non de dolo, locum hūt in adminiſtrōne præte
rita, non in futura, quia pro futura ēt culpa non vr̄ remiſſa, ne
detur materia negligendi, quod vr̄ ꝯ iſtum tex.in ver. præced.vbi
adminiſtratio erat de futuro, & ſic ponuntur ad paria iſti duo ca
ſus. Tene menti, quia Docto.ibi non allegant. In glo.quæ incipit
(ſatiſdat) ibi (alias non inuenio iure nouo). ſ.ꝙ hēat cauere ſub.
ſm Dyn. ꝙ nec etiam inuenitur prohibitum, niſi quando frater
fratri, vel pater filijs rogatus eſt reſtituere. l.iubemus.in prin. ad
Treb. ergo in alijs remanet correctus titulus, vt leg. no.ca. j̄. ad
muni.l.j.§.fi.& ita no.in l.cum Archimedoram.C.vt in poſ.lega.
Item dicit Dyn.ſuper iſta gl.hæredem rogatum teneri facere in-
uentarium, allegat l. Ariſto.ſupra de iure delibe.

t *Conditio nuptiarum collata in arbitrium tertij, reijcitur ſicut conditio vidui-
tatis, quia poteſt per indirectum inducere viduitatem.*

x §.Reſcriptum eſt. †Cōditio nuptiarum collata
in arbitriū tertij, reiicit ſicut
condō viduitatis, quia poteſt per indirectum inducere viduita-
tem. Item defectus condōnis, q̄ a iure reiicitur, legatum nō facit
deficere, dic vt ſ̄.de leg.j.l.turpia.§.j.& quod ibi dixi. In glo. fi.ibi
(reſponde fortè valet) tu dic contra ſm Docto. quia non refert,
an apponatur conditioni ſubſtantiæ, vel reſolutioni.ſ̄.eo.l.quib.
§.quidam Titio. Item per caſum.in l.quoties.ſupra eod.

5 *Tempus mortis ſi adijciatur cum conditione de non nubendo tam conditio,
quam tempus reijcitur.*

5 §.Mæuiæ. †Si cum condōne de non nubendo adiiciaī
tp̄s mortis tam conditio q̄ tp̄s reiicitur, ſecus
ſi adiiciatur aliud tp̄s, quia tunc adiicitur conditio, & non tp̄s.
Rationem diuerſitatis dic, vt in gl. primo caſu potius cenſeī adie
ctum tempus ad explendum conditionem negatiuam, quia ve-
rè non impletur vſque ad mortem, ideo reiecta conditione, quę
eſt principalis, reiicitur tempus, ſecundo caſu non cenſetur po-
ſitum ad illum finem, ſed ad differēdam ſolōnem vſque ad illud
tp̄s poſito, ꝙ conditio ſit impleta reiicitur ſicut alia conditio. j̄.
eo.l.auia.§.Mutiana. In gl.mag.ante fi.ibi (propter publicam vti-
litatem) ſm iſtam opi. etiam ſi apparet de intentione teſtatoris,
ꝙ noluit tempus mortis apponere ad finem conditionis explen
dæ, ſed differendæ ſolōnis, adhuc reiicitur tempus tanquam ſit
ꝯ publicam vtilitatem, quod non eſt verum, nam ſi eſſet appoſi-
ta conditio ſi nō nupſerit, & legatum eſſet collatum in tempus
mortis mulieris, non reiiceretur tempus, & hoc eſt clariſſimum,
ergo idem ſi fuit appoſita, & tempus non fuit appoſitum ad fi-
nem conditionis explendæ cum ſit eadem ratio.

Falſa

1 *Falſa cauſa non uitiat legatum, niſi legato cohæreat, uel probetur teſtatorem non fuiſſe aliter relicturum.*
2 *Aliud eſt ratio, aliud cauſa.*

1 §. Falſam cauſam. † Falſa cã non vitiat legatũ, niſi legato cohær̃at, vel probet̃ teſtatorẽ non fuiſſe alt relicturum. h.d. adde tertiũ caſum, vel niſi fuerit ꝯdõnaliter appoſita, ut ſ. ea. l. demonſtratio. §. qđ aũt iuris. q̃ oĩa declara, vt ibi dixi. Et hoc in cã de p̃terito, q̃ eſt ꝓpriè cã, ſed de futuro eſt potius modus, qui ſi non implet̃ reſoluit. l. qb. dieb. §. fi. ſ. eo. & ꝓcedit hic § & qñ falſa cã per errorem fuit expreſſa, ſi aũt ſcienter & ſi cohæreret legato, non vitiaret. l. j. C. de fal. cau. adiec. leg. vt lego tibi. centũ, qa tibi teneor, vel lego liberationẽ, qa mihi teneris, & tunc dr̃ cohærere, qa ſi vera eſſet, teneret libera-
2 re. glo. dicit idẽ in tõne l. ſed aduerte † aliud eſt rõ, aliud cã, cauſa eſt q̃ impellit aliquẽ ad aliquid faciendũ: ſed rõ eſt quã cũ facis, adiicis, & exprimis. prima. ſ. cã, licet ſit falſa, ſicut non vitiat legatum, ita nec vitiat̃ lex, vnde licet eſſet falſum qđ dr̃ de Calphurnia, ꝙ dederit cãm edicto, nihilominus edictũ non vitiaret̃. Sic licet eſſet verũ qđ dr̃ de illa Gregoria, de qua in Auth. de teſt. & ea q̃ pa. ꝙ dederit cãm illi l. nihilominus nõ vitiaret̃ illa lex, ſed in rõne q̃ adiicit̃ a faciente qñcunq; ceſſat, ceſſat & lex. l. adigere. §. q̃uis. de iure patro. & & diſpõ teſtõris. l. cum pr̃. §. dulciſſimis. de leg. 2 ſm Bar. & bene, & ſic non eſt differentia inter legem, & diſpoſitionem teſtatoris, ſed inter cauſam, & rationem.

1 *Conditio de futuro, quæ fundatur ſuper aliquo de præterito uel præſenti, quod eſt falſum, tanquam impoſſibilis reiicitur.*

1 §. Falſam conditionem. † Condõ de futuro, q̃ fundat̃ ſup aliquo de p̃terito, vel pñti, qđ eſt falſum tanq̃ impoſſibilis reiicit̃, ſecus ſi non erat falſum tpe teſti, ſed facto teſtatoris efficiat̃ falſum, qa dr̃ defecta condõ & legatum deficit. h.d. Et reputo ſatis notabilẽ iſtũ §. maxime in vlt. dicto, qa ſi teſtator legat alicui ſub conditione, puta ſi ſoluerit tali, vel capellã fabricauerit, & teſtator viuens ſoluat, cenſet̃ legatũ reuocaſſe, qa fecit ꝯdõnem deficere, ꝓ hoc facit, qa ſi hoc onus adiectũ per viã modi teſtator reuocaret, cenſeret reuocaſſe legatũ. l. filio. §. mr̃i. de adi. leg. & l. alũnæ. §. Seia. eo. ti. eodẽ mõ ſi per viam condõnis, explendo ꝯdõnem vr̃ legatũ adimere, vt hic. Tene menti: aliq̃ſi hr̃ ꝓ impleta qñ facto teſtõris effecta eſt impoſſibilis, vt no. p Dy. & Bart. in l. miles. §. fi. de adul. In text. ibi, (falſam condõnem). i. fundatã ſuper falſo. In tex. ibi, (ſi qd Titio debeo,) & ſic non expreſſi q̃titatem, & ſic nõ apparet qd debeat̃, & qd ſit ſibi ſoluendũ reddit condõ impoſſibilis, & ſic reiicit̃. ſ. e. l. obtinuit. Quid ſi expreſſi q̃titatem, vt lego decem, in quib. teneor, & tñ non teneor: põt dici ꝯtrium, & ꝙ nõ dicat̃ impoſſibilis, imò ſit implenda, qa falſa demonſtratio, ſicut non vitiat diſpõnem, ita nec ꝯdõnem, ſi conſtat de corpore vel q̃titate, q̃ eſt ſoluenda gr̃a condõnis implendæ. Opponitur nunc ꝙ iſta condõ tanq̃ falſa vitiat legatũ. l. cum in ſcdo. de inu. teſt. Sol. ibi qñ condõ eſt de p̃terito, vel pñti, vt lego ſi Titius eſt vel fuit conſul. q̃ eſt propriè falſa ſi non eſt, vel fuit, & ſtatim vitiat, ſed hic fuit de futuro. ſ. ſi ſoluerit, licet dependeat ex aliquo pñti, quod eſt falſum, vnde non dicit̃ propterea falſa, ſed impoſſibilis, ideo vitiat, & non vitiatur & hoc voluit glo. in effectu.

1 *Verba non debent operari contrarium eius ad quod inducta ſunt.*
2 *Si ſunt prolata ad augmentum, non debent operari diminutionem.*

1 §. Falſam legati. † Verba ꝓlata cã minuendi legatũ non importãt augm̃, nec legatum
2 inducunt. h.d. & ſp allegat̃ † ꝙ verba non debent operari ꝯtrium eius ad quod inducta ſunt, & eꝯ ſi ſunt prolata ad augm̃, nõ debent opari diminutionẽ. l. fi. circa med. C. de agen. in reb. lib. 12. & l. 3. §. ſi emancipatus de ꝯtab. ibi non. n. &c. & l. Lucius. de ali. leg. & l. ſi mancipia. de ſun. inſtru. No. ꝙ licet falſa demonſtratio non vitiet legatum, nec & ipſum inducit, ſi non apparet fuiſſe factum: ſed opponit̃, ꝙ inducat de l. deniq;. §. interdũ. de leg. Solu. ſi grauarem te vt ex cẽtum quæ tibi legaui, dares Titio quinquaginta, tunc quia iſtud grauamen non põt tenere niſi aliquid ſit tibi relictum, ſaltẽ illa quinquaginta vir relicta, vt ibi, quod no. in l. alio. de ali. & cib. lega. ſed ſi non grauo te, ſed hr̃dem meum, tunc quia grauamen poteſt ſtare in perſona hæredis abſque hoc ꝙ inducatur legatum in perſonam tuam non inducitur, iſte eſt caſus hic ſecundum Bart. & bene.

LEX LXXII.

1 *Hæres liberatur cedendo actionem, contra primum legatarium.*
2 *Cautio Mutiana non præſtatur niſi pro tali conditione negatiua, quæ non poſſet perfectè impleri quouſque legatarius viuat ſecus ſi poſſibile eſt eam impleri eo uiuente, dummodo ſine expectatione triſtis euentus.*
3 *Non eſt imputandum alicui ſi crediderit cui erat veriſimiliter credendum licet remanſerit deceptus, & quod ſi fuit nimis credulus.*
4 *Ei qui fecit quod potuit, & nihil omiſit de contingentib. nihil põt imputari.*

5 TItio fundus. † Lex iſta idem dicit qđ lex cũ ſub hac. ſ. eo. Addit tñ duo, quæ ſunt in ver. ſed ſi cautio. & in verſi. ſi tñ Titius, & in illo ver. ſed ſi cautio eſt caſus de eo quod dixi in d. l. cum ſub hac. ꝙ hæres liberat̃ cedendo actionem contra primum legatarium.
2 h.d. † In tex. ibi, (quæ morte legatariorum finiuntur.) Not. quòd cautio mutiana non præſtatur niſi ꝓ tali conditione negatiua quæ non poſſit perfectè impleri quouſque legatarius viuat: ſecus ſi poſſibile eſt eam impleri eo viuente. ſ. l. proxi. §. j. dummodo ſine expectatione triſtis euẽtus, alias ſecus, vt in pnn. l. In tex. ibi, (& fundum ei dedit) Bal. no. iſtud verbum, ꝙ importat. i. dominium tranſtulit, ſed ꝯ, nonne erat tranſlatũ ipſo iure præſtita cautione mutiana per quam legatum fuit purificatũ, & iſta cõparantur? vt no. in Auth. de ſanc. epiſ. § ſed & hoc præſenti, dicit Bal. ꝙ nõ, quia procederet ſi ꝯdõ uerè impleretur, ſed hic impletur fictè, unde non operatur dñij tranſla. ac ſi eſſet purè, ſed facit ut oriatur actio perſonalis ex teſtõ, & transferatur dñiũ traditione ſecuta, quod eſt no. ſecundum eum. poſſet dici ꝯtrium cũ iſta fictio idem operetur, quod ueritas, quantum ad id quod fuit relictum ſub hac condõne. l. Mutianæ. §. eo. licet non q̃tum ad partem coniuncti, ut ſibi poſſit accreſcere. ĩ. l. proxi. & tex. poteſt exponi, (dedit). i. tradidit. ſ. eo. l. Mæuius. In tex. ibi, (utili actione) i. efficaci. ſecundum gl. Nam datur actio directa ex teſtõ ꝯ hæredem, qui fuit grauatus vtrique legatario tam primo q̃ ſecundo, habet etiam rei uen. ꝯ primum legatarium ſm glo. & ſic dñium ipſo iure transfertur in ſecundum adueniente condõne tranſlationis factæ in ſecundum. poteſt etiam dici ꝙ debetur utilis ex ſtipũone interpoſita per hæredem, & antequam cedatur in ſubſidium ſi non eſt hæres, qui cedat. l. j. in fi. de inſtro. & dabitur ꝯ legatarium, & fideiuſſores eius, ſed ſi eſt hæres, aget ꝯ eum vt agat,
3 & recuperet fundum, & ſibi tradat. l. ſi ſic. §. fi. de leg. j. † In tex. ibi, (defecerit,) gl. intelligit, quia non fuit præſtita, licet diligẽter fuerit petita, ſed tunc non debuit dare, & ſi dedit, fuit in dolo. l. dolo. ad l. falc. & ſic non liberaretur actionem cedendo, cuius ꝯtriũ ſtatim ſequitur, ꝓꝑ hoc glo. tenendo ſuum intellectum dicit ꝙ Titius non cauerat, nec fideiuſ. dederat, ſed promiſerat dare: ſed quia erat fide dignus, hæres ſibi tradidit, unde excuſatur a dolo, quæ gl. ſemper allegatur, ꝙ non eſt imputandum alicui ſi crediderit cui erat veriſimiliter credẽdum, licet remanſerit deceptus, & ſic limitatur regula de qua in l. j. de eo per quem fac. eſt. ubi dicitur ꝙ imputatur alicui ſi fuit nimis credulus. Fallit in caſu huius gl. facit l. ſi quis affirmauerit. de dolo, ſed reiectis iſtis. (licet ſint bonæ) potes exponere ſecundum doct. ꝙ immo fuit præſtita, & dati fideiuſ. ſed poſtea Titius & fideiuſ. fuerunt facti non ſoluendo, ſed fundus erat per eos alienatus, & peruenit ad manus potentis, a quo non poterat euelli: unde uidebatur ꝙ hæres teneretur ſcđo legatario ad æſtima. quaſi iſte caſus ſibi imputetur. ꝯtrium dr̃ per rõnem quæ ſequitur, qa ſibi nihil põt obiici, ex quo
4 a principio fuit diligens. † Not. ergo ꝙ ei qui fecit, quod potuit, & nihil omiſit de contingentibus, nihil poteſt imputari. facit l. ſi ea. C. de his quibus ut indi. In tex. ibi, (cum in Aſiam veniſſet,) ſic extitit conditio tranſlationis factæ in Sempronium, merito decedens tranſmittit: ſecus ſi primo deceſſiſſet.

LEX LXXIII.

1 *Ei qui admittitur ad partem ſuam de iure ſpeciali contra uoluntatem defuncti portio coniuncti deficiens non accreſcit.*
2 *In hæreditate licet quis ueniat de iure ſpeciali, & contra uoluntatem defuncti ad partem ſuam, nihilominus habet ius accreſcendi.*
3 *Legatarius minor, ſi repudiauit partem ſuam legati, poſtea reſtituitur ad eandem, quòd ſibi accreſcat portio coniuncti deficiens.*
4 *Si ex forma ſtatuti extante maſculo non ſuccedit fœmina, & unus puta ex duobus maſculis repudiat partem ſuam, an accreſcet in totũ alteri maſculo.*

1 MVlieri & Titio. † Ei qui admittitur ad partem ſuam de iure ſpeciali ꝯ voluntatem defuncti, portio coniuncti deficiens nõ accreſcit. h.d. iſta ſingularis lex. quæ fortè non eſt alibi. & Bar. in l. re coniuncti. ſ. de lega. 3. facit de ea magnum feſtũ. intellige tamen duobus concurrentibus, ut dixi, ꝙ admittatur de iure ſpeciali, & contra uoluntatem, ſi autem ſm uoluntatem iure ſpeciali, eſſet diſtinguendum, an admittetur ꝯ eum qui uenit de iure communi, & haberet ius accreſcen. l. fi. §. fin. de legat. præſtan. aut contra illum qui uenit de iure ſpeciali, & non habe
2 ret ius accre. l. j. §. fi. & l. 3. §. ſed & ſi coniuncti. ei. eo. tit. † Item prædicta in legatis, non in hæreditate, in qua licet quis ueniat de iure ſpeciali, & contra uoluntatem defuncti ad partem ſuam, nihilominus habet ius accreſcendi. l. ſi duobus. de contratab. & de coniung. cum eman. liber. l. j. §. ſi quis ex nepotibus. In tex. ibi, (ſi non nupſerit,) uidetur ꝙ iſta condõ concerneret tantum perſonam mulieris, cum reſpiciat factum eius. Sed contrarium eſt, ex quo fuit appoſita poſt expreſſionem & nominationem utriuſque legatarij, quod no. ſecus ſi poſt nominationem mulieris, & ante nominationem Titij, ita loquitur l. fi. §. Seio. de lega. 2. allegata pro ꝯria in glo. ſuper uerbo, (partem.) In tex. ibi, (quandiu Titius uiueret, & in eodem ſtatuerit.) hoc ideo uidetur dicere, quia non debet eſſe deterioris conditionis iſta mulier, quàm ſi condõnem impleuiſſet, ſed ſi impleuiſſet, & ſic Titius fuiſſet admiſſus ad partem uſusfruct. & poſtea decederet, uel capite mi-

mutus eſſet,portio ſua accreſceret mulieri,ergo & nũc accreſce-
ret non impleta ꝯdõne, & ſatis eſt ꝙ priuetur iure accreſcendi Ti-
tio viuente,& capite non diminuto,qa tunc admittit̃ ad partem
ſuam cũ dãno & iniuria Titij, qa nubendo facit deficere legatũ
Titij,ſed ſi Titius eſſet mortuus,uel capite minutus, nullam in-
iuriam faceret mulieri:ſed mors ſua & capitiſ diminutio.glo.tñ
vr̃ uelle ꝙ ẽt hoc caſu portio Titij non accreſcat mulieri, quia
tunc accreſcit qđ finit̃,ſed nõ finit̃ qđ nõ incępit.Mihi vr̃ prima
pars verior,qa tex.nõ ſine myſterio ſic locutus eſt, & licet in vſu
fru.ſit hoc ſpeciale,ꝙ poſt emolumẽtum q̃ſitũ & finitũ, locũ ha
beat ius accreſ.l.j.§ interdum. de uſufr. accreſ. non tollitur ꝑpea
qn habeat locum añ q̃ſitũ emolumentum deficiẽte parte ꝯiun-
ctĩ,qa ſi hoc eſt in relicto ꝓprietatis, fortius in relicto uſufru. no.
ergo ꝙ ꝯdõ iſta q̃ cenſetur appoſita vtriq;licet reijciatur in pſo-
nã mulieris,non tñ reijcit̃ in pſonã Titij,qa ceſſat rõ,q̃ eſt in pſo
nã mulieris,niſi ſit coniuncta, ita ꝙ præſumptio ſit ꝙ mulier nõ
nuberet ſine eius volũtate,qa reijceretur in pſonã utriuſq;, vt in
j.gl.In tex.ibi(partẽ)ſub.duntaxat,& dic ſuã,nõ Titij, licet defe-
ctam ꝑp defectũ ꝯdõnis, remanebit ergo illa penes hæredem. In
tex.ibi(tñ eñ.)ꝓbat ꝙ nõ debeat hr̃e niſi partem ſuam,qa non
dẽt eſſe melioris ꝯdõnis nubẽdo q̃ ſi non nuberet: ſed tunc non
hr̃et niſi partem ſuam,alteram hr̃et Titius: ergo nec nunc, licet
Titius ſuam nõ hẽat, cum Titio faciat damnum & iniuriam, ut
ſ.dix.Eſt & alia rõ,qm̃ admittitur de iure ſpeciali non impleta ꝯ-
dõne,& ꝯ̃ uoluntatem defuncti ex quadam diſpenſatione: & ſic
no.& ad hoc allegatur,ꝙ diſpenſationes ſunt ſtricti iuris. facit.c.
3 j.de filijs presb.in 6.† Ex ꝑdictis rñdetur ad qõnẽ.Si legatarius mi
nor repudiauit partẽ ſuã legati,poſtea reſtituitur ad eãdẽ,an ſibi
accreſcat portio coniuncti deficiens? vr̃ ꝙ non, qa uenit de iure
ſpeciali: contrarium eſt: qa uenit ſ'm uoluntatem defuncti, ſic
4 non hẽt locum iſta lex per illam l.filium.§.fi.de leg.præſtan.†Itẽ
pone, ex forma ſtatuti extante maſculo non ſuccedit fœmina,
extant duo maſculi,qui habent totum, & ſic auferunt fœminæ
tertiã quã erat habitura de iure cõi,un⁹ ex maſculis repudiat par
tem ſuam,an accreſcet in totum alteri maſculo?dixit Dy.ꝙ non,
qa nõ uenit de iure cõi niſi ad tertiam, & quatenus habet ultra
ex forma ſtatuti,hr̃t de iure ſpeciali,& in ꝑiudiciũ fœminę.ꝯ̃nũ
eſt uerũ,qa hoc nõ nocet in hr̃ditate,ut ſ.dixi, nec põt accreſce-
re fœminæ q̃ nihil habet ex pſona ſua,& portio non accreſcit ni
ſi ei q habet portionem.l.ſi totam.de acq.hæt.In glo.fin.ibi,quia
non põt amittere,ſed quid ad rumbum iſta rõ, cum ius accreſc.
locũ habeat nõ ſolũ in parte acquiſita & defecta, ſed ẽt in nunq̃
q̃ſita,ut in ꝓ non ſcripta?In gl ibi,diſpenſatur. No.uerbum,quia
in iure ciuili raro reperitur, licet in iure canonico in multis lo-
cis habeatur.In gloſ.ibi.Item no. hæc diſtinctio eſt ſatis clara, ta-
men quodlibet membrum eget ſuppletione, & primum ſupple
per ea quæ habentur.ſ.eo.l. ſed ſi hoc.cum l.ſeq. ſecundum ſup-
ple.per l.hæres meus.§.fin.infra eodem. Non ſunt alia.

L E X LXXIIII.

Dies incertus. Declara iſtam legem,ut dixi.ſupra eodem.l.j.

L E X LXXV.

Fideicommiſſum. Declara iſtam l. vt dixi. ſupra de leg.2.l.ſi ita quis.§.fi.

L E X LXXVI.

1 *Conditio adiecta in inſtitutione, cenſetur repetita in legato facto eidem.*
2 *Conditio appoſita in legato præcedente, an cenſeatur repetita in inſtitutione, vel ſubſtitutione facta de eodem.*
3 *Conditio adiecta in inſtitutione, quando non cenſeatur repetita in legato facto eidem. & vide nu.1.*

1 AVia quæ. †Conditio adiecta in Inſtitutione,cẽ-
ſetur repetita in legato facto eidem.
Idem in libertate data in inſtitutione,ut cenſeatur re-
petita in legato etiam facto in defectũ inſtitutionis.
2 h.d.†Quid econtra: an conditio appoſita in legato præcedente,
cenſeatur repetita in inſtitutione uel ſubſtitutione vulgari facta
de eodem?uidetur caſus ꝙ ſic.in l.latinus largus.de leg.2.tamen
ibi loquitur in fideicommiſſario uniuerſali,& ſic facto in eadem
parte hæreditatis,in qua fuit facta ſubſtitutio: ſed ſi eſſet legatũ
particulare,nõ eſſet ratio quare magis cenſeretur repetita in in-
ſtitutione,quàm in alio legato particulari, in quo non cenſetur
repetita niſi uirtute alicui⁹ dictionis,hoc amplius, quo caſu dic
per Barto.in l.ſi tibi purè.de lega. 3. uel dictionis Item,quo caſu
dic ut in l.repetendis.de lega.3.uel copulæ,&,quo caſu dic ut l.
Seia.§. Caio.de fund.inſtru.& probatur hic,ꝙ non cenſeatur re-
3 petita.in l. qui fundum.de contrahen.empt. † Limita hanc legẽ
tribus modis, primo niſi eſſet conditio, cuius repetitio uitiaret
legatum.l.ſi quis a filio.de leg.1.& not.in l.cum ſeruus. de condi.
Inſtit. Alia limitatio eſt quando inſtitutio conditionalis præce-
dit,& legatum ſimplex ſequitur,ſi legatum ſimplex præcederet.
l.filium.quando di.leg.ced.& ibi eſt glo.ordi.Sed re uera ibi inſti
tutio præcedebat, & poſt inſtitutionem & legatum ſimpliciter
factum fuit adiecta conditio ad inſtit.mentò non cenſetur adie-
cta legato,quia ſatis apparet de mente defuncti, ꝙ noluit adijce
re inſtitutioni duntaxat. glo.tamen quæ eſt ibi,uera eſt in ſe, qa
maioris uirtutis aliquid eſt reſpectu ſequentium, ut influat in il
la,quàm econuerſo ut influat in præcedẽtia, vt no.in l.quiſquis.
de leg.3. Alia limitatio eſt,quando fieret ab eodem gradu , ſecus
ſi a diuerſis.l.ab omnibus.§.cum quidam.de lega.1. Item hanc l.
Intellige,ꝙ conditio poſita in inſtitutione cenſeatur repetita in
legato facto eidem,etiam ſi nõ ſit appoſita dictio repetitiua,hoc
amplius,quando in eadem uolun.fuit facta inſtitutio, & legatũ.
ſ.e.l.qui duos.ſed quando in codicillis, requiritur dictio,hoc am
plius.& ita fuit hic. Item iſta l.uidetur locum habere non ſolum
in legato non facto in defectum inſtitutionis, ſed etiam in facto
in illius defectum,caſus eſt in d.l.cum ſeruus, ſed uidetur extra-
neum, quia cum defectus conditionis faciat deficere inſtitutio-
nem, non deberet facere deficere legatum factum in eius defe-
ctum,ſed magis purificare, unde mihi ſemper fuit uiſa extranea
deciſio illius legis,dic ut ibi per Barto.Item habet locum iſta lex
non ſolum in cõditione emancipari, de qua plurimum loquun
tur leges de hoc tractantes, immo in qualibet conditione. text.
eſt in l.fin.§.fi.de doli.excep. nec eſt curandum ꝙ fiant in diuer-
ſis orationibus, licet in legatis quando inducitur repetitio uirtu
te actionis, Item, uel copulæ,& diſtinguatur,an fiant in eadem
oratione uel diuerſis,ut no.per Bar.in d.l.repetẽdis. & d.§.Caio.
non ſic quando inducitur per dictionem,hoc amplius.iuſta no.
in l.ſi tibi purè.ſ.de leg.3.Glo.opponit de l.Iulius Paulus. j.eod.
& non bene ſoluit, ſed dic ꝙ loquitur hic an conditio appoſita
in relicto facto uni, cenſeatur repetita in alio relicto facto eidẽ
per eundem,quo caſu dic ut ſupra dixi.ibi loquitur in conditio-
ne appoſita uni perſonæ, an cenſeatur repetita in aliam perſo-
nam,quo caſu etiam loquitur.l.mulieri.& Titio.ſupra eo.& te-
tigi.ſupra eod.titu.l.quæ conditio.

§.Mutiana cautio. Ratio huius §. eſt, quia quando ſunt plura impedimẽta nõ
ſufficit remouere unum ut poſſit quis intentum ſuum cõſequi.
l.ſi non lex.de hære.inſtl.& l.liberorum.§.notatur.de infami.

1 *Conditio appoſita adminiſtrationi tutelæ, non reddit dationem tutelæ conditionalem, ſed reſtringitur ex mente defuncti ad certum quid.*

1 §.Quocunque enim iudicio. †Conditio appoſita
adminiſtrationi tutelæ, nõ reddit dationem tutelæ conditiona-
lem,ſed reſtringitur ex mente defuncti ad certum quid:& cautio
legatorum cum poſſit remitti per teſtatorem, cenſetur remiſſa
qualitercunque appareat de intentione,ꝙ noluit præſtari etiam
ſi per indicia, & uerba conditionalia, & cenſetur remiſſa ſi ſuſe
relictum ſub conditione ſi non petatur dicta cautio, h.d. & no.
circa fi. ꝙ non ſufficit de facto fieri,ut cenſeatur cõditio pro de-
fecta,ſed bene ſufficit,ut habeatur pro impleta, ſi non poteſt de
iure impleri.l.Meuius.ſ.eo.& l.mulier.de condi.inſti. an autem
ſufficit de facto fieri ad euitandam pœnam, uide Bar.in l.ubi pa
ctum.C.de tranſact.& l.quidam cum filium.de uerb.obl.& not.
in l.ea quidem.ſi man.ita fue.alie.

L E X LXXVII.

1 *Conditio habetur pro impleta ſi ſtat per pupillum.*

1 CVm pupillus. †Opponitur contra hanc l.in-
quantum dicit,quòd conditio
habetur pro impleta ſi ſtat per pupillum, contra quia
pupillus poteſt licite recuſare cum conditio dandi ſine
tutoris auctoritate iu eius perſona non poteſt impleri, & ſi ſibi
daretur,non diceretur conditio impleta.l.ſi ſeruus decem. in fi.
de ſolu.ergo ſi ſtat per eum,non debet haberi pro impleta: pro-
pter hoc glo. intelligit inquantum dicit quando ſtat per pupil-
lum,quòd loquatur in conditione faciendi, quia illa poteſt im-
pleri in eius perſona ſine tutoris auctoritate, ſecus in conditio-
ne dandi,uel dic etiam quòd in conditione dandi poteſt intelli-
gi,ſi tutor erat præſens, & uolebat auctorari,& pupillus noluit,
ſed ſi recuſauit recipere,quia tutor non aderat, poteſt procede-
re glo.præterea etiam ſi ſine tuto.eſſet ſolutum,& pecunia eſſet
ſalua, conditio ſaltem de æquitate haberetur pro impleta, ſicut
cum debitor pupillo ſoluit,liberatur,ſaltem ope exceptionis, ſi
pecunia eſt ſalua, ut plene notatur in l. ait prætor. de minor.
Item oppo.extra glo. quod factum tutoris non facit haberi con
ditionem pro impleta,ſicut nec factum tertij, ſi eſt illicitum, &
poteſt haberi regreſſus contra eum.l.inde Neratius. ff. ad legem
aquil.Solut. tutor non reputatur extraneus, ſed idem cum pu-
pillo,& ſic indiſtinctè nocet pupillo, ſicut factum pupilli, licet
in penitus extraneo diſtinguatur.facit l.3.in fi.de tribu. per hoc
uidetur reprobari unum,quod dicit Bart. ſupra eod. l. Iulianus.
quia uidetur loqui contra iſtum tex. & l. Titia cum teſtamento.
§.ſi ea.de leg.2.dum dicit ꝙ factum tutoris non facit haberi con
ditionem pro impleta.

LEX

L E X LXXVIII.

1 *Dies mortis legatarij non reddit legatum conditionale, ſed dies mortis hæredis ſic.*

2 *An dies incertus reddat diſpoſitionem conditionalem.*

1 HÆres meus. †Dies mortis legatarij non reddit legatum conditionale, ſed dies mortis hæredis ſic.h.d. Et redditur ratio, quia diē primum euenturum eo uiuente certum eſt, ſed non ſic de ſecundo, ideo primo caſu certum eſt legatum omnino debendum, non ſic in ſecundo. In tex.ibi,(purum legatū eſt) ſub. quantum ad tranſmiſſionem, non quantum ad petitionem, nā proprie loquēdo illud dr̄ purum, quod de præſenti, i. ſtatim adita hæreditate peti poteſt.l.j.ſ.eo.& ſic illud, quod nec hēt ↄdōnem, nec diem, ſed iſtud habet diem mortis legatarij, vt ſtatim ſequitur, ergo non eſt proprie purum. Item nec ꝗrum ad oblōnem, quia non naſcitur oblō anteꝗ legatarius moriatur, & tunc ſi fuit relictum, cum Titius morietur, incipit naſci cum incipit mori, ſi autem poſt mortem, naſcitur in perſonam hæredis. leg. vna.C.vt act.ab hæred.& contra hære.incip.& no.in l.in omnibus. la 2.de reg.iur. ſecus quando legatum habet diem certum, & quando naſcitur obligatio incontinenti. l.e. cedere diem. de verb.ſigni. ratio diuerſitatis, quia primo caſu cum dies ſit incertus, quando etiam interuſurium medij temporis redditur incertum, propter quod minoratur quantitas, & ſic eſt incerta quātitas quæ debetur: ideo non poteſt incipere deberi. Sed ſi eſt certa an & quando, ſimiliter interuſurium redditur certum, & ſic ceſſat ratio prædicta: hoc videtur de mente Bar.hic. In tex.ibi, (cum ipſe morietur.) ſed quid cum tertius vel ipſe morietur, vel nō morietur? Rn̄deo idem ꝙ hic l.quibus dieb.ſ.quidam Titio. ſ.eod.licet gloſſ.in l.ſi pecunia.de lega.2.ſentiat contrarium.

2 †No.hic diſtinctionem, quam feci.ſ.eo.l.j.an dies incertus reddat diſpoſitionem conditionalem, quia ſi eſt incertus quando, ſed certus an diſtinguitur, ut hic an ſit certum euenturum viuo legatario, vel non, ſed ſi eſt omnino incertus an, & quando, reddit indiſtincte conditionalem tam legatum quam contractum. l.dies incertus.ſ.eod.

1 *Cautio mutiana committitur ad rem cum fructibus ſi fiat contra.*

2 *Aliud eſt relinquere uxori ſi uitam uidualem ſeruauerit, aliud relinquere quouſque uitam uidualem ſeruauerit.*

§.Qui poſt mutianam cautionem.

1 Cautio mutia.committitur, ad rem cum fructibus ſi fiat contra. Oppo.ꝙ non teneatur reſtituere fructus, nam præſtita cautione legatum fuit purum, ac ſi conditio eſſet impleta.ſup.eodem. l.mutianæ. & ſic interim antequàm ueniret contra, dicitur habuiſſe titulum & cauſam poſſidendi, ergo fecit fructus ſuos. Solu. verum eſt. ſed quia ſuo facto reſoluitur ti. perinde eſt ac ſi nunquam habuiſſet, non dico ꝙ redeat ipſo iure dominium in hæredem, ſed poſſunt peti ex iſta cautione, & poſito ꝙ non promiſiſſet expreſſe, ſed duntaxat non uenire contra, poſſunt

2 condici condōne ſine cauſa, ita intellige gloſſellam hic. † No. per iſtum tex. quòd aliud eſt relinquere vxori ſi uitam uidualē ſeruauerit, quia ſi præſtita cautione legatum percepit annuum, vel non, ſtatim cum nubit, reſtituit quicquid habuit, etiam alimenta. Aliud relinquere quouſque uitam uidualem ſeruauerit, quia tunc non reſtituit percepta, ſed de cætero non conſequetur, & ſic finitur legatum annuum pro futuro, non autem pro præterito, hoc uoluit Cyn.in l.fi.C.de indic. vidui. licet notarij ignorantes uim uerborum plerunque ponant vnum pro alio, & uidi de facto quendam notarium ſatis uerecundari: ſis ergo cautus quando es requiſitus ſuper concipiendis teſtamentis.

1 *Vſusfructus licet non poſſit alicui relinqui cum morietur, poteſt tamen relinqui ſub conditione negatiua, quæ non poteſt impleri niſi cum morietur.*

1 §.Quamuis vſusfruc. †Licet vſusfru. non poſſet alicui relinqui cū morietur, poteſt tamen relinqui ſub conditione negatiua, quæ nō poteſt impleri niſi cum morietur.h.d. Ratio eſt, quia iſta conditio fictè poteſt impleri per cautionem mutianam antequam moriatur, & ſic legatum vſusfruc. non erit inutile, ſecus in caſu præcedenti, quia remedio cautionis, non poteſt fieri ut primo conſequatur vſumfr. quam incipiat mori, & ſic legatum redderetur inutile, quia collatum in tempus quo debet finiri.l.e.Titio cum morietur, de vſufru.

1 *Conditio ſi mulier non nupſerit etiam ſi ſit appoſita alteri quàm mulieri, ſi erat talis, ſine cuius uoluntate non erat præſumendum ꝙ mulier deberet nubere, reijcitur.*

2 *Sicut non valet ſtatutum laicorum imponens pœnam clericis ſi aliquid faciant, ita ſi imponat pœnam conſanguineis eorum qui ſunt de iuriſdictione, ſi clerici aliquid faciant.*

3 *Subditi non poſſunt ſtatuere ꝙ non liceat appellare ad ſuperiorem, & ſi ſtatuunt non contra appellantes, ſed contra conſanguineos, ſi appellauerint, non ualet.*

Sicut mulier non poteſt obligare ſe ſub pœna de contrahendo matrimonium cum aliquo, ita nec pater uel alius conſanguineus ſtrictus.

1 §.Quod in fraudem. †Conditio ſi mulier non nupſerit etiā ſi ſit appoſita alteri quam mulieri, ſi erat talis, ſine cuius uoluntate non erat præſumendum ꝙ mulier deberet nubere, reijcitur. h.d. Ratio redditur in tex. quia conditio præſumitur appoſita in fraudem legis ad nuptias impediendas, adde quod no.ſ.eo.l.mulie-

2 ri & Titio.circa fi.glo.magnæ, †inducitur ꝙ ſicut non ualet ſtatutum laicorum imponens pœnam clericis ſi aliquid faciant, quia non ſunt de iurdiſ. ita ſi imponat pœnam conſanguineis eorum, qui ſunt de iuriſdictione ſi clerici aliquod faciant, quia cenſetur factum potius contra clericos, qui ex hoc redduntur timidiores, ergo eſt contra libertatem eccleſiaſticam. l.j.ſ. quæ

3 onerandæ, quarū rer.ac.non.da.facit c.ſciāt.de ele.lib.vj. † Item facit, quia ſubditi non poſſunt ſtatuere ꝙ non liceat appellare ad ſuperiorem in c. venientes. de iureiur. ſed pone ꝙ ſtatuunt non contra appellantes, ſed contra conſanguineos, ſi appellauerint, non ualet, ſicut ſi contra appellantem ſtatuiſſent. Et uidi Florentiæ talia ſtatuta, nec potuit Papa Martinus tantum facere, ꝙ remoueretur de uolumine ſtatutorum. Item facit ꝙ ſicut mulier non poteſt obligare ſe ſub pœna de contrahendo matrimonio cum aliquo, ita nec pater vel alius cōſanguineus ſtrictus, ſi mulier potius vellet nubere, quam facere illum incidere in pœnam, argu.hic, & ad plura alia poteſt induci. Non ſunt hic alia.

L E X LXXIX.

1 *Conditio de præterito, uel de præſenti falſa non ſuſpendit legatum, ſed prorſus uitiat, conditio uero de futuro poſſibilis ſuſpendit donec ſ impleta, modus non ſuſpendit, nec uitiat legati ſubſtantiam, ſed differt donec ſit præſtita cautio de modo implendo.*

2 *Conditio debet ſe habere ad eſſe, & non eſſe antequam impleatur, & licet repellat legatarium quo ad rem, non tamen repellit quo ad ſpem, ſi eſt poſſibilis.*

Conditio proprie non dicitur niſi de futuro.

3 *Una dictio poteſt poni pro alia, quando expedit ad ſanum intellectum colligendum, & ſecundum ſubiectam materiam.*

1 EAs cauſas. †Conditio de præterito, uel de præſenti falſa non ſuſpendit legatum, ſed prorſus uitiat, conditio vero de futuro poſſibilis ſuſpendit donec ſit impleta, modus non ſuſpendit, nec vitiat legati ſubſtantiam, ſed differt donec ſit præſtita cautio de modo implendo.h.d.ſecundum Dy. licet gl. infra ſcet iſtam legem, quam diuide, quia primo loquitur in conditione de præterito, vel præſenti falſa, uſq.ibi(eas uero) ſecundo in modo, vſq.ibi(nec enim) tertio ponit dr̄iam inter conditionem de futuro poſſibilem, & modum de futuro, prima ſuſpendit ſubſtantiam, ſecunda non, ſed differt petitionem, ſtatim enim naſcitur oblō & actio, & an modum impletum. ſed differtur petitio donec caueatur.l.quib. ſ.fi.ſ.e.ſed ante condōnem nec actio nec oblō naſcitur. In tex.

2 ibi(protinus) ſub. tam in re, ꝗ in ſpe. † In tex.ibi(non pro condōnibus.) No.ꝙ condō debet ſe habere ad eſſe & non eſſe antequā impleatur, licet repellat legatarium quo ad rem, ſed non repellit quo ad ſpem, qn̄ eſt poſſibilis, no. ergo ꝙ proprie condō non dr̄ niſi de futuro. In tex.ibi(quæ hn̄t moram.) i. dilationem temporis, q̄ non concernit ſubſtantiam, ſed executionem, & ſic non impeditur natiuitas oblōnis & actionis, ſed exercitium. †Vltimo

3 no.vnam gl. quæ ſemper allegatur, quod vna dictio poteſt poni pro alia, quando expedit ad ſanum intellectum colligēdum, & ſecundum ſubiectam materiam. facit l. cum uenderes. de contrah. emp.

L E X LXXX.

1 *Conditio appoſita in perſonam vnius ex coniunctis per dictionem, cum, de rigore verborum cenſetur repetita in perſonam coniuncti, ſed de æquitate in relicto libertatis non cenſetur repetita.*

2 *Inter ſeruum & ſeruam non eſt matrimonium, ſed contubernium, & quid de iure canonico.*

1 IVlius Paulus. †Conditio appoſita in perſonā vnius ex coniunctis per dictionem, cū, de rigore uerborum cenſetur repetita in pſonam coniuncti, ſed de æquitate in relicto libertatis non cenſeī repetita.h.d. ſm intellm Bar. In tex. ibi, (Stichus ſi rationes reddiderit.) hoc faciebat dubium, quia conditio reddendarum rationū fuit appoſita poſt nominationem Stichi, & ante nominationem cōtubernalis, vnde non videbatur concernere niſi relictū libertatis factum Sticho, & ipſum redderet conditionale. l.fina.ſ.Seio.de leg.2.& hoc tam de rigore, ꝗ de æquitate cuius contrarium ĩ. ſubijcitur. Sed rn̄de, ꝙ ille ſ.loquitur in cōiunctione per copulam, &: hic in coniunctione p, cū, quæ eſt maioris uirtutis in cōiungendo: ad quod uide Bar.in l.Gallus.ſ.j.de lib.& poſth. licet alib. dicatur ꝙ inter, &, & cū, nō ſit differentia quo ad coniun-

gendum.l.Titiæ textores.in fi.ſ.eo.de lega.j. ſed certe eſt dña in modo coniungendi, licet cũ vtraq. coniungat quantũ ad ius accreſ. & in hoc non ſit dña q̃tum ad alios effectus, plus ꝯiungit dubitatio cum,q̃ &. Sed ꝯ de l.mulieri & Titio.ſ.eo. ibi idem in dictione,&.c. Sol.ibi fuit condõ appoſita poſt noĩationẽ vtriuſ-
2 que coniuncti, ſed hic poſt noĩationem vnius tñ. † In tex.ibi(cũ contubernali.) No.ꝙ inter ſeruum & ſeruam nõ eſt mr̃imoniũ, ſed contubernium, ſed de iure canonico cum ſit ſacrũ, & apud Deum non ſit dña perſonarum, ꝯhitur & matrimonium indiſſolubile extra de cõiu.ſeruo. In tex. ibi (vel paria vel reliqua habente).l.Sticho,de quo ſ.& eſt ſenſus ꝙ Stichus, qui negotia adminiſtrabat,vel hẽbat pares rõnes cũ dño,qa tñ erant data q̃ſi accepta,& ſic nõ erat debitor,vel erat,quia plus aſcendebant accepta,& ſic habebat apud ſe reliqua,q̃ tenebatur reddere, nam vtranq.tenenit reddere,& hic tex.decidit,& hẽas in tex. (paria,) licet aliqui aliter habeant, & expone vt dixi ibi, pares rationes.
3 In tex.ibi(hanc condõnem.)hic incipit ſoluere,& primo qñ habebat pares rõnes,& ſic non erat debitor,quia nulla reliqua habebat, & tunc dicit ꝙ illa condõ habetur pro non appoſita, licet enim conſiſtat in facto,hoc factum non cenſetur teſtator requiſiuiſſe, niſi propter reliquorum reſtitutionem, ſi ergo nulla ſunt reſidua, nulla ratio erat reddenda, & ſic facta hæreditate factus fuit liber,& ad hr̃dem tranſmiſit legatum, & ſic in hoc eſt in eo fortius in contubernali, quia non poteſt cenſeri repetita conditio,quæ pro non appoſita habebatur, vſque ibi.(qđ ſi cum) ſi autem habebat reliqua, & ſic erat debitor, & ratio erat reddenda quantum ad Stichum, non eſt dubium, ꝙ deceſſit ſeruus cum conditionem non impleuerit nec legatum tranſmiſit cum haberet hæredem, & eadem conditio cenſebatur repetita in legato.l.proaui.in ꝑn. ſed eſt dubium quid in contubernali,an dicatur conditio defecta,nam ſi eſt repetita, dicendum eſt ꝙ ſic, alias ſecus, ſed reſpondet cum diſtinctione inter rigorem & æquitatem.In tex.ibi.(non ad coniungendam,&c.)ſub. in caſu prædicto fauore libertatis.aſt ſecus, ut inducat repetitionem condõnis poſtquam rigor verborum hoc importat. Ex hoc vr̃, ꝙ licet contubernalis conſequatur libertatem, non conſequat legatum,in quo cenſetur repetita conditio,& ceſſat fauor libertatis.licet glo.fi.dicat ꝯtrium. In tex.ibi.(tunc demum.)hic limitat quod ſ.dixerat in ver.(quod ſi cum)nam ſi per Stichum non ſtetit quo minus rationem redderet, ſed per hæredẽ,haberetur cõditio pro impleta ſi deceſſit liber, ſicut primo caſu, & no. finem iſtum pro intellectu l.iure ciuili.ſ. eo. ut intelligatur ſecundum iſtum finem, ut ibi dixi.

L E X LXXXI.

1 *Conditio appoſita in libertate cenſetur repetita in legato facto eidem.*
2 *Quando finis facti eſt datio,potius in obligatione reputatur dari quàm fieri.*
3 *Sicut repetitio conditionis quando haberet uitiare, non ſubintelligitur,ita ecõuerſo quando non poſſet ualere ſequens legatum niſi intelligeretur facta repetitio, ſemper intelligitur facta,ut reddatur ualidum.*
4 *Quando datio principaliter eſt in conditione, factum ſecundario, tunc inſpicitur potius datio quàm factum.*
a inteſt. h. d. † In tex. ibi, (Sempronio ſubſtituto.) ſubaudi vulgariter. Et ſic no. ꝙ illud verbum ſubſtituo, vel ſubſtituit, intelligitur in dubio de vulgari, non de fideicommiſſaria, vnde ſi dico, Titium inſtituo, & Sempronium ſubſtituo, intelligit̄ ſi Titius nō erit hr̄s. Non aūt ſi ſit hęres, vt teneat̄ reſtituere, vt hic voluit gl. in l. Gallus. §. j. de lib. & poſthu. & vr̄ eſſe tex. in l. iā hoc iure. §. j. de vulg. & pup. ibi dum dicit, in uulgarē tantūmodo, ſi tū inſtitutus eſſet talis, cui poſſet fieri pupillaris, ēt pupillarē ꝯprehenderet, niſi ratio diſparitatis ſuaderet ꝯtrū, vt d. l. iā hoc iure. dicit tñ Bar. hic conſuluiſſe, ꝙ ſi iſtud verbum ſubſtituo, iungat̄ cum hoc verbo, inſtituo, qd̄ eſt magis directū, tunc verbū ſubſtituo, vt aliqd operet̄, intelligit̄ ꝑ fideicōmiſſum, vt ſi dixit, ſi inſtitutus deceſſerit Semproniū inſtituo, & ſubſtituo. Nā inquātum dicit ſubſtituo, vr̄ ſubſtituiſſe uulgariter, quia oīs ſubſtitutio uulgaris dr̄ inſtō. Sed inquantum dixit ſubſtituo, intelligit̄ ꝑ fideicommiſſum. iſtud eñ verbū eſt commune, & adaptat̄ ad directam & fideicommiſſariam ſubſtōnem, & in dubio importat directam. Sed ꝑꝑ uerbum adiunctum importat fideicommiſſariam, quia verbum inſtituo, non niſi directam inſtitutionem importat, ut ī titu. de hære. inſtituen. & in l. verbis ciuilibus. de vulga. & pup. In tex. ibi (ſed verius eſt cogendum eum.) dic idem ſi hęredi ſcripto ꝑ fideicommiſſum unus fuerit ſubſtitutus, & alius fuiſſet ſubſtitutus vulgariter, & idem ſubſtitutus vulgaris rogatus de reſtituēdo alteri, nam fideicommiſſarius poteſt compellere primum hęredem nolentem adire, & auferre ſubſtituto vulgari, & fideicommiſſario eius hæreditatem. ut j. eod. l. facta. §. Iuli. licet in contrarium uideretur, quia dando ſubſtitutum vulgarem, grauando ipſum de dando alteri, uidebatur uoluiſſe primum hæredem poſſe repudiare, & excludere ſuum ſubſtitutum, ut ueniret ad ſubſtitutionem vulgarem, & poſtea ad fideicommiſſarium eius, argumen. in l. prima. §. ſi proponatur. ſi quis omiſ. cauſa.
5 teſtam. † In tex. ibi, (ex reſtitut. magis quàm &c.) Dic uo. pro eo quod communiter notarij ponunt in teſtamentis, quia dicunt ſi deceſſerit ſine liberis, talem ſubſtituo, uel eos inuicem vulga-

a titer, pupillariter, & per fideicommiſſum. [a] nam iſta verba important, vt ſit in electione ſubſtituti, ex qua iſtarum velit habere hæreditatem. In tex. ibi, (vel legatis, vel libertatibus onerata.) Sed nunc iſta onera adiecta in ſubſtitutione vulgari cenſentur repetita in fideicommiſſaria poſtea de eodem facta? Reſpondeo non, vt hic eſt tex. no. ad quem facit ſ. de adi. leg. l. ſi tibi, ſed in ſubſtitutione facta de alio videtur ſecus, per l. licèt Imperator, de lega. j. & l. legatum. in princ. de adi. leg. & l. Caio. de ali. & ci. leg.
4 vbi translatio legati facta de perſona in alterã, cenſetur facta cũ eiſdem oneribus: non ſic quando facta eſt de eadem perſona in eandem, vt in l. ſi tibi.

ADDITIO.

a Et per fideicommiſſum. De iſtis verbis vide Ful. conſ. 49. Soc. conſ. 57.

---

a *Rogatus reſtituere hæreditatem, quæ eſt alibi, qualiter & quando cogi poſſit per iudicem proprij domicilij, & illuc accedere & reſtituere.*
a *Si aliquis citatur ad locum, ad quem non poteſt accedere ſine periculo perſonæ, citatio ipſum non arctat.*

1 §.Si quis alio loco. † Rogatus reſtituere hæreditatẽ, quæ eſt alibi, cogi põt per iudicẽ proprij domicilij. & illuc accedere, & reſtituere ſi teſtator hoc iuſſit, dummodo ſibi miniſtrentur expenſæ itineris, & etiã id quod erat dandum gratia cond. implendæ, & dummodo poſſit illuc accedere ſine periculo ſuæ pſonæ, vel ſalua dignitate eius: & etiã
a habetur ratio ætatis. [a] Item in loco legati põt quis cõpelli adire, & reſtituere ẽt hæreditatẽ, quæ alibi eſt h.d. Ego dubito valde in iſto tex. quare inſtitutus cõpellitur accedere ad locũ vbi eſt hæreditas, & eam ibi reſtituat, cũ poſſit in loco domicilij facere reſtitutionem verbalẽ, quæ ſola ſufficit ad transferendum oĩa iura in fideicommiſſariũ: nec vr̃ neceſſaria pro reſtitutione facti, quia põt illi dare licentiã, vt ꝓpria authoritate capiat. Præterea hæres cũ recuſat adire, ſi cõpellitur, nullum damnum vel incommodum dẽt cõſequi, ſicut nec cõmodũ, vt ſ. eo. l. quia poterat, ſed hic nõ põt negari quin ſentiat incommodum laboris, poſito ẽt quod ſibi miniſtrẽtur expenſæ: quare cõpellitur ad commodum alterius hunc laborem ſubire. Non video bonam rõnẽ nec aliquis Doctor mouet iſta dubia: vnde poteſt dici, quod ille tex. debeat intelligi ſolum eo caſu quo attenta qualitate perſonę inſtituti, nõ eſt ſibi magnus labor illuc accedere, & qñ acceſſus eſſet vtilis multũ fideicõmiſſario ꝓp volũtatẽ teſtõris expreſſam, qui mãdauit ibi reſtitutionẽ fieri, vt ſic cõpellatur fauore vltimæ voluntatis facere id quod alteri multũ prodeſt, & ſibi nihil, aut parum no-
a cet. † Itẽ iſta l. ſed ſciẽdũ. in fi. allegatur, quod ſi aliqs citatur ad locũ, ad quẽ non põt accedere ſine periculo pſonæ citatio ipſum nõ
b arctat. [b] caſus eſt in Cle. paſtoralis, de re iudi. vt ſi habeat ibi inimicos, vel erat inde bãnitus, vel erat ibi peſtis, & hoc voluit glo. in l. de ætate. Item l. ſed & ſi alio in prin. intelligitur qñ in loco legationis, ſortiebatur forũ aliqua rõne, puta originis, licèt ibi nõ haberet domicilium vel cõis patriæ, & fideicõmiſſarius dubitabat ne fideicõmiſſum periret, & volebat ipſum aſtringi ibidẽ ad dandum, & reſtituendum ſolo verbo: dubiũ erat, quia ꝓp legatũ habebat ius reuocandi domũ, vt l. 2. §. legatis. de iud. Sed certè hoc caſu nõ habet, quia cum iſte actus poſſit expediri momento, non diſtrahitur per hoc ab officio lega. vt ſ. de iud. l. de eo. ſed ſi in loco legati non ſortiebatur forũ alia rõne, non video qualiter poſſit ibi cõpelli p nõ ſuũ iudicẽ. Ideo exẽpla quæ ponit glo. de Mutina, & de Bononia, non placent, niſi intelligatis, vt ſ. dixi.

ADDITIONES.

a Aetatis. ideo dicit Rota quòd valetudinarij ſenes, & aliquo morbo impediti, excuſantur perſonali comparitione.
b Non arctat. Adde Oldr. conſ. 43. & vide quod voluit Lud. Roma. conſ. 234. & an bannitus teneatur comparere ad locum, a quo eſt bannitus, vide per Bald. conſ. 338. 4. lib. & dicit Rota deciſio. ſuis de dolo & contum. quod citatus ad locum non tutum appellat, tam a citatione, quàm a non admiſſione excuſationum. Item ſecundum eandem adde quod guerrę generales in patria, & inimicitię capitales excuſant à perſonali comparitione ſi ſaluuſconductus haberi non poteſt.

LEX X.

SEd & ſi alio.
§.Planè. Si hæres nõ recuſat præcisè adire, ſed ſe velle deliberare, datur ſibi tẽpus ad deliberandum, & ſi poſt deliberationem adijt, dr̃ adiſſe ſpontè, & habet beneficium quartæ, ſi repudiat, vel ſi dicit ſe nolle adire, cõpellitur, & tanquam compulſus adiens, quartã perdit. h.d. Alia practica ponit̃ in l. ſi legatus. j. eo. quod cogatur ſtatim adire, & poſtea ad reſtituendũ dẽt ſibi tẽpus ad deliberandum, & tunc conſequit̃ idem beneficium, caſus eſt iſte. In tex. ibi, (quod ſi ſuſpectam dicit.) l. poſt terminũ, nõ tñ ſibi prodeſt hoc, quominus compellatur, vt j. eo l. nam quod. §. 1. In tex ibi, (non ſibi expedire hæreditatẽ adire) No. ſecundum Bart. quod iſta in verba, & alia de quibus in fine poſt terminum datum ad deliberandum, inducunt repudiationem, ſicut ſi diceret repudio, licèt non ſint diſpoſitiua ſicut verbum repudio, ſed enunciatiua, quia videntur dicta cum deliberatione. Sed ſi non eſſet datus terminus ad deliberandum, verba iſta non inducerent ſtatim per ſe repudiationem, ſed cum lapſu trium menſium, vt C. de iure delibe. l. fin. §. ſimilique modo, & vide Bar. in l. ſi quis ſuus. de iure delib.

§.Si quis. Inſtitutus ſub ꝯdõne, vel in die certã, & de reſtituendo grauatus añ condi. vel diei euẽtũ nõ põt adire, vel reſtituere, & ſi ꝯ facit, nihil facit, niſi poſt euentum ratificet, & tunc valebit, vt ex nunc, non vt ex tũc. h.d. cum l. ſeq. Dicunt tñ Doc. in l. poſt mortẽ. C. de fideic. quod licèt non tranſeãt actio. ex Treb. añ condi. euentum, quia nõ fit reſtõ prout teſtõr voluit, tranſeunt tñ virtute cuiuſdam dona. ſed certè hoc eſt uerũ qñ ꝯdõ vel dies nõ fuiſſet appoſita inſtitutioni, ſed reſtõni fidæ. Inſtõ verò fuiſſet pura, & ſic potuiſſet adire, & donare iura: ſed hæc fuit appoſita inſtitutioni, vnde nõ poteſt adire, & ſic nõ donare, de præcedenti tñ articulo diſtingue, vt hic in gl. & p Bar.

LEX XI.

1 *Fideicommiſſarius, qui cogit hæredem adire, debet ipſum indemnem conſeruare non ſolum ne ſentiat damnum, ſed etiam ne perdat lucrum.*
2 *Intereſſe dicitur non ſolum damni, ſed etiam lucri, & qui promittit aliquem indemnem conſeruare, debet etiam conſeruare ne lucrum perdat.*
3 *Statutum ſi dicat arbitros fore cogendos ad ſuſcipiendum arbitrium, debet intelligi niſi aliquod intereſſe damni, vel lucri prætendat, tunc non deberent cogi, niſi conſeruarentur indemnes ab vtroque.*
4 *Coacta aditio, aditio eſt, & facit deficere conditionem legati facti, ſi hæres nõ erit, & confirmat tabulas pupillares, & alia in teſtamento relicta, ſicut ſi facta eſſet ſponte.*

1 APud Iulianum. † Fideicõmiſſarius, qui cogit hæredẽ adiri, debet ipſum indemnem conſeruare non ſolum ne ſentiat dã-
a num, ſed etiam ne perdat lucrum. h. d. † Et ſic no. quod intereſſe dr̃ non ſolum dãni, ſed ẽt lucri, & quod qui promittit aliquem indemnem conſeruare, debet ẽt conſeruare ne lucrum
3 perdat, vt hic, & ſupra eo. l quia poterat. † Item no. hic arg. ſecũdùm Bar. ſi ſtatutum dicit arbitros fore cogendos ad ſuſcipiendum arbitrium, debet intelligi, niſi aliquod intereſſe prætendãt damni, vel lucri, tunc enim non deberent cogi, niſi conſeruarentur indemnes ab vtroque, argumentum optimum hic, & ſ. eo. l.
4 ſed ſciendum † No. ẽt hic ibi (adijt enim) quod coacta [a] aditio, aditio
a eſt, & ſic facit deficere conditionem legati facti ſi hæres nõ erit, & confirmat etiam tabulas pupillares, & alia ſiu teſtamento relicta, ſicut ſi facta eſſet ſponte, vt in proximo §.

ADDITIO.

a Quando autem, & an valeat coacta aditio. vide per eundem Pau. & Docto. poſt glo. in l. nec emere. de iu. deli. Et in hoc quod ſubiicit quod confirmet tabulas pup. vide in l. 9. §. interdum, & ibi Bar. de vul. & pup.

---

1 *Tacita vulgaris comprehenſa in expreſſa pupillari requirit aditionẽ ex teſtõ paterno, aliàs ex eo non põ adiri hæreditas, nec ab ea incipere teſtamentum.*
2 *Fideicommiſſarius datus in ſecundis tabulis ſuper hæreditate pupilli poteſt & debet poſt mortem pupilli cogere vnum ex inſtitutis in teſtamento paterno adire hæreditatem ex eo, vt per hoc confirmentur tabulæ pup. & fideic prædictum, & poſtea poteſt compellere omnes ſubſtitutos grauatos de reſtituendo adire hæreditatem pupilli, & eam reſtituere.*
3 *Datio cohæredis extranei, an impediat effectum ſuitatis.*
4 *Teſtamentum quod poſſit incipere a ſubſtitutione vulgari, & an ſit neceſſe ipſum confirmari per aliam aditionem ſi eſt expreſſa.*
5 *Inſtituti & ſubſtituti in paterno, ſi recuſant adire, quia fortè hæreditas erit damnoſa, nec illa venit reſtituenda, non coguntur adire nec vnus eorum ex paterno, niſi fideicommiſſarius datus in hæreditate pupilli offerat ſe paratũ recipere, etiam paternam hæreditatem, & ſatisfacere creditoribus.*

1 §.Idem Iulianus. † Tacita vulgaris cõprehenſa in expreſſa pupillari reqrit aditionẽ ex teſtõ p̃no aĩs ex ea nõ pt adiri hr̃ditas, nec ab ea incipere teſtm̃. h.d. ſm intellectum gloſſarũ, quæ ſunt hic quẽ tenuit Dy. & ad hoc ſp allegatur, ſed Guil. de Cu. & Oldr. & Bart. & quaſi oẽs tenẽt ꝯtriũ. quod aliã aditionẽ nõ requirat, & quod ab ea poſſit incipere teſtm̃, ſicut ab expreſſa vulgari, de qua patet in l. 3. §. fi. de libe. & poſthu. & hic in vltima gl. magna. & hoc per l. neque enim. §. fi. de teſta. militis, qui tñ loquit̃ in tacita, quæ comprehenditur in vulgari, & hoc ẽt tenuit gl. in l. lex Cornelia. de vulg. & pup. & in l. pe. de uen. inſpi. nõ ergo hic loquitur de uulg. expreſſa, uel tacita, ſed de pupillari, & de hæreditate pup. non teſtatoris, & ſm iu-
a ſtũ intellectũ. h.d. † Fideicommiſſarius datus in ſecundis tabulis ſup hr̃ditate pupilli, põt & dẽt poſt mortẽ pupilli cogere unum ex inſtitutis in teſtõ paterno adire hr̃ditatem ex eo, ut per hoc ꝯfirmentur tabulæ pupillares, & fideicommiſſum ꝑdictũ, & poſtea põt ꝯpellere oẽs ſubſtitutos de reſtituendo grauatos adire hæreditatẽ pupilli, & eam reſtituere. h.d. ſm uerũ intellec. qui ẽt probat. j. e. l. ita tñ. §. a patre. in hoc tñ differt iſte §. ab illo: quia hic pupillus erat inſtitutus unà cũ aliis, qui erãt ẽt ſibi ſubſtituti, ſed ibi erat exhr̃datus, quo caſu adhuc erat maior dubitatio, ut intelligas gl. pe. & ultimã in qb. cõſiſtit intellẽs huius §. & ꝓpoſĩs ẽt ſecũdã, quæ incipit, (uulgariter.) Opp. quod iſta prima aditio de qua hic in tex. nõ ſit neceſſaria, ut cõfirmẽtur tabulæ pupillares: quia ſufficit aditio, quam fecit pupillus de ſua portione, cum tex. iſte dicat ſufficere aditionẽ unius ꝓp hoc gl. pe. in uerſ. (caue tamen.) dicit

iſtū tex.debere intelligi qñ pupillus nõ adiuit pro ſua portione, ſubaudi,ſed repudiauit,aliàs pcederet oppoſitio.Sed ſtūc opp.ex gl.ꝙ nec tũc ſit neceſſaria iſta prima aditio, quia cū pupillus eſſet in ptãte fuit ſuus hrs & neceſſarius ſtatim mortuo patre,& licèt repudiet,remanet hæres noie,vt l.j. §. qui ſunt in ptãte. ſi qs omiſ.cau.teſta. & hoc nudū nomē ſufficit ad ꝯfirmãdas tabulas pupillares,vt l.ſi filius qui patri.de vulg.& pup.dñt Doc.ꝙ iſtud eſſet verū,ſi nõ hrēt cohrdes extraneos,ſed qa hic habebat, illa exiſtētia ſui hrdis non ꝯfirmat tabulas pupillares,caſus eſt hic,qa ſi ꝯfirmaret,iſta prima coactio, & aditio nõ eſſet neceſſaria, cuius ꝯtriū eſt de mēte literæ: Rõ eſt ſm eos,qa teſtõr dãdo cohrdē extraneū tanq̃ nõ cõſcius de puiſione legati, cenſet voluiſſe,ꝙ ad ꝯfirmationē tabularū pupillarū fieret aditio expreſſa,ſed ſi hrēt cohrdē nõ extneū, ſed ſuū, ſecus, vt in d.l.ſi filius qui patri.& pro iſta opi.ſ.de vulg.& pup.l.ſed ſi plures §.filio,verſi.idemq;.Sed ꝯ

3 de l.3.C.de iure deli. † Sol. datio cohæredis extnei nõ impedit effectū ſuitatis,qui ꝯſiſtit in trãſmittēdo hrditatē nõ aditã,& ad hæredes, qa iſte effectus nõ depēdet ex teſtõ.& ita loquit ꝯtriū, ſed benè impedit effectū ſuitatis,q ꝯſiſtit in cõfir. tabularū pupillarū, & tutelarū & fideicõmiſſariis,quia ille depēdet ex teſtõ, pp rõnem de qua ſ. & iſte eſt caſus,& ad hoc cõiter allegat iſte § alij moderniores tenuerūt ꝯtrium,& ego ēt repetēdo l.ſi filius hæres, de lib. & poſth.ꝙ nec iſtū effectū impediat,& ad iſtū tex.pt rñderi, ꝙ iſta prima coactio & aditio ſit potius ad cautelã, vt releuet fideicommiſſarius a probãda patria ptãte,& ſic ſuitate, vt dixi ſ. eo.in l.recuſare § meminiſſe. ſed trãſeundo cū cõi opin.oppono ſecūdo in ſeq.glo.ſi.ponamus,ꝙ pupillus repudiauit portionem ſuã,& in hrditate nihil repert, vñ põt dici ꝙ hrditatē nõ hēt,ergo nõ erit neceſſaria iſta aditio,de qua hic,vt adeat hrditas pupilli,& reſtituat fideicõmiſſario,& ſic incidit in illã,qa volēs euitare primã opp.incidit in ſecundã maiorē,pp hoc gl.fatet ꝙ hic in ij.aditione nõ agit de hrditate pupilli adeūda & reſtituēda, cū in ea nihil ſit, ſed agit de portione pupilli repudiata, & delata iſtis cohrdib.virtute vulgaris ſubſtitu. qa ex illa non pt adiri hrditas,

4 niſi primo adeat ex inſtit.& illa ſubſtitutio ꝯfirmet. † Sed ꝯ,quia a ſubſtitutione vulgari pt incipere teſtm, & ſic nõ eſt neceſſe eã ꝯfirmari p aliam aditionē,vt l.3 § fi.de lib.& poſth.Solo.verū eſt in expreſſa vulgari,ſed de iſta nõ loquit hic, licèt quidã intellexerint in ea.quod gl. reprehendit pp dictã rõnē,& qa litera hoc nõ patit,cū loquat de ſecundis tabulis,& ſic nõ fuit vulgaris expſſa, ſed pupillaris,in illa tñ ꝯtinet tacita vulgaris,& ex illa tacita fuit delata portio pdicta ad iſtos cohrdes ſubſtitutos,& de illa intelligit iſte tex.vt ex ea nõ poſſit incipere teſtm,ſed regrat cõfi.p aditio. ex inſti & fortè potuit mouere gl.qa tacitū regulatur ſm expreſſum l.3.§.q hēt hauſtū.de ſerui.ruſt.præd.ſed expreſſa pupillaris, quæ ꝯtinet tacitã vulgarē,requirit adit.ex teſtõ paterno,vt l.2.§. adeo.de vulg.& pu.ergo & tacita vulgaris. Sed tunc opp. ſm gl. ꝙ iſta ſecunda aditio ex vulgari non ſit neceſſaria, qm & ſine ea portio pupilli repudiata accreſcit huic hrdi q adiuit ex paterno, vel ambob.ſi ambo adiuerint. Ad qd ergo vtilis ē aditio regrit? Glo.hic conat rñdere, ſed truffa eſt, dicas ergo ꝙ iſte intellectus nõ eſt verus; & ꝙ hic nõ agit de illa portione repudiata adeūda ex vulgari,ſed ex hrditate pupilli adeūda ex pupillari, & reſtituēda. Nec ob.opinio illa,ꝙ in hrditate iſta nihil ſit, nã immo poterat eſſe,vt ſi hēbat aliūde bona,puta materna; vel ēt ſi portionē hãc paternã nõ adiuit,nec repudiauit, vñ in eius hrditate reperit ius adeundi,vel ſe immiſcendi in ea,vt l.ſi qs filiū. de acq.hær. & hoc patet ex l.ita tñ.§.a patre. ĩ.eo. vbi pupillus erat exhrdatus, & tñ ſubſtituti cogunt primo adire ex pãno, & poſtea ex pupillari hrditate pupilli, & ſic cõfundit p illū tex.imaginario gl.q voluit ꝙ iſta hrditas pupilli nõ dicat hrditas, poſtq̃ in ea nõ eſt hæ-

3 reditas paterna, pp quē errorē incidit in ſm de quo ſ. † Sed reſtat mihi magnum dubiū tã in illo § q̃ iſto, quare iſti inſtituti, & ſubſtituti cogant adire ex paterno,ſaltem vnus eorum vt confirmenē tabulæ pupillares,& reſtituat hrditas pupilli, nã hæreditas paterna remanebit penes adeūtē, & fortè erit dãnoſa nec illa venit reſtituēda:qa de ipſa teſtõr nõ mandauit, & ſic adiens remanebit in dãno. Bñ puto dicendū (licèt non reperiã ab aliquo dictū.) ꝙ ſi pp hanc cãm recuſant adire ex paterna, non cogantur adire. niſi fideicõmiſſarius datus in hrditate pupilli offerat ſeparatū recipere ēt paternã hrditatē,& ſatisfacere creditoribus, pro quo ſ.eo.l.j. § quoties. vbi fideicõmiſſario dato in parte hæreditatis fit reſtitutio totius hrditatis,ſi hrs coactus hoc vult,& aliter nõ vult adire hrditatē, & ſic erit mirabile: ꝙ actiones trãſibunt ex Trebelliano in illū,in quē teſtõr non mãdauit reſtitui,& hoc in ꝯñam alterius hrditatis, quã reſtitui mandauit. Et hoc maximè apparet ex illo §.a patre. vbi pupillus erat exhrdat9, & tñ pp eius hrditatē inſtituti & ſubſtituti cogunt adire paternã,q̃ teſtõr nõ mandauit reſtitui,& eſſet iniuſtum valde ꝙ remanerent implicit in illa hrditate,& ita intelligo iſtū tex.licèt gl. & Doc.nõ tangant,quod eſt magis ſubſtantiale,q̃ fortè ex ſupradictis.

§.Vtrum autem. Coactus adire & reſtituere, ſi actiones hæreditariæ nõ tranſeūt in fideicõmiſſariū, perinde nõ tenet ac ſi non adiuiſſet, ſed bona creditorib.& legatariis applicant.h.d. in effectu iſte §. cū ſeq.vſq; ad l.ille a quo.§.ſi de teſtõ. Et in iſto §.j.ponit caſus,& deciſio in fideicõmiſſo purè relicto,ad quã deciſionē probandã inducitur determinatio facta per diuū Piū in caſu de facto cõtingente,qñ fideicõmiſſum erat ꝯditionale in §. Antiſtia.& in iſto non fuerūt tranſlatæ actiones, qa fideicõmiſſarius ante factã reſt.deceſſerat ſine hærede. ſed in §.ſeq. ex eo ꝙ deceſſerat condi. pendente cū hrde,vel ēt ſine.Itē in iſto primo qñ deceſſit ante factã reſti.in ſequenti qñ ēt poſt factã,& ante condit. euentum,& ſic in tribus differunt, & hoc uſque ad uerſ. (cū igitur.) ibi tertia in qua Iuriſcon.Infert,& concludit ad caſum primo loco propoſitum,inducendo exemplū diui Pij, & cum fine huius l.dēt continuari.l. ille a quo.in prin c.Quarto loco in l.ſed cū ab hærede,limitat reſcriptum diui Pij, vt habeat locū qñ hrs de reſtituendo grauatus fuerat inſolidū inſtitutus,ſecus qñ habebat cohrdem. Item circa prædicta determinat vnū dubiū. In uer.(neque pupillum.)quod tn.mo.põt intelligi, ut in gl.q̃ eſt ibi. In iſto primo §.intelligitur in procuratore adeunte ptotē, dic & fidē de mandato plenè facienti, nec admitteret cū cautione rati, ſi de mãdato dubitaret, pp magnū periculū,qd põt hrs incurrere ex aditione ſm Ange. Et notandū,ꝙ facta reſtitutione huic procuratori vero, iura recta uia tranſeunt in dñm,& nullo modo in procuratorem, quia in eum tranſire non pñt cū teſtõr ei non mãdauit reſtitui,& hęc pbant ĩ.eo.l.qui ita.§.j.ille tñ tex.ur deſtruere dictum Angel ꝙ admittat cū cautione rati, ut ibi dic ut ibi. In aliis aūt q̃ expediunt per pcuratorē,dicendū eſt,ꝙ primo initiant in perſonam procuratoris,& de ipſo faciunt tranſitū in dñm. ut l.quæcunque gerimus.de act. & obl.unde ſi fert ſnia pro procuratore, acquirit ſibi actio directa,& dño utilis, ut ſ. de pcur.l.ſi procurator meus. In tex.ibi,(ne fortè in dãno moret.)dic põt.n.hæres fortè ſic dicere iſtud mandatū fuit factū,iam ſunt ſex mēſes, & poſſibile eſt,ꝙ fideicõmiſſarius,qui fecit,iã eſt mortuus,& ſic eſt finitū mandatū re integra,nec apparet qs ſit eius hrs,in quē poſſint tranſire iura ſi adirem,& reſtituerē huic, & ſic remanerē implicitus oneribus hrditatis unde non cogor adire. Sed rñdetur ꝯtrium,nec hēt de hoc dubitare:qa poſito ꝙ ita eſſet, ſuccurret ſibi,ut nõ teneatur creditorib.ſicut ſi nõ adiuiſſet,ſed bona illis aſſignabunt,& hoc ſtatuit diuus Pius in caſu ſequēti.uē ergo hic caſus,ꝙ ſi fideicommiſſarius decedat añ factã reſtitutionē,nõ trãſmittat ius fideicõmiſſi ad ſuos hrdes,ſed ꝯtriū eſt uerū,ut patet. ĩ.eo. l.cogi. §.Meuius,& C.de fideicõ.l.ſi in pſonã.& hoc dēt intelligi qñ nõ apparet hæres ſm gl.& benè. Si aūt apparet,tranſirent in illum iura,& cõpelleretur hæreditatē ſuſcipere,uel fortè põt dici ſecus ſi fideicõmiſſarius deceſſerat re integra añ factã reſtitutionē,& ſic mãdatū erat finitū,ut ēt tūc habeat locū puiſio de qua in ſeq. §.

5 *Purè institutus, & de reſtituendo grauatus ſub conditione, ſi recuſat hæreditatem adire, poteſt pendente conditione cogi adire & reſtituere, ſi non habeat cohæredem, & quare.*

2 *Quòd iſta reſtitutio ſit potius facti, quàm iuris, nec per eã transferantur iura in fideicommiſſarium, & contra quem agere poſſunt creditores, & legatarij.*

3 *Si fideicommiſſarius decedat ante, quàm conditio eueniat, & ſic ante quam iura ſint translata in eũ, licèt poſt reſtitutam hæreditatem fideicommiſſum extinguatur, & qualiter prouideatur creditoribus & legatarijs.*

4 *Si fideicõmiſſum eſt purum, tunc etiam ſi grauatus habet cohæredem qui adiuiſſet, & ſic non ſubeſt periculum, ne fideicommiſſum intercidat, tamen admittitur fideicõmiſſarius ad petēdū illū grauatum cogi adire, & reſtituere.*

1 §.Antiſtia. † Recollige tria in effectu,primo ꝙ purè inſtitutus, & de reſtituēdo grauat9 ſub ꝯdõne ſi recuſat hrditatē adire,pt pendēte ꝯdi. cogi adire, & reſtituere ſi nõ habeat cohrdem,& hoc pp metū, ne fideicõmiſſum intercidat,ſi ꝯtingeret hæredem mori hrditate nõ adita, & ꝯditione fideicõmiſſi pendente:qa fieret fideicõmiſſum irritum pp hæreditatē non aditam,ut l.ille a quo.§.ſi de teſtõ,in fi.nec poſſet eius hæres compelli adire,cū ad ipſum hrditas non ſit tranſmiſſa, ut no.gl.in l.eã quã. C.de fideicõ. Gl.tñ magna ur hic dicere,ꝙ hoc fiat pp metū creditorū,qd nihil eſt. Si aūt habebat cohæredem, q hæreditatem adiuerat,tunc non ſubeſt iſte metus, quia poſito ꝙ grauatus decederet hæreditate nõ adita, fideicommiſſum nõ extingueret, ſed portio illius grauati accreſceret cohæredi cum onere fideicõmiſſi,ut l.ſi Titio & Meuio.§.Iulianus,de leg.2. & ideo hoc caſu non diſpenſatur cū fideicommiſſario per reſcriptum diui Pij,vt pendente ꝯdõne poſſit illū grauatum petere cogi ad adeundū & reſtituendum,cū ueniat ꝯ uolūtatē defuncti,q uoluit ad ipſum puenire hrditatem, niſi adueniente ꝯdõne. & iſte eſt caſus in l.ſeq.in prin. Sed ſi hrs nondum adiuiſſet,idem timor & periculū immineret,& iõ ꝯdõne pendente admitteretur ex diſpoſitione inuenta per reſcriptum diui Pij,qd niſi fuiſſet,de rigore iuris fideicõmiſſarius ꝯdõne pendente fideicommiſſi nullo mõ audiret,ideo fuit reſcriptum neceſſariū. Si aūt hæres ſpontè adiret,tunc quia ceſſat periculū, non diſpenſatur cum fideicommiſſario, ut ꝯdõne pendente petat ſibi reſtitui, niſi in caſu l.j.§.quoties.ſ.eo.ſed ibi pro parte erat purum,& pro parte conditiona-

dinonale, & pp primam partem diſpenſat̃ in ſcda. Silr ſi hr̃s eẽt inſtitutus ſub ꝯdõne, nõ diſpẽſaret̃ cum fideicommiſſario, vt illa pẽdẽte poſſit hr̃dem cogere ad adeũdum, qa ẽt ſi vellet ſpõte, nõ
2 poſſet, & iſte eſt caſus in l. pcedẽti. † Scdo recollige ꝙ iſta teſtõ, q̃ ſit ꝯdõne pẽdẽte ex diſpõne, eſt potius fci. q̃ iuris: qa ꝑ eam non trãſferunt iura in fideicommiſſarium: qa ſi transferrent̃, nõ extinguerẽt fideicommiſſum ꝑ mortem fideicommiſſarij ꝯdõne pẽdẽte, cuius ꝯrium hic patet, & hoc ẽt uoluit glo. mag. poſt princ. ibi (ſed tñ ꝑ talẽ reſti. &c.) Quid ergo operat̃? Rñdeo, ꝙ hr̃s q reſtituit, nõ poſſit ꝯueniri a creditorib. & legatarijs, ſed ꝯuenietur fideicommiſſarius acſi iura eſſent in eũ trãſlata, nec põt ſe liberare dicẽdo, ꝙ creditores & legatarij capiant bona, & vẽdãt, hoc.n. tũc fit qñ perit ſpes fideicommiſſi: qa fideicommiſſarius deceſſit ꝯdõne pẽdẽte, & ita loqtur hic text. ibi (vt ſi qd horum ꝯtigerit,
3 &c.) † Tertio no. ꝙ ſi fideicommiſſarius decedat anteq̃ ꝯdõ eueniat, & ſic anteq̃ iura ſint trãſlata in eum, licet poſt reſt. hære. fideicommiſſum extinguat̃, & iõ bona aſſignant̃ creditorib. & legatarijs. acſi hr̃ditas nõ fuiſſet adita quãtum ad ꝑiudicium hr̃dis vt poſſit ꝯueniri bñ tñ hr̃ ꝓ adita, q̃tum ad hoc ut legata ſint ꝯfirmata. Et eſt aduertẽdũ, qa gl. mag. poſt princ. ibi (& ſi decedat &c.) vr̃ intelligere iſtud dcm̃, qñ decederet ſine hr̃de: ſi aũt cum hr̃de, dicit ꝙ tũc nõ aſſignant̃ creditorib. ſed hr̃s fideicommiſſarij tenet̃ rñdere creditorib. ſicut ipſe fideicommiſſarius, ut dcm̃ fuit in § pcedẽti qd̃ nõ placet: nam in illo §. iſta diſtinctio benẽ procedit: quia fideicommiſſum erat purum, & ſic potuit tranſmitti ab hr̃de ſi ipſum habebat, ut in iurib. q̃ ibi allegaui: ſed hic erat ꝯdõnale, & nõ potuit tranſmitti, vt C. de cad. tol. l. vnica. §. ſinãt ſub ꝯdi. vñ nõ curo ĩ caſu huius §. an deceſſerit cum hr̃de, vel ſine. Et ex his remanet declaratus tex. & etiam iſta gl. magna.
4 † Qñ ãt fideicõmiſſum eſt purum, tũc ẽt ſi grauatus hẽt cohr̃dẽ, qui adiuiſſet: & ſic nõ ſubeſt periculũ, ne fideicommiſſum intercidat, nihilominus admittit̃ fideicommiſſarius ad petendum illũ grauatum cogi adire, & reſtituere: quia hoc caſu nõ venit ꝯ uoluntatem defuncti, & ſic non indiget diſpenſatione ex reſcripto diui Pij, & hoc uoluit gl. illa ma. in ver. (ſed opponitur.)

1 *Hæredẽ cũ petitur cogi adire, non admittitur exceptio concernens vires teſtamenti, & quare.*
2 *Exceptio de iure tertij, ſeu quam excipientis non intereſt opponere, non debet admitti, & quid ſi excipientis intereſt.*
3 *In iudicio ſummario non admittitur exceptio requirens altiorem indaginem, quantum ad hoc vt impediat executionem, ſed bene admittitur, & reſeruatur poſt executionem.*
Quando dicatur requirere altiorem indaginem.
4 *Coactio hæredis de adeundo hæreditatem ad inſtantiam fideicommiſſarij, quare fuit inuenta.*
5 *Hæreditas non adita non tranſmittitur, etiam ſi hæres erat rogatus reſtituere & ſic etiam non tranſmittitur ad commodum fideicommiſſarij.*
6 *Quid ſi eſſet caſus, in quo hæreditas non adita tranſmitteretur, uel ius deliberandi.*

Ille, à quo.

1 **§. Si de teſtamento.** † Cũ petit̃ hr̃dem cogi adire, non admittitur exceptio cõcernens vires teſti. quia non intereſt hæredis eam obijcere, ſed ꝯcernens uires fideicommiſſi duntaxat benẽ admittit̃: quia eius intereſt: ſi tñ hẽt altiorem indaginem, reſeruatur diſcutiẽda poſt aditã hr̃ditatẽ, & interim adire ꝯpellitur, ne morte eius fideicõ-
2 miſſum intercidat. h. d. † & ſic allegatur primo, quia exceptio de
a iure tertij, ſeu quam excipientis nõ intereſt[a] opponere, non dẽt admitti. & quotidie procuratores opponunt ꝯ excipientes de hoc, & ſilr ꝯ replicantes, ſicut.n. non auditur appellans, cuius nõ intereſt. ita nec excipiens, poſito ꝙ ſit in iudicio, & cum eo litigetur, ſed ſi excipientis intereſt, admittitur, licẽt cum eo iudiciũ nõ agitet̃, ſed veniat tanq̃ tertius ꝓ ſuo intereſſe, & hoc vult hic gl. ij. quæ incipit. (quod dicit hæres) per l. ita ſi ñ. §. quones. j. e. &
3 facit l. ij. & qd̃ ibi no. C. de neg. geſt. Itẽ allegatur iſte tex. † ꝙ in iudicio ſummario, vt eſt iſtud iudicium coactionis, (qd̃ ideo eſt ſummariũ pp periculũ. qd̃ imminet, vt in ſilr in l. j. de dam. infe. & eſt ſummariũ vt abbreuiẽtur dilationes,) nõ admittitur exceptio requirẽs altiorẽ indaginẽ, quantũ ad hoc vt impediat exec. ſed benẽ admittitur, & reſeruatur poſt executionẽ factã. Silr in l. ij. C. de edic. di. Adri. tol. nam & illud iudiciũ poſſeſſorium eſt ſummariũ: quia executiuũ. ſilr ẽt in l. nã & poſtea §. j. de iureiu. hæc aũt reſeruatio æquiparat̃ huic: quia ſi poſtea reperiat̃ vera, retractat̃ executio, & qcquid factũ eſt, vt l. ꝑtor circa princ. & ibi
b no. j. de dam. inte. Qñ aũt dicat̃ reqrere altiorẽ indaginẽ,[b] dic,
4 vt j. vt ĩ poſſ. le. l. ſi is a quo. † Itẽ allegat̃, ꝙ coactio de qua loquit̃ Senatuſconſultũ, fuit inuẽta pp periculũ, ne fideicommiſſum intercidat per mortẽ grauati ante aditã hr̃ditatem, & nihilominus aliqñ ẽt vbi non eſt iſtud periculum, admittit̃ fideicõmiſſarius ad hoc petendum, ſi non venit ꝯ voluntatem defuncti, vt in caſu quem vltimo loco poſui in §. Anniſtla. ſuper glo. qñ graua-
5 tus habebat cohæredem. Vltimò no. ꝙ hęreditas nõ adita non trãſmittit̃, ẽt ſi hr̃s erat rogatus reſtituere, & ſic nõ ſolũ ad commodũ ipſius hr̃dis nõ trãſmittit̃, ſed nec ad ꝯmodũ fideicõmiſſarij. uidebat̃ ꝯriũ, qa poterat hr̃dẽ ꝯpellere ad adeũdũ, ẽt ſi hr̃s repudiaſſet expſsè, ut j. l. px. § j. videbat̃ ergo, ꝙ ſicut repudiatio expſſa non licebat nocere fideicõmiſſario, ita nec mors ipſius hr̃dis ſed certè repudiatio poſſet fieri in fraudẽ fideicõmiſſarij iõ minus nocet. Sed mors nõ ꝯtingit in fraudẽ, iõ magis nocet. venio ad caſum. In tex. ibi (non erit audiẽdus.) dic, qa teſtm̃ nõ valet, nec eius aditio valebit, & ꝑ ꝯñs nõ põt dubitare: ꝙ remaneat implicitus onerib. hr̃ditarijs. nõ eñ intereſt ſua hanc exceptionẽ obijcere, ſed ſi eſſet caſus, in quo ſua poſſet intereſſe, ut qa eſt de venientib. ab inteſ. ſi teſtm̃ nõ ualet, hr̃ditas deuoluit̃ ad eũ ſine onere fideicommiſſi. dicit Bar. ꝙ ipſe putat iſtam exc. tũc fore admittẽdam, & diſtrahẽdam ſi nõ reqrat altiorem indaginem, qd̃ not. In tex. ibi (de uirib. fideicõmiſſi tractet.) ſub. duntaxat, & nõ teſtiꝯnam & qñ de uirib. teſti, in ꝯñam & de uirib. fideicõmiſſi diſputat̃, & nõ ꝑpea hẽt locũ qd̃ hic dr̃, ſed id quod dr̃ ſ. ꝓximè. Sed ſi põt ualere teſtm̃, & nõ fideicommiſſum: vel qa non fuit fcm̃ ut dr̃, vel alia rõne erat nullũ, tũc bñ intereſt hr̃dis diſcuti de hac exceptione anteq̃ cõpellat̃ adire: qa ſi non ualet fideicommiſſum, ipſe adeũdo remanebit implicitus oneribus hęreditarijs, & intereſt ſua, ꝙ non auferatur ſibi tp̃s ad deliberandũ. Dicit tñ Bar. ꝙ ſi ipſe præcisè repudiaret hr̃ditatem, nec putaret eam ſibi expedire poſito ꝙ fideicommiſſum eſſet nullũ: quia tunc iſtam exceptionẽ obijcere ſua non intereſt, & ideo illa exceptio nullo mõ admitteret̃, nec reſeruaret̃ poſt aditionẽ factã, & ſic iſte text. dẽt intelligi ꝙ non recuſabat pciſè hr̃ditatem, ſm̃ hoc qui coactus adijt, nõ ſolũ perdit quartã, imò ẽt ꝑdit ius dicendi fideicõmiſſum eſſe nullũ, & ſic ꝯpellit̃ reſtituere indiſtinctè nõ admiſſa hac exceptione, qd̃ eſt ſingulare. ſi eſt verũ, ſed dubito, & pro nunc aliter nõ decido. In gl. fi. in fi. ibi. (poſt cautionẽ vel iuſſum.) dic. & eſt rõ tũc: qa ſtatim debuit parere iuſſui: ſi nõ fecit, cẽſet̃ hoc feciſſe in fraudẽ fideicõmiſſarij. iõ mors poſtea ꝯtingens fideicõmiſſario non nocet, quominus hr̃ditas non adita tranſmittat̃ ad hr̃dẽ, non ad ꝯmodũ tranſmittẽtis, vel ipſius hęredis, ſed fideicõmiſſarij, vt poſſit cõpelli adire & reſtituere ſicut poterat defunctus ſed ceſſante fraude ẽt ad ꝯmodũ fideicõmiſſarij non trãſ-
6 mittit̃ vt hic in tex. † Si tñ eſſet caſus, in quo hr̃ditas nõ adita trãſmitteret̃ vel ius deliberandi, tunc nõ hr̃et locum iſte tex. qa fideicõmiſſum ꝑ mortẽ hr̃dis non extingueret, & poſſet hr̃s hæredis cogi adire & reſtituere, ſic põt intelligi principiũ gl. dum allegat l. pe. in fi. C. e. & hoc tenet hic. Bar. iſtud tñ eſt verũ ſi hr̃s hęredis adiuit hr̃ditatem hr̃dis, ſed nondum adiuit illã hr̃ditatem, q̃ ad ipſum eſt trãſmiſſa adeũda, nõ tanq̃ adita, ſed ſi adhuc hæreditatẽ hr̃dis, non adiuiſſet, nõ poſſet adire illã, q̃ trãſmiſſa eſt, cũ nõ poſſet eam adire niſi tanq̃ hr̃s hr̃dis, vt patet ex his q̃ hñt in l. ſi quis filium. de acquir. hęr. ſed hr̃s hr̃dis non ꝯpellitur adire: qa nõ fuit iuſſus eã reſtituere, ergo nec illam quæ delata erat hr̃di, & ita limito dcm̃ Bar. ꝯ hæc tñ facit qd̃ dixi in § idẽ Iul. vbi ꝯpellit̃ quis adire hr̃ditatẽ, quã nõ fuit iuſſus reſtituere pp aliã, quã iuſſus fuit, ſed ibi facto teſtatoris eiuſdẽ hoc euenit, hic nõ, quia primus teſtator de hr̃ditate hęredis nõ cogitauit, ibi verò cogitauit, & diſpoſuit de hr̃ditate hr̃dis, & potuit, licet de ſua nõ cogitauerit, ſed cenſet̃ cogitaſſe in ꝯñam, hic non de hæreditate hæredis, etiam in conſequentiam. No. quòd iſta ſunt ſubtilia.

ADDITIONES.

a Non intereſt. Fallit fauore pupilli ut eſt caſus ſin. in l. 2. in fi. C. de neg. geſt. Ang. & Imo. in l. ſi perluſorio, j. de app. fauore tamen fiſci non licet opponere de iure fiſc. ut poſt multos Doctores concludit Ludo. Roma. conſi. 76. an autem in beneficialibus, & quando liceat de iure tertij excipere, uide per eundem conſilio 347.

b Altiorem indaginem. Adde Bar. in l. 3. §. condemnatum de re iu. & in extrauagãti ad reprimen. in uerbo, ſummariè, Bald. in l. ex falſis. C. de tranſact. Imo. & Car. in cap. cum in iure. de offi. deleg. Ludo. Roma. conſilio cclxvj. per eundem conſilio lxxvj.

---

1 *Inter iudicem & partem debet eſſe differentia, ſic & inter condemnantem, & condemnatum.*
2 *In defectum iudicis inferioris recurritur ad principem.*

1 **§. Tempeſtiuum.** † Par in parem non hẽt imperium, niſi ſe ſuæ iuriſdictioni ſubijciat, nec in ſemetipſum quis hẽt imperium. h. d. & ad hoc ſic al-
2 legatur c. nouit. de elect. † Et no. ꝙ debet eſſe differentia inter iudicem, & partem, & inter condemnantem, & condemnatum, concordat l. pen. de ar. No. in fin. ꝙ in defectum iudicis inferioris recurritur ad principem.

1 *Filiusf. magiſtratus poteſt exercere iuriſdictionem, etiam contra patrem.*
2 *Ratio quare in his quę ſunt publici iuris, patria poteſtas non curatur.*

1 **§. Si quis filiusfa.** † Filiusfa. magiſtratus poteſt exercere iuriſdictionem, ẽt ꝯ patrem.
2 h. d. † Et no. rationem quare in his quæ publici iuris ſunt patria poteſtas non curatur, immo perinde debet haberi filius acſi in patria poteſtate non eſſet & iſta ratio uidetur facere, ut filiusf. poſſit facere teſtamentum, cum teſtamenti factio ſit publici iu-

ris vt l.3.de teſta.& tñ non poteſt,& allegatur ratio iſta, quia teſtamentum eſt publici iuris,& potius videtur facere in contrarium,ſed ſolue vt notatur in l.qui in poteſtate ẜ.de teſta.

L E X XIIII.

Nam quòd.

s §.Sed & qui repudiauit. †Repuditiatio hæredis fideicõmiſſaſio non nocet quominus ad huc poſſit cogi adire, & reſtituere,niſi bona ſint alienata. qa non reuocaſ alienatio, niſi ex iuſta cã.h.d.& q̃ ſit iuſta, dic vt in glo.

§.Si quis compulſus. Aditio coacta ꝯfirmat relicta in teſtõ,ſicut ſpontanea.h.d.& facit deficere conditionẽ illã ſi hr̃s non fuerit,vt ẜ.e. l.apud Iulianum.& no.in fi.in verbo,[& cætera]ſub.quo ꝯprehẽdit pupillaris ſubſtitutio,de qua.in princ.fecerat mẽtionẽ & eſt ar.ꝙ per authẽ.ex cã.C.de lib.præt.dũ dicit,(cætera nanq; firma permanẽt,)ꝯſeruef ẽt pupillaris ſubſtitutio,licet non poſſit fieri niſi in teſtõ, cuius ꝯriũ vr̃ tenuiſſe Dy. ꝙ ſolum illa quæ poſſunt fieri in codicillis, ſed falſum eſt, quia conſeruantur tutelæ, & tñ nõ pñt dari in codicillis ſed fortior rõ eſt, qa ꝑ eam ſuccedif directò, & ꝑ illam aut.directæ inſtitutiones non ꝯſeruantur, imò dr̃ ibi, ꝙ ſunt irritæ,ſed hoc de illis,per quas ſuccedif principaliter teſtõri,vt inſtitutio & ſubſtitutio vulgaris,ſed per pupillarẽ ſuccedicur principaliter pupillo.& hæc eſt communis opi.In tex.ibi (non adita)ſub.ſed repudiata,& hoc faciebat dubium,qa per repudiationem videbatur effecta irrita,& ſic non poſſe reconualere ſed ꝯnũ eſt, qa illa repudiatio erat retractabilis ad inſtantiam fideicommiſſarij,ergo nõ fecit illa irrita,ſed ſtare in pẽdẽti,& ſecuta poſtea aditione perinde valent ac ſi nunquã facta fuiſſent.

§.Qui compulſus. Coactus adiens perdit quartã, nec ex pnĩa ipſe recuperat.h.d. In tex.ibi(cæteris commodis.)dic in pupillari ſubſtitutione,& ẽt legatis factis ſub conditione ſi hæreditatem adiuerit, ut ĩ. eo. l.ita tñ.§.qui ſuſpectam,non tñ perdit ea commoda, q̃ potuiſſet hr̃e,ẽt ſi hæres non fuiſſet,vt l.apud Iulianum,in prin.ĩ.eod.ſed iſta de quibus dixi non potuiſſet hr̃e niſi hæres fuiſſet, & poſtq̃ compulſus adijt perinde eſt,ac ſi non fuiſſet ad commodum ſui. In tex.ibi(pœnitendo.) dic,ſed qũo põt pœnitere poſtq̃ adiuit? Rñdeo,intelligo ꝙ interuenit iſta pœnitentia anteq̃ adiret, & poſt iuſſum ſibi factum per iudicem,nam non poteſt dicere,ego adij ſpontè,ut cõſequatur beneficium quartæ poſtq̃ a principio recuſauit adire & perſeuerauerit in contumacia vſq.ad iuſſum iudicis excluſiuè nam ſtatim hr̃ aditio ꝓ facta,hinc eſt ꝙ ſi decedat poſt iuſſum, & poſtq̃ verè adeat,tranſmittit ad hr̃dem ac ſi eſſet adita,ut no.ẜ.l.proxim.in fi.per gloſ.ſed ſi ante iuſſum iudicis pœniteret,non nocet ſibi prima ꝯditio,in qua non perſeuerauit,& ſic poteſt intelligi l.ſi patroni.§.qui fideicommiſſarium,ante ĩ.e.ibi dum dicit,(cũ & Fal. pęnitendo potuit inducere,) &c. poſtq̃ aũt adiuiſſet coactus,fruſtra quereretur de pœnitentia.

2 *Quid ſit fideicommiſſum vniuerſale.*

Bona quando dicantur non deducto ęre alieno.

3 *Verbum cõe relinquo,adiectum certę rei,vel parti bonorum,non importat fideicommiſſum vniuerſale,& eodem modo ſi non eſſet alius inſtitutus, vel ſubſtitutus,non importat et inſtitutionem,vel ſubſtitutionem directam.*

§.Non omnis. Hic incipit tractate ad cuius inſtantiam hr̃s cogaf hrditatem adire,& ꝓſequitur vſq.ad l.ex ſcõ.& dr̃ hic ꝙ ad inſtantiam fideicommiſſarij vl̃is,in quem ſunt tranſitura oĩa iura,nõ ad inſtantiam legatariorũ vel fideicommiſſariorũ particulariũ, in quo onera nõ ſunt trãſitura,ſed duntaxat commoda,qa nõ eſſet iuſtum vt apud hęredẽ inuitũ remanerẽt incommoda,& ad alios trãſirẽt commoda. Et fideicõmiſſarius vl̃is dr̃ nõ ſolũ ille, cui relinquif hr̃ditas, vel eius pars quota,quæ cõſiſtit in ius vl̃e,ſed ẽt ille,cui relinquũtur oĩa bona, vel res hr̃ditariæ,per quæcunq.vocabula,quę poſſint hoc importare. ſecus ſi nõ relinquitur uniuerſitas omnium bonorum,ſed certa pars particularis.h.d.in effectu vſq.ad l.cogi.

2 §.inde quæritur. † & not.iſtos tex.quia reputantur ſingulares in effectu, & faciunt dr̃iam, an teſtator utatur uerbo hr̃di, uel hæreditas,& tũc ſiue relinquat eã totã,ſiue partem eius quotam,dr̃ fideicommiſſum[a] vl̃e.Sed qñ utif alijs uocabulis,de quibus hic,

a tũc quia prima facie potius ſonãt in corpora,q̃ in uniuerſitatem iuris, ſine quibus corporibus põt eſſe hæreditas,ut l.hæreditas, de peti.hære.tunc diſtinguitur an relinquat, an mandet reſtitui oĩa bona,vel ſimpl̃r bona ſua,qd̃ intelligitur de oĩb.in dubio & tunc fauore ultimæ uoluntatis cenſetur ſenſiſſe de hæreditate, & ſic de vniuerſitate iuris,& talis erit fideicommiſſarius vl̃is.nec iſto caſu intelliguntur bona.l. deducto ære alieno,imò cum eo, ſicut & hæreditas. Aut reliquit partem bonorum deſignando partes,vel quantitates,vel dicẽdo dimidiam bonorum meorum & tũc talis non dicef fideicommiſſarius vl̃is, ſed particularis, & illud verbum intelligif.l.deducto ære alieno, ut hic in l. cogi.§. & gñaliter.& ẜ.de leg.2.l.ſi qs ſeruum.§.ſi.cum l.ſeq. ubi melius declaranf iſta q̃ alibi,& qñ iſtud verbũ bona vel alia, de qb.hic, ꝓferf a teſtõre in ultima volũtate,qñ ãt a ꝯhentib. tunc ẽt ſi oĩa bona dẽtur,vel ꝓmittanf,intelligif.ſ.deducto ære alieno & ſic ñ importat uniuer.hr̃ditatis,qa nec eſt hr̃ditas alicuius uiuẽtis, & hoc ꝓbaf in l.mulier bona.de iure donũ.Quid ãt ſi a principe? dic ut l.princeps.de uer.ſig.Et qd ſi a lege? dic ut no.Bar.ĩ.de bo.

3 poſ.in l.3.& C.ad l.Iul.de vi.l.tutoris.† Vltimò iſte §.& gñalr ſpal legaf ad unũ dcm̃ Dy.qd̃ poſuit hic,videlicet uerbũ cõe relin-

b quo.[b] adiectũ certæ rei,uel parti bonorũ,nõ importat fideicommiſſum vl̃e,& eodẽ mõ ſi nõ eſſet alius inſtitutus, uel ſubſtitut[a] nõ importaret inſtõnẽ uel ſubſtõnem directã. Si enĩ teſtõr nullo inſtituto hr̃de ẽt coram 7.teſtib.diceret, relinquo tali tales res meas,uel partẽ bonorũ meorũ nõ uiderẽf ipm̃ inſtituere hr̃dẽ, ſed illa relicta facere ab inteſtato & nõ traherẽf ad alia bona, ſecus ſi corã 7.teſtib.diceret,relinquo tali oĩa bona mea, qa uiderẽf ipm̃ inſtituere hr̃dem,ut no.in l.his uerbis.in prin.de hær.iſt. & ſi ꝓcederet inſtõ de aliquo alio, importarẽt iſta verba fideicõmiſſum vl̃e vt hic,ſed verbũ directũ,ut ĩſtituo, ẽt ſi ꝓferaf in certa re,uel fundo nõ dato alio cohr̃de in uniuerſo, importaret inſtõnẽ vl̃em in oĩb.ut l.4.§.ſi ex fundo.de hær.inſt. Et ex ꝑdictis determinanf qõnes quotidianæ in mã ſubſtõnis compẽdioſæ,quia ſi fiat pupillo ꝑ uerba directa,ẽt in certa re, uel q̃ntate,puta qñ filius meus deceſſerit,talis ſit hr̃s in tali fundo, uel ipm̃ ſibi relinquo iure inſtõnis, ſi decederet in pupillari ætate, illa dicerẽf directa dupillaris, & traherẽf ad oĩa bona,ut eſt caſus in l. cohr̃di.§.ſi.de vul.& pup.ſed ꝑ ꝑ uerbum cõe,puta relinquo,uł ſubſtituo in tali re,uel in talib.bonis,iſta non eſſet directa pupillaris, nec fideicommiſſum vl̃e,ſed particulare.Et ad hoc allegatur iſte §.& gñalr & nõ traherẽf ad aliqua bona,ſecus ſi uniuerſitati bonorum,puta relinquo uel ſubſtituo in oĩb.bonis talem,quia diceretur ſubſtitutio pupillaris ipſo moriente in pupillari ætate,& ſic poſt diceretur fideicommiſſum vl̃e. Conſtat autem eſſe magnam differentiam inter uniuerſale,& particulare,ut hic patet, quia primus poteſt compellere,ut adeatur hæreditas.Item in primum tranſeunt onera,in ſecundum non.

ADDITIONES.

b Et in hoc quando fideicommiſſum dicatur uniuerſale. etiam ubi hæres in certa parte grauatus eſt bona reſtituere, uide Bart.in l.ſi quis ſeruum.§.cum l.ſeq.de leg.ij.Sed an fideicommiſſum uniuerſale ualeat,quando non ſufficiunt bona ad legata,& onera,uide Bal.in l.ij.in fi.C.ad Treb.ubi ait quòd ſic, quem ibi uide ad alia multa.

b Relinquo.Adde quæ poſui ſupra.in l.j.de leg.j.in uerbo lego, & his adde Lud. Rom.conſ.227.

L E X XVI.

1 *Rogatus reſtituere hæreditatem deducto ære alieno, non deductis legatis, cenſetur grauatus fideicommiſſo vniuerſali,non particulari,ideo poteſt compelli adire, & quare.*

2 *Si ſubſtitutio cõpẽdioſa facta ſit pupillo per hęc verba,quandocunque deceſſerit volo ꝙ quicquid ſuſceperit deductis iudicijs,& legatis ſupra factis, deueniat in talem,ꝙ iſta nec ſit ſubſtitutio pupillaris,nec fideicommiſſ.vniuerſale,& an ſi pupillus decedat in pupillari ętate eius hęreditas deuoluatur ad uenientes ab inteſtato.*

3 *Si poſt facta legata & debita relicta dicatur in inſtrumento, in omnibus autem alijs bonis talem hæredem inſtituo,ꝙ iſtud uerbum inſtituo, importet directam inſtitutionem.*

4 *Si aliquis rogatus ſit reſtituere quicquid ſuperfuerit de bonis teſtatoris tempore mortis ipſius hæredis Titio,ꝙ ille Titius non erit fideicommiſſarius vniuerſalis.*

COgi poterit.

s §.Inde quæritur. †Rogatus reſtituere hr̃ditatem deducto ære alieno,nõ deductis legatis,cẽſef grauatus fideicommiſſo vl̃i,nõ particulari iõ põt compelli adire,qa directa uerba non diminuunt de uniuerſitate iuris,ſed corporum, important tñ ut hr̃s cum reſtituit, poſſet deducere ut ſoluat ꝑ manũ ſuã, ꝓſtita tñ cautione fideicommiſſario de defendẽdo ipm̃,& indemnẽ ꝯſeruãdo a creditorib.& legatarijs,qui poſſent eundem fideicommiſſarium cõuenire,ſi hr̃s eis nõ ſolueret ea q̃ deduxit.h.d.no. Ex primo ponif thema & qõ uſq.ibi(qa ut ipſa.)Scdo arguit ad partem negatiuã, ut iſta uerba faciant videri potius fideicommiſſum particulare,q̃ vl̃e,& ſic ꝑ ꝯñs nõ poſſit hr̃s ꝯpelli adire,vſq.ibi(& ſunt q putant.)Tertio ponit opi.quorſidam q dñt illa uerba hr̃i ꝓ non appoſitis,& nihil operari,tanq̃ contineant impoſſibile, & ꝑ ꝯñs ſi erit pars affirmatiua,poſſit compelli,uſq.ibi,decidit.& licet iſta pars ſit uera,ut ſit locus Trebellianico,& coactioni ꝑdictæ, non tamen eſt uerum, ꝙ illa uerba habeantur pro non appoſitia, & nihil operantur.imò ſatis operantur ut hr̃s poſſit prædicta deducere,quod facere non poſſet ſi non eſſent appoſita, & legatarij vel creditores non inſtarent ꝙ eis ſoluerẽf, imò haberẽt neceſſe reſtituere fideicommiſſario,ut ipſe fideicõmiſſarius eis ſolueret. ſed nũc poterit deducere inuito fideicommiſſario,dẽt tñ cauere ut dixi,& iſta declaraui in l.Marcell.ẜ.eod. In tex.ibi[quia ut ip-

ſa)

ſa.)i. violẽto & demõſtratiuo arg.oñdit ꝙ licet ille fuerit rogat⁹
reſtituere hrẽditatem,tñ pp ſequẽtia verba,(deducto ære alieno,
vel deductis legatis.) potius videaẽ rogatus reſtituere id qđ ſup-
erit ex bonis hrẽditarijs fcã deductione prædicta, q̃ ipſam hrẽdita-
tẽ,ad qđ s̄.e.l.q quadringẽta,verſ.& qđ hrs.ſed ſi ita fuiſſet roga-
tus abſq.mẽtione hrẽditatis,iſte nõ diceret fideicõmiſſari⁹ vl̃s,ſđ
particularis:qa potius certa res vel q̃titas dr̃ ſibi relicta,q̃ vniuer
2 ſitas.& iſtã argumẽtationẽ ꝑpetuo tene mẽti.†qa dicit Bar.ſe ꝓ-
ſuluiſſe ꝑ eã, cũ q̃dã ſubſtõ ꝯpẽdioſa eſſet facta pupillo per hæc
hæc verba,q̃ñcũq. deceſſerit,volo ꝙ qcqd ſupererit deductis iu-
dicijs & legatis s̄.factis,deueniat in talẽ,ꝙ iſta nec eſt ſubſtõ pu-
pillaris,nec fideicõmiſſũ vl̃e,& ſi pupillus deceſſerit in pup ætã.
eius hrẽditas deuoluitur ad matrẽ, vel ad alios veniẽtes ab inteſt.
qui non poterũt cogi adire ad inſtantiã illius,tanq̃ ſit particula
3 ris fideicommiſſarius. †Sed qd erit de eo,qđ quotidie videmus,
ꝙ notarij poſt facta legata,& poſt debita relicta dñt, in omnib.
aũt alijs bonis talem hrẽdem inſtituit? Rñdeo,ꝙ illud verbũ in-
ſtituit,eſt directũ,& importat directam inſtõnẽ,non ſulũ in alijs
ſed ẽt in illis:qa illa non detrahunẽ de iure.i.de vniuerſitate hrẽ-
ditatis,ut hic ſeqẽ,ſed in qõne s̄.ſcripta erat verbũ cõe,qđ nõ tra
a hiẽ ad vniuerſum.* †Dicit ẽt Ang.ꝙ ſi aliqs ſit rogatus reſtituere
b qcqd ſuperit de bonis teſtõris tpe mortis ipſius hrẽdis Titio,ꝙ il-
le Titius nõ eſt fideicõmiſſarius vl̃is, & hoc fateor q̃tũ ad effm̃,
vt ſi hrs nollet adire,poſſet ꝯpelli ꝑ iſtũ tex.ſingularẽ,& id qđ di
cit Bar.ſed ſubdit ꝙ ſi ſponte adiuit, & nihil ꝯſumpſit de bonis,
ſi tñ ꝯſumere potuiſſet vſq. ad tres quartas reſeruata una quar-
ta fideicommiſſario,ut in Auth.ꝯ rogatos. C.e. ꝙ ipſe uel hæres
eius non poterit detrahere quartam Treb.qa cum non ſit fidei
commiſſarius vl̃is,nõ hẽt locũ detractio quartæ.Si uero vult ali-
quid hr̃e,conſumat in uita,vel alienet:qa poſt mortem non po
terit.Ego miror de iſto dicto, qa licet non habeat locum detra-
ctio Trebellianicæ,tñ poſtq̃ eſt fideicommiſſarius vl̃s,locũ ha-
bebit ẽt Falcidia,q̃ ſit etiam de particularibus,& uidere meo ip-
ſe neſciuit quid diceret.In tex.ibi:(nec enim poſſe ex iure dedu-
ci quantitatem.)dic iſtud eſſe veriſſimũ,qa cum ius ſit incorpo
reum,impoſſibile eſt ꝙ inde extrahantur corpora,ſed iſta uerba
pñt aliter ſaluari,nõ ꝙ iſta deductio fiat de iure hæreditario,ſed
de corporibus rerum hrẽditariarum. licet enim hrẽditas poſſit eſ-
ſe ſine corporib.tamen põt ẽt corpora comprehendere, & ideo
iſta uerba non fuerunt inaniter appoſita.In tex.ibi(Treb.Sena-
tuſc.locum eſſe)dic ꝙ rogauit hæreditatem reſtituere,nec iſtud
verbum hæreditatis,propter ſequentia verba reſtringitur.Aliud
enim eſt rogare quẽ de reſtituendo quicquid ſupererit deducto
ære alieno, & legatũ de reſtituendo hrẽditatem deductis ꝑdictis.

A D D I T I O.

a Vniuerſum.Adde ꝙ uoluit Old.conſ.54.inci.ſcm̃ tale eſt teſtatrix,quid aũt ſi te
ſtõr legando mille ſub ꝯdõne,dicat ſupfluũ uolo ꝙ ſit Titij,an nõ ſolutis mille
oĩa ſint Titij,Fulgo.cõſuluit,ꝙ ſic eius cõſ.114.& idẽ uoluit Lu.Ro. ſing. ſuis
fol.1.ubi dicit ꝙ ſi teſtõr legat duos ſeruos Titio ꝑ eundẽ eligẽdos & reliquos
Sempronio,ꝙ Titio non eligente omnes pertinent ad Sempronium.

1 *Fideicommiſſarius particularis quando poſſit compellere hæredem adire, & reſtituere totam hæreditatem.*
2 *Fideicommiſſum relictum a milite in certa parte bonorum,dicitur uniuerſale ut hæres poſſit cogi adire,licet ſecus ſi eſſet relictum a pagano.*
Si paganus relinqueret partem vni,& partem alteri,diſtribuendo omnia bona,an quilibet eorum erit fideicommiſſarius vniuerſalis.
3 *Si rogo hæredem meum ut reſtituat tibi hæreditatem Titij, quæ peruenit ad me,non autem hæreditatem meam,uel partem eius,iſtud non eſt uniuerſale fideicommiſſum,licet illa hæreditas ſit uniuerſalis,nec propter hoc poteſt cogi adire hæreditatem meam.*

1 §.Si quis hęres. †Fideicommiſſarius particularis põt
compellere hæredem adire & reſti-
tuere totam hæreditatem,ſi hrs nihil vult retinere, & non ſit a-
lius fideicommiſſarius in alia parte, qui eam velit hr̃e, hoc pri-
mo. Et grauatus in parte hrẽditatis teſtõris, & ẽt in hæreditate
aliena,quæ teſtatori obuenerat pp primam põt ꝯpelli adire, &
reſtituere utranque,hoc ſecundo. Et grauatus in parte bonorũ
a milite ſiḱr poteſt compelli , tanq̃ ſit fideicommiſſum vl̃e, licet
ſecus ſi pagano, hoc tertio . Et ẽt ante diem certam poteſt hæ-
res compelli reſtituere ſtatim,hoc quarto,& vltimo vſque ad §.
2 Metianus.† No.in §.ſed & ſi miles, ꝙ fideicommiſſum relictum
a milite in certa parte bonorum dr̃ vl̃e,ut hæres poſſit cogi adi-
re,licet ſecus ſi eſſet relictum a pagano,ut dixi in princi. huius l.
& in §.& gñaliter.& rõ diuerſitatis colligiẽ ex tex. quia inſtitu-
tio facta a milite in certa parte bonorum diceretur vl̃is abſq.eo
ꝙ traheretẽ ad alia bona,ut patet in l.ſi miles vnũ,de teſt.mil.nõ
ſic in inſti.facta a pagano, quia non eſſet vl̃is, niſi traheretur ad
alia bona.miles.n. põt de ſuo pr̃imonio facere plura teſtamen-
ta,& plures hrẽditates,non ſic in pagano, ut l.iuriſperitos.§.cum
oriundus. de excu. tu, Si tñ paganus relinqueret partem uni. &
& partem alteri, diſtribuendo omnia bona, quodlibet ipſorum
eſſet vl̃e fideicommiſſum,ut no.Bart.in l.ſi quis lctuum.§. ſi.de
3 leg. 2.No.ẽt hic in uer.(& q̃uis)ꝙ ſi rogo hrẽdem meum ut reſti-
tuat tibi hrẽditatẽ Titij. q̃ puenit ad me, nõ ãt hrẽd. meã uel eius
partẽ,iſtud nõ eſt vl̃e fideicõmiſſum,licet illa hrẽditas ſit vl̃is,nec
pp hoc põt cogi adire hrẽditatẽ meã,& ſic Senatuſc. nõ hẽt locũ,
niſi qñ qs eſt rogatus de hrẽditate rogantis.Glo. opponit ad § ꝑ-
ce.& ponit multas ſolutiones, uera ſolutio eſt, ꝙ ibi rogaui de
parte hrẽditatis meæ, & ẽt de hrẽditate Titij,q̃ ad me obuenerat,
2 †& no. ex ſi. quia hr̃s rogatus partem reſtituere ſi coactus adit, pdit alteram partem ſicut perderet quartam ſi rogatus eſſet totũ reſtituere, & vtroq. caſu hẽt locum qđ dixi, ut fideic. cõicet cum fideic. non ſic legatarijs ſingularib. quib. non prodeſt coactio facta p fideicom. ſed ſibi ſoli. l. qui quadringenta. §. eo. & in le. quoties. §. Metianus. In tex. ibi (partis ſuæ.) i. hr̃dis, qa erat eius ꝯdõne pendente, uel dic ſuæ. i. tuæ. In tex. ibi (non immerito, &c.) qa coactio vnius ex fideicom. alteri prodeſt, ut patet ex ſeq. ideo videbantur fructus illius partis tibi reſtituendi. In tex. ibi, (ſufficiat autem.) No. rationem allegabilem ad multa, qa ſufficit, ut non perdas nec dẽs ꝯqueri ſi non lucraris, & ſufficit quod tua ꝯditio non efficiatur deterior, nec dẽs conqueri ꝙ non efficiatur melior ex facto alterius. In tex. ibi, (idem) expone. i. ego idem, nõ aũt vt in caſib. ſeq. non teneat̃ tunc cõicare ſicut nec in p̃cedẽti, imò teneor. In tex. ibi, (rogatus ſit, & ſic dimidiam tantum hr̃ditatis. In text. ibi, (cogente me adijt) ſub. & totam reſtituit, & ſic pdidit alterã dimidiã, q̃ non fuerat rogatus reſtituere, certe accreſcit pro rata modo quadranti, & ẽt tuo, & ſic tibi debeo reſtituere ſemiſſem. Hic eſt una gl. pp quam iſta l. ſpallegat̃. For-

5 mat eñ duas q. ex̃ caſum huius l. † Prima eſt. Si fideicommiſſarꝰ primus rogatus eſt reſtituere ſecundo vtrum poſt reſtõnem factam ſecundo remaneant ſibi aliqua iura, ſicut remanſerũt penes hr̃dẽ poſt reſtõnẽ factam ſibi. Et hr̃ tenet ꝙ non duplici iõne. Primo, quia iõ penes hr̃dẽ remanſerunt aliqua iura, qm̃ penes eum erant directa, quæ poſſunt parere vtilia, vnde reſtituenda remanſerunt directa, quæ conſueuerunt ab oſſibus non ſeparari, & utilia fuerunt tranſlata, tanq̃ de nouo orta in actu reſti. & producta ex directis, ſed penes fideicom. cum non ſint niſi vtilia, & p reſtõnem, quam facit, tranſit ut a ſint vtilia, aut illa eadẽ quæ apud eum erant, tũc ſibi nulla remanẽt. Aut dicimus, ꝙ ex illis vtilibus producantur alia utilia, & hoc non reperitur iure cautũ, iſta eſt rõ vrgens & vera, pp quã iſta pars cõiter tenet̃, pp

4 quod dicimus communiter, † quod ſi primus ceſſionarius cedit ſecundo, nihil ſibi remaneat, cum non haberet, niſi utilia. l. emptori. de hær. uel ac. vẽdit. & ſi primus emphyteuta, uel feudata-

a rius det ſecundo in emphyteuſim, ᵃ uel feudum, penes eum nihil remanet, cum non haberet niſi vtile dominium, ut l. 2. C. de iure emph. & hoc eſt vtile propter ea quæ no. in l. 3. de noua. quia qñ penes cedentem remanent aliqua iura, poteſt agere, & ſolonem recipere, & ſoluens liberatur, præterquam in tribus caſib. de quib. ibi, ſed ſi nulla remanſerunt, ſecus, & ſi illa l. non hẽt locum in primo fideicom. ſed in ſecundo. ſed tenendo opi. Hug. recitatam in gl. qui uoluit apud primum aliud remanere, ſequeret̃ ꝯtrium. hoc uoluit glo. dum recitat illius opi. Aſſignat gl. aliam rõnem, q̃ probat̃, ꝙ ideo penes primum non remanet quia acqſitio ſibi facta de iuribus vtilibus non fuit facta de uoluntate defuncti, duntaxat, qa illa nõ ſuffeciſſet, ſed authoritate Senatuſc. Cum igitur authoritate eiuſdem fiat in ſm̃ traſlatio fit in totũ, p rl̃am, ꝙ vnumquodq. vinculum ſoluit̃ eo iure, quo ligat̃, & ſic a pari potentia, & illud põt tolerari, ſed penes hr̃dem, ideo remanet aliud, ꝙ acquiſitio facta de directis non fuit facta authoritate Senatuſcon. ſed auctoritate l. 12. tabu. acquiſitio autem quæ fit ſecundo, non fit authoritate l. 12. tabu. ſed Senatuſcon. quando non eſt tanta, iõ nõ fit in totũ in hoc malè, qa Senatuſcon. ẽ de iure ciuili, & non eſt minoris authoritatis q̃ l. 12. tabu. vnde ſi uoluiſſet, potuiſſet facere, ꝙ penes hr̃dem nihil remaneret, ſicut pñt aliæ partes iur. ciuilis a l. 12. tabu. facere ꝙ hæres p ſententiam latam ſup q̃rela deſinat ipſo iure eſſe hæres, ut no. in l. in ſubſtitutione, de vul. & pup. non ergo ideo penes hr̃dẽ remanent iura directa, quia Senatuſcon. nõ potuerit ab eo abdicare, ſed ideo, quia noluit, & uoluit deferre l. 12. tabula. Alia qõ eſt in bonorũ poſſeſſore, qui eſt hæres de iure prætorio rogato de reſtituendo, clarum eſt, ꝙ ẽt in illo locum hẽt Senatuſc. §. eo. l. j.

5 §. bonorum. † Vtrum facta reſtõne aliqua iura remaneant dubiũ facit, qm̃ penes eum non ſunt directa iura, ſed utilia. Inſti. de bono. poſ. §. quos aũt, & ſic vr̃ idẽ qđ in p̃cedenti q. glo. determinat ꝯtrium. Tu aduerte, quia in ipſo eſt conſiderandum duplex ius. ſ. vſe, & illud eſt vtile. itẽ particularia iura ꝯ debitores, & illa ſunt directa, ut no. gl. in l. 2. de bon. poſſ. hære. pe. quæ dicit, ꝙ non penes eũ ſunt directæ act. actiuè & paſſiuè, q̃ erãt penes defunctũ, q̃tum ergo ad iſta iura particularia determinatio glo. eſt bona, ut directa remaneãt, ſed q̃rum ad ius vſe, ꝙ eſt utile, eſt maius dubium, tñ ſi nõ eſt alius, q hẽat directũ, illud utile hẽt uim directi, & põt pducere alia iura utilia q̃ trãſeũt in fideic. & ita põt ſaluari determinatio gl. & ſic non obſtat qđ dcm̃ fuit in p̃cedenti q. qa ibi penes hr̃dẽ erant directa, vñ utilia q̃ erant apud primũ fideicom. non poſſunt hr̃e vim directorum. Sed ſi poneremus, ꝙ penes alium eſſet directa ut penes hr̃dẽ ſcriptũ, a quo per ꝯtab. fuiſſet hr̃ditas ablata penes bono. poſ. tunc eſſet ius utile, quod non hẽret uim directi, & eſſet idem quod in præcedenti q. quæ declaratur per ea quæ no. Bar. in l. curatoris. C. de neg. geſt.

ADDITIO.

a Emphyteuſim. Adde latè Soci. conſi. 12.

LEX ᴀXIX.

1 *Secundum teſtamentum tollit primum.*

2 *Filius inſtitutus in re certa, an in aliquibus habeatur loco legatarij?*

3 *Quando agatur ex confirmante, & non ex confirmato.*

4 *Sicut non põt quis decedere cum duobus teſtamentis ualidis, ita ſuper eodem non poſſunt eſſe duæ diffinitiuæ ſententiæ ualidæ, uirtute eiuſdem inſtantiæ.*

1 SI quis priore. † Secundum teſtm̃ tollit primum, & ſi in ſecundo ſit hr̃s inſtitutus in certa re, uel reb. duntaxat, & in primo ſit hæres inſtitutus in vniuerſo, & ẽt in ſcđo ſit ꝯfirmatũ primũ, qa talis cõfirmatio nõ põt facere illud valere iure teſtũ, cũ qs non poſſit decedere cũ duob. teſtis, facit tñ ualere iure codicillorũ, ut inſtitutus in ſcđo remaneat ꝯtentus reb. in quib. fuit inſtitutus, ſi ſufficiant ad quartã, reſiduũ reſtituat inſtituto in primo. h.d. & eſt lex. vulgaris. In tex. ibi, (ſuperius tñ teſtm̃ ſublatũ eſt) & ſic ex primo nõ poterit adiri hr̃ditas, ſed ex ſcđo. Contrariũ uidebat̃, qa in ſcđo erat inſtitutus in certa re, q̃ hẽt uim legati, qñ eſt alius inſtitutꝰ. l. quoties. C. de hr̃d. inſti. ſed nõ obſtat. qa eſſet ſi uerũ in eo. teſtõ eſſet datus alius cohr̃s, ſed hic nõ ſic, licet in primo datus eſſet alia rõne pp confirmationem, quam fecerat in ſecundo de primo, qa ex quo cũſtat ꝙ uoluit facere ſm̃ teſtm̃ eius, aſſiſtit huic uoluntati, & facit ualere iure teſtamenti, & inſti. trahi ad uniuerſa bona. hoc dato talis confirmatio non potuit derogare diſpoſitioni iuris, quæ eſt, ut quis non poſſit decedere cũ duobus teſtamentis ualidis: operatur ergo iſta confirmatio quatenus põt, ut ſequitur. † In gl. 2. ibi, (niſi quo ad excludendum querelam.) & ẽt ius dicendi nullum, quia filius inſtitutus in re certa, licet habebat cohæredem non habetur loco legatarii, ſed loco inſtituti quantum ad hoc, ut tanq̃ exhæredatus non poſſit querelare, nec dicere nullum, tanq̃ præteritus, ut in §. aliud quoq. capitulum. in Auth. ut cũ de appel. cognoſci. quantum ad alia gl. vult ꝙ habeatur loco legatarij. Si hoc eſt, ſequitur ꝙ ſi cohæres repudiaret non accreſceret inſtituto in re certa, qa inter hr̃dẽ, & legatarios, non hẽt locum ius accreſc. quod patet, quia ſi accreſceret nunquam legata fierent irrita p nõ aditionem, imo impinguarẽtur, ſed hoc eſt falſum, quia imo accreſcit inſtituto in re certa, & hæc fuit rõ quare ius vult ꝙ relinquatur filio iure inſtitutionis, & ꝙ tunc ſufficiat, licet certa res, uel quantitas relinquatur nõ quota, qa pp titulum inſtõnis, q eſt honorabilis, & hẽt ius accreſcẽdi, nõ põt cõqueri filius, ſicut ſi nõ iure inſtõnis res certa eſſet ſibi relicta, unde alii econuerſo ad gl. dicunt ꝙ inſtitutio in re certa hẽt uim inſtõnis quo ad omnia p̃terq̃ ut a creditoribus poſſit conueniri, & agere ꝯ debitores, qa quãtum ad hoc habet uim legati. Bart. examinat in l. ex facto. §. de hæred. inſtit. & nullã iſtarũ tenet, ſed dic ꝙ quo ad quædã habet uim inſtit. quo ad quædã vim legati, & ſic eſt tertia ſpecies, ut dicat̃ inſtõ nõ ſimpli-

a citer ſed in re certa, ᵃ & ibi plura bona inſert ex prædictis. In

3 glo. quæ incipit, actione. ibi, (ex teſtõ ſcđo, non primo.) † No. ex hac gl. iuncta cõ tex. ꝙ qñ cõfirmatio nõ eſt cõfirmabilis mero iure, agit̃ ex ꝯfirmãte, nõ ex cõfirmato. de quo p Bart. in l. & qa. de iu. om. iu. In gl. ibi, (non ex prima,) qa ſicut non põt qs decedere cũ duob. teſtamẽtis ualidis, ita ſup eodẽ nõ pñt eſſe duæ diffinitiuæ ſentẽtiæ validæ, ut no. vltima gl. in l. q reſtituere. de rei uen. ſed eſt uerũ uirtute eiuſdẽ inſtãtiæ, nã lata prima inſtãtia eſt perẽpta, & ſic uirtute illiꝰ nõ põt dari alia, qa daret̃ ſine inſtãtia, ſed uirtute pluriũ inſtãtiarũ poſsẽt eſſe plures ſnĩæ, iuxta no. in l. ſi a te. §. j. & l. ſi duob. de excep. rei iud. Si. n. habeo ſnĩam, ĩ qua fuiſti mihi ꝯdẽnatus, poſſum iterũ agere actione prima, & opponere

ADDITIO.

a In re certa. Vltra loca vulgaria adde do. Car. conſi. 60. ubi ponit an filia, cui pater in teſtamento dixit ſe uelle ꝙ haberet pro ſua benedictione centum marcas argenti, dicat̃ pręterita, uel inſtituta, & quid ſi habeat cohęredem.

ponere ſc͂dam ſn̄iam,& utraq; erit valida,licet ſatuè faciam, ex quo habeo primã,q̃ poſſum petere executioni mandari, ut ibi no.& in l.j.C.de iudi.ſed inſtãtia cauſæ principalis & appel.ſunt diuerſæ,ut no.in l.ita demũ.de procura.ergo ratio gloſ. non eſt bona:dic ergo ꝙ ratio quare agit ex ſn̄ia confirmante primam ſn̄iam,eſt,qa ꝑ appl̄onem prima fuit extincta, nec reſuſcitatur, niſi appl̄o deſerat̃,ſed ſi ſer̃ ſn̄ia,uel eſt infirmatoria primæ ſententiæ,& remanet extincta ſine ſpe reſuſcitationis, q͂d non erat ante ſn̄iam,aut eſt confirmatoria, tunc, vt hic ſecunda quæ nũquam fuit extincta, aliud operetur ius, q͂d ex prima erat oriturum,ſi tranſiuiſſet in rẽ iudicatã,transfunditur in ſecundã,& ex
a ea agitur,& mittitur executioni,non prima a ſemel extincta.

ADDITIO.

a Non prima.adde Lud Rom conſi.154.

LEX XXX.

1 *In loco legationis poteſt hæres cogi adire, & qui non recuſat ſimpliciter adire ſed dicit ſe uelle deliberare poteſt cogi adire, & ad reſtituendum datur tempus ad deliberandum.*

2 *Habenti unum officium poteſt dari aliud, per quod non diſtrahitur a primo.*

1 SI legatus. †In loco legatiõis p̃t hr̃s cogi adire,& qui n̄ recuſat ſimpl̃r adire,ſed dicit ſe velle deliberare,põt cogi adire,& ad reſtituendum dat̃ tp̃s ad deliberandum.h.d. Primum dc̃m intelligo qñ in loco legationis ſortiẽ forum,puta Romę rõne cõis patriæ. al̃s non poſſit ab incõpetẽti iudice cõpelli,ut dixi ſ.eo.l.ſed & ſi alio. Videbat̃ ẽt, ꝙ primo caſu non poſſet, ſed haberet priuilegiũ reuocandi domũ.l. a.§.legatis.ſ.de iudi.ſed ad hoc r̃ndit tex. hic in ver.(qa nõ hic) ꝙ ibi ſi cõpelleret̃ ſuſcipere iudiciũ, in eo multũ occuparetur, & diſtraheret̃ ab officio,ſed hic non ſic,qa ſummariũ eſt, & poteſt ſe uno verbo expedire adeundo hr̃ditatẽ.ſ.de iud.l.de eo.
2 †In tex.ibi,quia non hic. No.arg. ꝙ habenti unum officium põt dari aliud,per quod non diſtrahitur a primo, nam iſta dñr compatibilia,ſecus,ſi diſtraheretur,ut no.in l. ſi plures.ſ. de pac. In tex.ibi,(& licet deliberare.)i.non recuſat ſimpliciter, quia tunc poſſet cõpelli adire & reſtituere, ut in principio, ſed dicit ſe uelle deliberare,an dicta hr̃ditas ſibi expediat,& tunc vult adire ſuo periculo,an non expediat,& tunc vult adire periculo fideicom. Certè hoc non obſtante ꝑꝑ periculum, quod eſt ne fideicommiſſum pereat ſi moreret̃ hr̃ditate non adita,põt ſtatim cõpelli adire,poſtea dabit̃ tp̃s ad deliberandum anteq̃ reſtituat, ut hic, & j.eo.l. oẽs. Et ſi deliberauit ſibi expedire ſi fideicõmiſſarius eã vult ſibi reſtitui,gaudebit commodo quartæ, ſi nolet eam habere,nõ cogeretur fideic.ſicut ſi hæres ſponte adiuiſſet, quia tunc ſuo periculo adiuiſſet, non fideicommiſſarij, ſed ſi deliberat ſibi non expedire,cogetur fideic.recipere,& hæres perdet quartã, & poterit etiam ſibi fideicommiſſarius dare tp̃s ad deliberãdum anteq̃ adeat.ſ.eo.l.ſed & ſi alio.§.j.In gl.ſuꝑ uerbo,(iudiciũ)ibi,(adire & reſtituere.)ſ ꝑ allegat̃ iſta gl. ꝙ vtrunq.iſtorum expediatur iudicis offõ,ꝙ eſt verum qñ eod. offõ ꝯpellit̃ ad vtrunq. ſ.ad adeundum,& reſtituendum.ſed ſi ſpõte adiuit,ad reſtituendum datur actio ex teſtõ,vt no.C.eo.l.ex ea ſcriptura. Idem ſi fuiſſet coactus adire tñ & non reſtituere,vt in caſu huius l.quãdo dixit velle deliberare.ſub.qñ fideicommiſſum eſſet ꝯditionale.l.apud Iulianum §. Antiſtia.ſ.eo. nã aduenıente conditione agetur actione ex teſtamento vt reſtituat ſecundum Docto.

1 §.Si quis bona. †Fideicommiſſum vniuerſale poteſt relinqui per verbum bona, ſicut ꝑ verbũ,hæreditas. dũmodo oĩa mandentur reſtitui, vel ſimpliciter,quia intelligitur de omnibus,dic vt ſ.eo.l.cogi.in prin.

1 §.Si filiofam.vel ſeruo. †Filiofam. vel ſeruo poteſt fieri reſtitutio hr̃ditatis,ẽt nõ præcedẽte iuſſu patris vel domini. & ualet dummodo poſtea pater ratificet.h.d.Nõ ſic in aditione hr̃ditatis, in qua requirit̃ iuſſum ꝑcedere, al̃s non ualet,nec poſſet ratificari, ſed eſſet fiẽda de nouo,& prior ratificatio hr̃et vim iuſſus.l. ſi qs mihi bona.§.iuſſum.de acq.hæ.ſed hic nõ expedit,ꝙ fiat de nouo,tñ ſi pr̃ uel dñs nõ ratificaret,pro nõ facta hr̃et̃ iure iſto,quo eis quærebat̃ hr̃ditas,& inuiti nõ erant compellendi ſe obligare. hodie ſecus in filio,quia ſibi acquireretur.l.cum non ſolum. C. de bo.quæ liber.rationem diuerſitatis inter aditionem & reſtitutionem dic ut in illo §.iuſſum.& j.eo.l.ſeruo inuito.

§.Multum intereſt. Si penes hæredem remanet quota pars hæreditatis pro ſua quarta, poteſt a creditoribus hæreditarijs pro quarta parte conueniri,ſecus ſi remanet certa res,uel quantitas, dic ut not.ſ. eo.l.j.in fi.in vlt.glo.

§.Si princeps hæres. Princeps inſtitutus,& de reſtituendo grauatus,non ſolet retinere quartam,vel facere ſibi ſuppleri,& hoc ex liberalitate quæ debet vigere in eo,ſed ſi uellet,poſſet,quia non debet eſſe deterioris conditionis,q̃ alij, cum etiam nolit eſſe melioris in his quæ ſunt de ordinata poteſtate, & niſi in caſibus a iure expſſis.l.digna vox.C.de legi.& l.ex imperfecto.C. de teſt.

LEX XXXI.

1 *Si ſeruo hæreditario relinquitur hæreditas ſub conditione,uel in diem, poteſt hæredem compellere ad adeundum ante conditionis euentum,ſecus econuerſo ſi libertas ſub conditione,& hæreditas pure.*

2 *Pendente conditione fideicommiſſi, quando non poſſit compelli hæres adire.*

3 *Non eſt quis compellendus dare libertatem contra uoluntatem defuncti,ſed ſi uult,poteſt,ſi eſt dominus ſerui.*

1 SI cui purè. †Si ſeruo hr̃ditario relinquit̃ hr̃ditas ſub ꝯdõne uel in diẽ, põt hr̃dẽ ꝯpellere ad adeundũ aῖ ꝯdõnis euẽtũ, ſecus ecõuerſo ſi libertas ſub ꝯdõne,& hr̃ditas pure,rõ diuerſitatis,qa primo caſu adita hæreditate fit liber,& habilitat̃ ad hr̃ditatem recipiendam.Secũdo caſu non,ne prius conſequatur libertatem, q̃ teſtõr uoluit, vt hic dr̃,& ſi dicatur quare in primo caſu fit ꝯ uoluntatẽ teſtõris,q noluit ꝙ haberet hr̃ditatem ante conditionis euentum,tñ petit cõpelli & reſtitui anteq̃ eueniat? R ñdeo ſi nõ eueniet cõdino, hr̃ aditio pro non facta, & bona aſſignantur creditorib⁹, ut in l.apud Iul.§.Antiſtia.ſ.eo.& ſic nihil reſultabit ꝯ uoluntatem defuncti,quia hæreditatẽ nõ habebit,ſicut noluit defunctus,ſed in ſecundo caſu ſi conſequeret̃ libertatẽ añ condõnem, vel diẽ, non poſſet cõdõne nõ eueniẽte retractari,& ſic reſultaret aliud ꝯ uolũtatem defuncti,ꝙ haberet libertatẽ, cũ defunctus nollet.
2 †Opp.ꝯ primum dc̃m,ꝙ pendente condõne fideicommiſſi non poſſit hr̃s cõpelli.l.ita tñ.§.a patre.ibi,primum quia ſub condõne &c.ſ.eo.Solu.verũ eſſet ſi eſſent duo inſtituti,& unus grauatus ſub ꝯdõne de reſtituẽdo,& alter adiuiſſet,qa nõ eſt ꝑiculũ,ꝙ fideicõmiſſum ꝑeat.hic qñ vnus tñ erat inſtitutus,ut in §. Antiſtia.quo caſu ꝯpellit̃ adire,ſed reſtituere nõ,ſi nõ vult,ſi vult,p̃t, & erit reſtõ factũ,ut ibi no.Itẽ opp.de l.cogi.§.ſed ſi ſeruo.ſ.eod. Sol.ibi,in ſeruo hr̃dis,hic in ſeruo teſtõris,ut in §.fin. illius legis. Itẽ op.j.e.de l.nõ eſt cogẽdus. Sol. hic ab eodẽ libertas & hr̃ditas fuit relicta,ibi ab uno libertas ab alio hr̃ditas, quo caſu q͂d iuris?dic ut dixi.in d.l.cogi.§.fi.ꝑ hæc ſunt expeditæ j.& 2.gl. †Vlti.
3 opp.ꝯ finẽ.q vr̃ uelle, ꝙ ꝯ uoluntatẽ teſtõris nõ põt dari libertas,& ſi det̃,nõ ualet.de l.ſeruus.§.q fideic.de hær.inſti. & de dolo.l.filius.Gl.ſe inuoluit. dic ergo ꝙ non eſt quis compellendus dare libertatem ꝯ uoluntatem defuncti. ita loquitur hic, ſed ſi vult,poteſt,ſi eſt dominus ſerui,& ualet datio,ut in contrarijs.

§.Si ſub conditione. Inſtitutus ſub conditione ꝑtãiua de reſtituẽdo grauatus, cõpellit̃ illã implere ſi cõſtat in faciẽdo, ſi aũt in dãdo, fideicõmiſſarius debet eã implere ꝑ hr̃de & etiã primam, ſi eſt factũ,q͂d per eũ põt expediri.h.d.ſed ſi non poſſet expediri,qa concerneret ꝑſonã hr̃dis,ut ſi ꝯxerit cum tali nuptias,nõ põt impleri ꝑ fideicom.Sed an inuitus hr̃s compellat̃ implere, iniuſtũ eẽt. qa nullũ incõmodũ debet ſentire.ſ.eo.l.qa poterat. iõ eſt remittẽda,ſicut qñ eſſet turpis.j.eo.l.facta §.ſi in danda. ne grauetur. & fideicom.facto hr̃dis recuſantis implere priuaret̃ hæreditate. ad hoc.ſ.eo.l.ſed ſciendum.in fine.& uide ibi quod no.per Bart. In tex.ibi,(ſi fact.)ſub.facilis,ut ſi aſcenderit capitolium,tunc cõpellitur explicare,ſi aũt nõ facile,aut eſt explicabile ꝑ alium, ua ſi fecerit ſepulchrũ,vel capellã, & fideic. dẽt facere ſuo ſumptu, ſicut condõnem dandi dẽt implere.In fi.§.(non pertinet.)ſub condõnem cogat implere,quia non poteſt, ſed nec etiam ante condõnis euentum.ut ſ.eod.l.ſed & ſi alio.in fi.cum l. ſeq.

LEX XXXII.

1 *Rogatus reſtituere quantamcunq; pecuniam,quæ peruenerit ad eum de hæreditate,tenetur & fructus reſtituere,ſecus ſi ſine illa dictione, q̃tamcunque.*

2 *Ex fructibus perceptis iudicio teſtatoris ſupplentur damna contingentia in rebus hæreditarijs ante diem fideicommiſſi cedentis.*

1 BAliſta filium. †Rogatus reſtituere q̃tamcũq; pecuniã,q̃ ꝑuenerit ad eum de hr̃ditate,tenet̃ ẽt fructus reſtituere, ſecus ſi ſine illa dictione,q̃tamcũq;.h.d. cum ſeq. Hoc ergo operatur illa dictio geminata iuncta cum uerbo pecunia, & alterum ſine altero hoc non operaretur,ut patet in l.ſeq.de uerbo pecunia.&
b in l.his uerbis.de leg.3.de dictione geminata,ᵃ q͂cq͂d nãliter po-
a ſita. Dr̃ ẽt aliud in l.ſeq.ꝙ eſt notabile. †ꝙ ex fructib.ꝑceptis iudicio teſtõris ſupplentur dãna ꝯtingẽtia in reb.hr̃ditarijs añ diẽ fideicommiſſi cedentis,per quod minueretur fideicommiſſum, ſic

ADDITIO.

a Geminata.adde ultra ea quę hĩs locis ĩ vulgatib.ꝙ ubi alias requirit̃ monitio ad conſtituendum quem in mora ſi teſtõr his ꝑcipit,non reqrit̃ monitio ſm Soc.cõ. 133. Itẽ adde Sig.cõſi.113.ꝙ licet appellatione fr̃is ueniat ſoror.l.tres fr̃es.ſ.de pac.tñ ubi eſt geminatio huius uerbi fr̃is,non uenit ſoror. Item adde ꝙ lr̃æ geminatę hñt uim motus proprij. Item conceſſio geminata hẽt uim clauſulę ex certa ſcientia.Item geminata conceſſio non poteſt prętextu erroris reuocari,vt uoluit Lu.Ro.conſi.346.& no.ꝙ licet geminatus actus plus operetur q̃ ſimplex ut uoluit ẽt Fran.de are.conſi.74.tñ conſenſus geminatus non tollit remedium l.2.de reſcin.uen.ut uoluit Soc.conſ.137.& de gemina. uerborum uide etiam per Ant.But. conſ.19.

ſic & ſuppletur quod eſt vltra vires relicti. ſ.eo.l.ita tñ §.ex aſſe. & qđ erat detrahendũ pro debito, vel quaſi.l. qđ de bonis.§. qđ auus.ad l.falci.& l.mulier.§.cũ proponeret.ſ. e. reſiduum quod ſupeſt hřs lucrat.ſ.l.in fideicõmiſſariam, q̃ p pdicta multũ limitat,& reſtringit. In tex.ibi,(pecuniam)tib.& ẽt quantacunque, nam ſolum verbum pecuniam,hoc non operatetur, vt J.l.pxi.

L E X XXXIIII.

1 *Si fideicommiſſum relictum eſt de portione vltimi morientis omnibus mortuis niſi fideicommiſſarius probet quis vltimò ſit mortuus, nihil poteſt petere.*

2 *Dictio,quis quando ponitur diſtributiuè,q pprie non verificetur niſi in vno.*

3 *Statutum ſi dicat quòd branium detur primo venienti,& duo ſimul veniunt an neuter debeat habere.*

4 *Si facta eſt ordinatio,q qui primo ceperit banderiam inimicorum,vel primo aſcenderit muros,habeat tantum,& duo ſimul ceperunt,vel aſcenderunt an vterque habebit integram ſummam.*

1 EVm qui. † Si fideicommiſſum relictum eſt de portione vltimi morientis omnibus mortuus, niſi fideicommiſſarius probet quis vltimò ſit mortuus, nihil poteſt petere.h.d. Et poteſt pcedere tribus modis. Primo qñ diuerſis tpibus & locis mortui fuerũt, nec ſciebatur quis primo vel vltimo. Secundo qñ eadem ruina, & ſimiliter ignorabatur quis vltimò emiſerit ſpiritum. Tertio qñ conſtabat, q ſimul emiſerunt,& ſic nullus primo q̃ alter,& his caſibus fideicõmiſſarius pp incertitudinem nihil poteſt petere, quia intentio teſtõris non fuit, q haberet niſi vnam partem.ſ. vltimi,& hic ignorat quis primo mortuus ſit in primis caſibus. In vltimo ſcit q nullus vltimo loco.i.poſt oẽs mortuus eſt.Ergo ignoratur quam partem petere poſſit,ideo pp dubium vitiatur fideicommiſſum.l.ſi fuerit.de reb.dub. in prin. In gl.ibi, (vel ibi pupil.hic fideicommiſſa.) hæc vera iuncta cum pcedente, nam cum pupillaris extendatur ad oĩa bona impuberis, facta vltimo morienti ex pluribus impuberibus fratribus,ſi conſtaret qui primo,& qui vltimò mortuus eſſet,ſubſtitutus in hęreditate vltimi reperiret & hæreditates primorum,eo quia cum eſſent fratres, & deceſſiſſent inteſtati in pupillari ætate,neceſſariò qui vltimo remanſit ſucceſſit primis, & hoc totum cenſeť teſtõt cogitaſſe, & per pñs voluiſſe ad ſubſtitutum peruenire hęreditates omniũ licet non ſubſtituerit niſi vni.ſ.vltimo morienti. Si ergo non cõſtat qui primo,& qui vltimo,immo etiam ſi conſtat, q omnes ſimul mortui ſunt in pupillari ætate, & non primo unus q̃ alius, ſubſtitutus uocať ad hæreditatem cuiuslibet, tanq̃ cuilibet fuerit ſubſtitutus,& ſic principaliter.l.qui duos.de vulga. & pup.& hoc duplici ratione.prima,quia non repugnat proprietas verborum.nam quilibet poteſt dici ultimus quem nullus ſecutus eſt, ſicut poteſt dici primus,quem nullus præcedit.Secundo concurrit voluntas teſtatoris, qui uoluit omnes hæreditates peruenire ad ſubſtitutum ex perſona ultimi,licet non directò, tamen nũc peruenient directò propter pręcedentem rationem,hic loquiť in fideicommiſſa. ſubſtitutione,quæ non trahitur ad omnia bona,ſed ad illa,in quibus facta eſt. ſi ergo eſt facta ultimo morienti in ſua parte, ut hic fuit, ſi conſtaret qs ultimo eſſet mortuus, poſito q portiones aliorum ad ipſum deueniſſent, non tñ ſubſtitutus haberet niſi partem ultimi. Si ergo non apparet quis vltimò:aut dicet q habeas partem omnium,& hoc dici non poteſt, quia eſſet contra voluntatem defuncti.l.ſi cui pure.in fi.princ.ſ. eo.aut q unam tm.ſ.ultimi morientis,& tunc habet neceſſe oſtendere quæ ſit illa,& hoc non poteſt, & ſic ſuccumbit. Sed ſi poneremus,q eſſet facta in portionibus omnium, quia dicit, ſi oẽs moriantur ſine liberis,ſubſtituo,ultimo morienti in tota hęreditate Titium,tunc cenſetur uoluiſſe, q partes priorum deueniant ad ultimum,de ulõmo ad Titium, aliter ad ipſum peruenire non poſſet,vñ uidentur inuicem tacite ſubſtituti.l.Titia.la 2.§.Seia.de l. 2. ideo dicerem q ſi non conſtaret quis primo, & quis ultimò eſſet mortuus ſubſtitutus uocaretur directò ad portiones omnium, ac ſi omnibus eſſet ſubſtitutus, quia eſt eadem ratio,q̃ in pupillari,quia uoluntas teſtatoris nõ repugnat, ergo

2 &c.vt l.ab omnibus.de lega.1.†Sed tunc opp.q nec in fideicommiſſis directò admittatur ad partem omnium,quia dictio: quis, quando ponitur diſtributiue,non verificatur niſi in uno.l.ſi fuerit.de reb.dub. unde ſi dixit ſubſtituo ei, qui ultimò morietur, non eſt ſubſtitutus niſi uni, unde ſi ſimul morientur, non poteſt dici, q debeat admitti ad portiones omnium. Solu. uerum eſt de proprietate uerborum,& etiam de uoluntate defuncti, ſi aliàs non appareret de cõtra uoluntate. ſed hic apparet rationib. prædictis, q uoluit portiones omnium ad ſubſtitutum deuenire mediante perſona ultimi, qñ conſtaret quis eſſet ultimus. Si ergo non conſtat,admittitur recta via,tanq̃ ſubſtitutus omnibus, ſed qñ non conſtat, q uoluerit ad ſubſtitutum peruenire portiones omnium,habet locum op. per quam fortificatur deciſio de qua hic,ut ad nullam admittatur,tum quia teſtator uoluit vltimam tantum deuenire, & non conſtat quæ ſit illa, tum quia noluit ſubſtituere niſi vni,pp oppoſitionẽ prædictam, & non conſtat quis ſit ille.& non poteſt uenire tanq̃ ſubſtitutus pluribus,

3 pp opp.prædictam.† Ex his patet intellectus iurium quæ allegãtur in gl. Et inducunt prædicta ad q. de currentib. ad brauium. Si ſtatutum dicit q detur primo venienti,& duo ſimul uenerũt, q neuter debet habere,quia ſtatutum non uoluit,q hřet niſi vnus, ideo debet recurri,& ita ſeruatur. Et dicit Ange.q ad nouiſſi curſum admittuntur omnes illi, qui primo cucurrerunt,ex quo primus curſus hř p non facto,ſed alij de nouo non admittantur

4 quia non uenerunt in termino.† In contrarium facit quod not. Bar. in l.hoc art.de hær.inſt.in q.illa,ſi facta eſt ordinatio, q qui primo ceperit banderiam inimicorum,uel primo aſcenderit muros,habeat tm.& duo ſimul ceperunt,uel aſcenderunt,uterq.habebit integram ſummam. & ſi eſſet ſpecies danda,dareť utrique & eſſet communis.Sed poteſt dici aliud eſſe in dictis terminis,qa ſtatutum nõ intẽdit excludere pluralitatẽ, qa intendit inducere ad actum,q eſt utilis republi.ſecus in q.brauij, quia potius intendit excludere pluralitatẽ,qa nõ eſt actus tẽdẽs ad utilitatem,

a ſed potius ad honorem,& honorabilius eſt,q unus habeat.[a] Ex prædictis reprobatur ſeq.opinio.gl. quæ vult q ideo hic excluditur ſubſtitutus quia ſuberat mater,quæ filijs ſuccedebat ipſius fauore,ſed ſi nõ ſubeſſet,admitteretur,quæ ſol. non eſt bona,licet Dyn.eam teneat.quia cõ rõnes prædictas, & contra intentionem teſtatoris,& uim uerborum. In gl.ibi(ſed alius eſt caſus.) quia ibi ſubſtitutio erat facta certæ,& determinatæ perſonæ ſi deceſſerit ſine liberis,& ille deceſſerat,& conſtabat q liberos habuerat,tñ erãt mortui, & ignorabatur quis primo,unde ſubſtitutus habet intentionem fundatam eo ipſo q probat q ſine liberis deceſſerit.hic erat facta perſonæ incertæ,& in portione incerta, quæ nõ fuit poſtea certificata,ideo propter dubium excluditur.

ADDITIO.

a Vnus habeat. adde Fulg.conſ.114.

L E X XXXV.

Cum hæres. †Per bonorum poſſeſſionem acceptam a curatore furioſi confirmatur fideicõmiſſum furioſo iniunctum,& poteſt fieri reſtitutio,& tranſeunt iura,licet furioſo non eſſent acquiſita,vel ſaltem non in effectu. h. d.notabiliter in hoc ultimo.Et dicunt Docto.q hic eſt unus caſus,in quo hodie eſt neceſſaria bonorum poſſeſſio, licet regulariter cõ ẽm Iac.de Aren.ut no.in l.certum.C.vñ cog. Præmitte,q furioſus nõ põt adire hẽditatẽ ſibi delatam,quia non habet intellectum,nec curator poteſt adire,quia debet adiri p illum, cui delata eſt,non p alium,licet fallat in tutore infantis,& in patre.l.ſi infanti.C.de iure delibe.in hoc tñ furioſus,& eius curator non comparantur infanti. poteſt tñ p curatorem peti bonorum poſ

b ſeſſio.per quam[b] acquiritur adminiſtratio facti ſicut per hæredẽ conditione pendente, ſi tñ furioſus decedit in furore, dicta bonorum poſſeſſio ad irritum decidit,nec tranſmittitur ad hẽdem. l.fi.§ tali.de cur.furio. pp hoc antiqui glo.dixerunt q potius eſt facti,q̃ iuris,licet Azo.dixerit q eſt iuris,& acquiritur furioſo,& iura in eius perſona radicantur,licet morte diſſoluanť. quã opi. Ang.hic ſequitur per illam l.ante fi.uer.ſi autem ipſe reſipuerit. ubi dicit,q per mortem ſeparatur hẽditas a ſua ſubſtantia, ergo fuit coniuncta quicquid ſit, ſiue dicamus q ſit iuris facti,ſiue q reſoluatur,erat dubiũ utrum per eam cõfirmareť fideicom.uniuerſale,& poſſet fieri reſtitutio,p quã pfectè fideicommiſſario iura quęrerentur,& irreuocabiliter,& uidebatur q nõ,per regulã, q nemo põt plus iuris &c.l.alienatio.de contrah.emp. cõtrium determinat iſta lex.facit in ratione ſui.l.cogi.§.hi qui ſolidum.ſ. e.

ADDITIO.

b Quam & fideicommiſ.uel ſubſtituto furioſi reſtituit ſecundum Bal. in l.certum. C.unde cog.x.col.

L E X XXXVI.

1 *Per trebellianum non tenetur hæres poſt reſtitutionem in obligationibus contractis per eum occaſione rerum hæreditariarum ideo non tenetur reſtituere, niſi fideicommiſ. caueat de conſeruando eum indemnem aduerſus tales obligationes.*

2 *Hæres ante quàm reſtituat q poſſit facere compromiſſum ſuper rebus vel iuribus hæreditarijs,& fideicommiſſarius teneatur habere ratum, tanquàm bene fecerit,ſicut poteſt alia facere quæ concernunt adminiſtrationem,cum ſit dominus pleno iure.*

Compromittere,quòd reputetur leuis culpa non lata.

1 CVm hęreditas. † Per trebellianũ non teneť hřs poſt reſtõnẽ in obłonib. cõctis p eũ occaſione rerũ hẽditariarũ,iõ ñ teneť reſtitueř niſi fideic. caueat de cõſeruãdo eũ indẽnẽ aduerſus tales obłones.h.d.no.In tex.ibi(reſtituta eſt.)ſ.uenit reſtituẽdã, poſtq̃ enim uerbo eſſet reſtituta nõ exacta cautione a fideic. hřs remaneret implicitus obłõnib. p eũ cõctis,ut J.circa fi.ibi (& tñ &c.) iſta ãt l.intẽdit puidere hẽdi anq̃ reſtituat ẽt uerbo, ut nõ teneať reſtituere niſi pſtita cautione p fideic.nec ob. q hřs eſt ſecurus fcã reſtõne.ſ.e.l.1.ibi(ſublata eſt &c.)qa iſtud in obłonib. cõctis p defunctũ,nõ in cõctis p ipm occaſione rerũ hẽditariarũ, iõ aduerſus illas eſt defendẽdus,ut fideic. pmittat ſoluere qcqd illarũ occa-

ſione

ſione hrs vtiliter geſſerit, qa fecit quod diligens paterf. feciſſet ſecus ſi culpa poſſet imputan. l. mulier. §. ſed etiam. ſ. eo. Nec obſt. q dēat ſaltē verbalr reſtituere p ſua cautione, qa poterit res retinere abſq. eo q grauet fideic qa dicit luriſc. q hoc ſp non poſſet fieri, qa pōt eſſe q in hrditate nō erāt corpora, ſed oīa erāt in nominib. Vñ ſi fieret reſtitutio verbalis ſine cautione, poſſet fideicommiſſarius agere ꝯ debitores, & hrdi nō eſſet cautum, ſed añ
a reſtōnem nō pt agere. † In tex. ibi (compromiſſum est &c.) No. tex. ſingularem, q hrs añq reſtituat poteſt facere cōpromiſſum ſuper rebus, vel iuribus hæreditarijs, & fideicommiſſarius tenetur ratum habere tanquam bñ fecerit, ſicut pōt alia facere quæ cōcernūt adminiſtrationem, cum ſit dñs pleno iure, & fideicommiſſarius tenet omnia ratificare, facit de re iudi. l. ex ꝯctu. & l. ſi poſt. de conſtituta pecu. Sed in ꝯrium facit, qa non facit diligenter compromittere. l. ſi dcin. §. ſi compromiſero. de euic. Sol. ibi in ꝯctu emptionis & vendōnis, vbi venit leuis culpa. & compromittere reputat leuis culpa, ſi poterat effugere, hic loquit in hrde rogato, q nō tenet niſi de lata. d. l. mulier. §. ſed etenim. & facere cōpromiſſum, nō eſt culpa lata, caſus eſt hic, vel dic q nec eſſet leuis culpa, ſi ex forma ſtatuti poterat compelli, vel ſi poterat appellari, ſicut a ſnīa iudicis, quia non reputatur ad culpam pp aliud, niſi qa de iure non poteſt appellari. l. j. de arb. iuncta l. minor 25. de min. ſm Ang. & benè. Per hanc l. dicit Bar. ſe conſuluiſſe, cum quidam hrs ceſſiſſet omnia iura cuidam, quæ habebat vt hrs in hac hæreditate, in hac ceſſione non comprehenduntur actiones, quas hrs ꝯtraxiſſet occaſione rerum hæreditariarum, vt ſi poſt mortem acceptaſſet fideiuſſores a debitorib. ſed ſolum venirent actiones quæſitæ per defunctum, quia illas hēt ut hæres, ſed primas habet vt ipſe, ſit ergo cautus ceſſionarius, q in inſtrō faciat apponi oēs actiones, quas habet occaſione rerum hæreditariarum. Adde ad hanc l. j. ī. e. l. Lucius. §. pen.

ADDITIO.

a Compromiſſum. Intellige ſecundum Ange. hic etiam in arbitratorem, cum ante reſtitutionem ſit dominus & plenus adminiſtrator. facit l. pręſes. C. de trans. & uide eundem in conſ. 31. maximè in ultimis uerbis.

LEX XXXVII.

1 *Reſtitutio poteſt fieri re & verbo expreſſè & tacitè per patientiam. Item ex utraque parte tam reſtituentis, quàm fideic. poteſt interuenire procurator, poteſt etiam fieri reſtitutio per nuntium, vel epiſtolam inter abſentes.*

2 *Generalis quaſi poſſeſſio alicuius territorij apprehenditur per unum actum iuriſdictionis, quem quis facit quantum ad omnes alios, ſi eo animo facit vt omnes acquirat.*

3 *Ad hoc ut fideicommiſſarius ius habeat in hereditate, requiritur reſtitutio, nec prius poteſt agere contra debitores hæreditarios.*

4 *Reſtitutio hæreditatis poteſt fieri procuratori habenti ſpeciale mandatum. & tunc iura nia recta in fideicommiſſarium transeunt nec momento reſident penes procuratorem.*

Quid in procuratore in rem ſuam.

1 RESTITUTA. † Reſtō pōt fieri re & verbo expſsè & tacitè p patiam. Item ex utraq. parte tam reſtituentis, q fideic. pōt interuenire pcurator; pōt etiā fieri reſtō p nūtium, vel epiſtolam inter abſentes. h. d.
2 † In tex. ibi (vel aliquas earum.) facit iſte tex. ad ea q no. Inn. in c. dilectus. de capel. mona. ubi dicit q gnālis quaſi poſſeſſio alicuius territorij apprehēdit p vnum actum iuriſdōnis, quē qs facit
b qtum ad oēs alios, [b] ſi facit eo animo ut oēs acqrat, & licet ſint pres partes iuriſd. qa qdam concernunt merum, qdam mixtum imperium, qdam ſimplicem iuriſd. exercendo circa iuriſdictionē acqrit ēt qtum ad criminales ēt merum imperium, dicens q oēs partes iuriſdictionis ſunt connexæ, & faciūt unum totum, nō ſic ſi exerceret in pſonas certas, uel ī uno populo animo qrēdi quo ad alios, quia perſonæ ſunt diſtinctæ. vñ nō extendit ad alias pſo
3 nas. dic ut ibi. † In tex. ibi (ſed & ſi poſtea ratum habuerit.) qa hrs a principio ignorauit. vñ nō pōt dici fuiſſe paſſus, ſed cum ſciuit tacuit, uel expſsè ratum habuit. Et collige ex hac l. ad hoc ut fideicommiſſarius ius hēat in hrditate, requirit reſtō, & prius nullum ius hēt, nec poſſet agere contra debitores hrditarios, ut colligit ſ. l. px. ibi nēpe &c. p hoc alias feci irritari quēdam pceſſum qa fideicommiſſarius cui poſt mortem hrdis relicta erat hrditas, mortuo hrde ſtatim dixit ſe adire hrditatem illius defuncti, & fecit ſe immitti in tenutā bonorum, acſi eſſet directò inſtitutus, & in hoc errore vidi pres pcuratores eſſe tam Florentiæ, q Bononiæ, nam dixi q iſta erant ineptè fcā, qa ad eū non ſpectat adire, qa iam erat p hrdem adita, nec poterat capere tenutam niſi fcā reſtōne p hrdem hrdis, ad quē ptinet. ī. e. l. qūis. §. j. In qbuſdā tñ locis ſunt ſtatuta, q non requirat reſtō, ſicut ēt de iure cōi ſunt caſus aliq, in qb. non requirit reſtō. nam nec tūc dēt adire, nec vē hæres petere tenutam, poſſet tñ tolerari ut reſoluatur aditio in acceptionē fideicommiſſi, & illud uerbū hrs, intelligat. ſ. utilis. l.
4 ſi filiusf. ſ. quod cum eo. † In tex. ibi (ſed & ſi.) no. q reſtō hæreditatis poteſt fieri procuratori habenti ſpeciale mandatum, quia cum obligetur dñs, nō cadit in gnāli mandato, & tunc iura recta uia in fideicō. tranſeunt. nec momentu reſident apud procuratorem l. qui ita. §. j. ī. eo. & ibi no. licet rlr ſecus. l. poſſeſſio. §. & ſi poſſeſſio. ī. de acq. poſſ. Procuratori uerò in rem ſuam non poteſt fieri ut apud eum iura remaneant. l. ſi mulier. §. ex aſſe. de iu. do. Dicit tñ Ang. ſ. eo. l. apud Iulianū. §. ultīū. q pcurator in rem ſuam, vt ceſſionarius cui fideicō. ceſſit oīa iura, bñ pōt petere vt cedenti fiat reſtitutio ad commodum ceſſionarij, licet non poſſit petere vt fiat ſibi. d. §. ex aſſe. & ita dicit obtinuiſſe Boñ.

ADDITIO.

b Adde latè Rom. conſ. 559. Abb. conſ. 71. Soc. conſ. 5.

---

1 *Solus pupillus ſine tutore non poteſt facere nec recipere, ſimiliter nec ſolus tutor ſine pupillo, niſi ſit infans, ſed debet fieri per pupillum cum authoritate tutoris, non tamen ipſi tutori.*

2 *Tutor non poteſt cedere actionem pupilli, quia per ceſſionem fit ſeparatio iurium vtilium, & tamen poſſet fieri per procuratorem habentem ſpeciale mandatum.*

1 §. PUPILLUS. † Solus pupillus ſine tutore non pōt facere nec recipere, ſilr nec ſolus tutor ſine pupillo, niſi ſit infans, ſed dēt fieri p pupillum cum authoritate tutoris, non tñ ipſi tutori. h. d. vſque ad l. qūis. Et ſic eſt idē in reſtōne hrditatis actiua & paſſiua, quod eſt in aditione, qa tutor nō pōt adire p pupillo, niſi ſit infans, nec ſolus pupillus, ſed debet pupillus cū authoritate tutoris. l. potuit. C. de iure deli. & l. pupillus cū authoritate tutoris. l. potuit. C. de iure deli. & l. pupillus. & l. impuberibus. de acqui. hęre. ſecus in bonorū poſſ. ſm quā ſolū accipere pōt. l. ſi ſeruus. §. impubes. & l. tutor. & l. ſi pupillo de bo. poſ. quia plus facti habet bonorū poſ. quia requirit aditionē iudicis, q habeat reſtitutio. Alij ēr ꝯctus pñt fieri per tutorem, & & obligatur pupillus ſi ꝯhit ſuper negotio pupilli, & acquiritur pupillo. l. poſt mortem. qñ ex ſac. tuto. & l. cū qui. §. ſi actori. de conſt. pecu. qa nō ſic ꝯcernunt pſonam, ſicut aditio, & reſtitutio hęreditatis, quę debet fieri p inſtitutum, non p alium, debet fieri fideicommiſſario, nō alteri. ſed quare pōt fieri procuratori ſimplic. ſ. prox. non tutori, quia habet maiorē poteſtatē? Rñdeo, imo non maiorem in hoc, quia procuratori non pōt fieri niſi habeat ſpeciale mandatum ad hoc: ſed tutor habet mandatum a le
2 ge, & primum eſt potentius. † Vltimò no. tex. ibi, (quia nec mādare.) q tutor nō pōt cedere actionē pupilli, qa p ceſſionē fit ſeparatio iuriſ utilium, & tñ poſſet fieri p pcuratorē hñtem ſpāle mādatum, in Spec. de ceſſi. act. Bar. in l. pōt. de autho. tuto. dic q pōt qñ expedit pupillo. per l. nouare. de noua. quod vr ꝯ iſtum tex. q ſimpliciter loquitur, & l. illa nouare, loquitur in nouatio
c ne quæ fit de uoluntate debitoris. ſed ceſſio fit contra [c] voluntatem, & illud difficilius fit, & iſtud uidetur verius per iſtum tex.

ADDITIO.

c Fit contra. hanc reſponſionem dicit Alexan. nequa q tenendam, ut hic per eū.

LEX XL.

1 *Per reſtitutionem tranſeunt non ſolum ciuiles actiones, ſed etiam prætoriæ.*

2 *Licet lex non faciat mentionem de hęrede, quod tamen ſtatuitur in perſona principalis, videtur ſtatutum in perſonam hæredis.*

3 *Mulier poteſt eſſe procuratrix ad recipiendam reſtitutionem.*

4 *Per reſtitutionem hæreditatis non tranſeunt ſeuda, uel emphyteuſis, quæ nō habentur ut res hæreditariæ, & uide multa remiſſiuè, quæ tranſeunt in fideicommiſſ.*

1 QUAMUIS. † Per reſtōnē trāſeūt nō ſolum ciuiles actiones, ſed ēt prætoriæ. Itē oblones pſonales, & pōt fieri reſtitutio ut trāſeāt act. nō ſolum p hrdem inſtitutū, de quo loquit ſenatuſc. ſed per hrdem eius, & illum in cuius eſt ptāte, & cui acqſita eſt hrditas p eū, & cū fit pcuratori, non refert qualis ſit, qa ēt mulier eſſe pōt, & p reſtōnē iura ſepulchorum nō trāſeūt, ſed remanēt apud hrdem. h. d. vſq. ad l. Pap. de meris naturalib. an trāſeant ipſo iure ſi
a ne reſtitutione, dic ut ī. e. l. ſi eius. † Item no. q licet lex non faciat mentionem de hærede, quod tñ ſtatuitur in perſona principalis vr ſtatutū in pſona hrdis, facit ī. eo. l. poſtulante. cum his quæ ibi
3 dicam † Itē q mulier pōt eſſe pcuratrix ad recipiendam reſtōnē. ſilr vr q poſſit eſſe ad petendam coram iudice ſi ille recuſaret, quia quod iuris eſt de præparatorijs, eſt etiam de eo, per quod ve
d nitur ad illud. l. oratio. & l. ad rem mobile, & tñ rlr [d] nō poteſt eſſe procuratrix. l. fœmina. de procurato. licet illud in ordinarijs,
4 ſecus vr in ſummarijs. † Vltimo no. arg. in l. quia perinde. §. j. q p reſtōnē hæreditatis non tranſeunt feuda, uel emphyteuſis, quę nō habentur ut res hrditariæ, ſed p hæreditatem, ſicut iura ſepul
e chrorum [d] de hoc ī. eo. l. ſi patroni. No. etiam gloſ. quæ numerat multa alia quæ non tranſeunt in fideicommiſſarium.

ADDITIONES.

a Regulariter. Facit quod uoluit Old. conſ. 126. ubi multa ponit quæ ratiōne connexitatis & incidentię permittuntur. quæ alias non permitterentur.

e Sepulchrorum. Adde quod uoluit Ancha. conſ. lxxx.

LEX XLII.

PAPINIANUS. Portio deficiēs poſt reſtōnē hrditatis accreſcit fideic. ſine noua aditiōe, ul reſtōne. h. d. Et ſic patet q quicquid ſit in prælegatis, an ueniant in reſtōne, vel non, uel in eo quod peruenit ex ſubſtitutione fideicōmiſſa,

de

de quibus tetigi in l.ita tñ.§.q ſuſpectã ſ.eo..quod peruenit iure accreſcendi, non eſt dubiũ ꝙ cadit in fideicõmiſſo, nã ſi poſt reſtitutã hẽditatẽ accreſcit fideicõmiſſario, & nõ hẽdi, licèt apud hẽdẽ remanſerit nomẽ directũ, qa remãſit ſine effectu, eodẽ mõ ſi ante cadit in reſtitutione, cũ ſit de ſequela. ſ.de acqui.hære.l.ſi quis hæres.ibi (ſunt enim appendiciæ &c.) facit l.ſi totam.eo.tit.

L E X XLIIII.

1 *Hæres, qui coactus adiuit, poteſt cogere fideicommiſſarium ad recipiendam hæreditatem, & etiam eius hæredem ſi deceſſit antequàm reſtitueret, ſed ſi hæredem non reliquit, bona debent vendi, & creditoribus dari.*

2 *Quare ſenatuſconſultum (in quo cauebatur, ꝙ fideicõmiſſarius qui compulit hæredẽ ad adeũdũ, cõpellatur hæreditatẽ recipere) nõ fecit mentionẽ de hære de fideicõmiſſarij ut cõpellatur ſi fideicõmiſſarius deceſſit ante reſtitutionẽ.*

Fideicommiſſarius an transmittat ſi decedat ante reſtitutionem.

3 *Statutum ſi dicat ꝙ inſtrumentum contra aliquem mittatur executioni, licet de hærede non faciat mentionẽ, tamen poterit contra ipſum mitti, & poterit perſonaliter capi.*

Quid ſi dicat ꝙ mittatur executioni contra debitorem in eo deſcriptum.

4 *Licèt ex forma ſtatuti poſſet fieri executio, & captura perſonæ principalis debitoris ſine alia citatione, non tamen poterit fieri de hærede eius, niſi primo citetur vt veniat ad dicendum an ſit hæres.*

5 *Si ſtatutum dicat inſtrumentum debere mitti executioni realiter & perſonaliter ad voluntatem creditoris, ſemper tamen debet præcedere citatio debitoris, vt veniat ad dicendum cauſam, quare non debet executioni mandari.*

6 *Quod hæres creditoris, & etiam ceſſionarius poſſit petere executionem, ſicut creditor principalis.*

7 *Si ſtatutum dicat ꝙ frater non poſſit facere capi fratrem, an hæres fratris poterit facere capi?*

1 POſtulante. †Hæres, qui coactus adiuit, poteſt cogere fideicõmiſſarium ad recipiendã hẽditatẽ, & ẽt eius hẽdẽ ſi deceſſit anteq̃ reſtitueret, ſed ſi hẽdem non reliquit, bona debent vendi, & creditorib. dari.h.d.p hoc apparet quid eſt dicere, ꝙ aditio fiat periculo hæredis, vel fideicommiſſarij, nã primũ importat, ꝙ ſi fideicõmiſſarius nõ vult, nõ cõpellitur, & hæres remanet implicitus. Secundũ importat vt compellatur tam ipſe q̃ hæres eius, & ſi ſine hẽde deceſſit, perinde eſt ac ſi nõ adiuiſſet, qa aſſignãtur creditoribus non ſic ſi periculo hẽdis adita fuiſſent. itẽ quia dicto caſu hæres põt conueniri anteq̃ reſtituat. l.ita tñ.§ qui ex treb.ſ.eo. Sed qñ periculo fideicõ.nõ põt cõueniri ẽt anteq̃ reſtituat, vt hic colligitur in ver (quæro.) & facit ĩ.l.prox. & quod dixi ſ.eo. l.ſi legatus.in prin. In tex.ibi, (anteq̃ moram &c.) h.d.quia ſi poſt morã, nunus eſſet dubium. In tex. ibi, (ex ſenatuſcõ. cõpetant.) de hoc ergo quærit an dentur actiones ꝯ hẽdem fideicõmiſſarij, licèt reſtitutio ſibi nõ ſit facta, imò recuſet recipere, & cũ recipit, nõ vr̃ reſpondere ad q.propoſitã, ſed dic ꝙ cõpellitur hẽditatẽ recipere, ſicut compellabatur defunctus. per quod innuit, ꝙ licèt non
a receperit, perinde tñ poſſit conueniri ac ſi recepiſſet. †In tex.ibi, (quoniam ferè.) recipit opp. quæ poſſet fieri, quare ſenatuſconſultum (in quo cauebatur, ꝙ fideicommiſſarius qui compulit hæredem ad adeundũ, compellat̃ hæreditatem recipere) non fecit mentionem de hærede fideicom. vt compellatur ſi fideicommiſſarius deceſſit ante reſtitutionem, quia caſus iſte rarò contingebat, quia qñ hẽs cõpellit̃ adire regulariter, ſtatim reſtituit, quod põt facere ſi vult, etiã ſi ſit rogatus in diem, vel ſub conditione, vt in l.apud Iu.§. Antiſtia.ſ.eo. Sed aliqñ non vult ſi aliquid erat ſibi debitũ, qđ primo q̃ reſtituat, vult detrahere, & interim fideicõmiſſarius decedit. Et ſic patet hic, ꝙ fideicommiſſarius tranſmittit ſi decedit ante reſtitutionẽ, licèt glo. dicat ꝯrium in l.cum filio. de le.j. tñ hic loquit̃ qñ coegit adire, ſed idẽ eſt ſi ſpõtè adi-
3 uit, vt ſ.eo.l.cogi.§.idẽ Metianus.& ĩ.eo.l.Seius. †In tex.ibi. (nec hẽdis eſt facta mentio,) No. hic iuncto tex.ſeq. quod iuris eſt de aliquo, eſt etiã de hærede eius, licèr de illo non fiat mentio, vnde inducitur, ſi ſtatutũ dicit, ꝙ inſtr̃m ꝯ aliquẽ mittatur executioni, licèt de hærede non faciat mentionem, nihilominus poterit cõtra ipſum mitti, & perſonaliter capi.ſ'm Barto. Certè ſi loquerẽt illo modo, ꝙ mittat̃ executioni ꝯ debitorẽ, nullum haberet dubiũ, quia hæres eſt debitor, ſicut defunctus. vnde ſatis cõprehẽdit̃ in verbis ſtatuti. ſed ſi dicat ꝙ mittatur executioni ꝯ debitorẽ in ipſo deſcriptũ, & tunc eſt maius dubiũ, quia ſtatuta non
a extenduntur[a] de perſona ad pſonã. l.ſi verò.§.de viro.ſ.ſolu.matr. ſed verũ eſt de pſona, q̃ non ſit eadẽ cũ illa vel reputet̃ eadẽ, quia non eſt tunc extenſio. l.non erit.§.dato.de iureiuran. Notarij tñ dicunt, ꝙ talis promiſit per ſe & ſuos hẽdes, & ſic benè compre-
4 henduntur hẽdes. Bar.in l.per diuerſas.C.manda.in x.q.dicit, †ꝙ licèt ex forma ſtatuti poſſet fieri executio, & captura pſonæ principalis debitoris ſine alia citatione, non tñ poterit fieri de hærede eius, niſi primo citetur vt veniat ad dicendum an ſit hæres. qa primo q̃ fiat executio, debet liqtidari primo perſona, ꝯ quam ſit, vt ſit talis ꝯ quam fieri poſſit. Tene menti, quia habui de facto, & fuit reuocata quædam captura, qa non fuit liquidata perſona, ꝯ quã fuit facta, facit l.ſi curialis.C.de epi.& cler. cum ibi no.per
5 eundem. †vbi vult ꝙ ſi ſtatutũ dicit, inſtr̃m debere mitti executioni realiter & perſonaliter ad volũtatẽ creditoris, ſemp tamen debet præcedere citatio debitoris, vt veniat ad dicendũ cauſam, quare nõ debet executioni mandari niſi ſtatutũ dicat contrariũ, ꝙ poſſit fieri nulla præcedente citatione, & tunc poterit fieri ꝯ
6 principalẽ, ſed ꝯ hæredẽ non, quicquid dicat ſtatutum. † Similiter econuerſo poterit hæres creditoris, & etiã ceſſionarius petere executionẽ, ſicut creditor principalis, vt no.in addi. Specu.de ceſ.act.quia tranſit in ceſſionariũ cum ſuo priuilegio cohærente
7 perſonæ, facit quod no.in l.poſt dotem.ſ.ſol.mat.in pe.col. † Sed quid ſi loquatur negatiuè? puta ꝙ frater non poteſt facere capi fratrem, an hæres fratris põt facere capi? Dicit Bal in l.ſi poſt diuortiũ.illo tit. ꝙ nõ per illum tex. vide quod no.ibi p glo.& Bart. In gl.fi.ibi.(rñdeo.) no.gl.iſta vr̃ ꝯrũ dicere eius quod ſup.dixi.ſ. ꝙ fideicommiſſa. & eius hæres pñt conueniri a creditoribus et ã reſtitutione nõ facta, qñ hæres fuit cõpulſus adire. Glo. vult contrarium, quia certi ſunt caſus in quibus iura tranſeunt ſine reſtitutione, q no.C.eo.in l.pe.inter quos iſte non eſt. Tu dic.ꝙ ibi in iuribus actiuis, hic in paſſiuis.iõ tene qđ ſ.dixi, quia ꝑ facta hẽ poſtq̃ poſſum cõpelli ad eã recipiendã, aliàs rñſio Iuriſcon. non eſſet ad q.formatã, quod nõ eſt credendum, eſſe de mente eius.

ADDITIO.

a Extenduntur. Adde late Soci.conſ.120.incipien.difficultas.

2 *Si defunctus mutuauit pecunias, & ſtipulatus eſt vſuras, vel locauit domũ, & fuit ſtipulatus penſiones, quæ non fuerũt per hæredem exacta, ſed adhuc debentur cum hæreditas reſtituitur, an iſtæ actiones veniant in reſtitutione. & quid de fructibus perceptis poſt aditam hæreditatem.*

3 *Fideicommiſſarius habetur loco hæredis, & quando hoc fallat.*

4 *Quare fructus ſati & percepti per hæredem negligentia fideicommiſſarij, cedant lucro hæredis.*

1 §.Sed & in huiuſmodi. †Acceſſiones ciuiles prouenientes ex contractu defuncti, & per hæredẽ non exactæ loco rerum hæreditariarũ habẽtur, ideo veniũt indiſtinctè in reſtitutione, etiã ſi mora hæredis nõ interuenit, ſed fideicõ. Prouenietes verò ex cõtractu hæredis habentur pro fructibus, ideo non veniunt eo caſu, quo fructus nõ veniunt. h.d. vſque in fi. & eſt magna limitatio ad l. in fideicõmiſſariã.ſ.eo. vt loquatur de fructibus ſatis, & collectis p hæredem, & eius induſtria, non ſic in acceſſionib. ciuilib. vt ſunt vſuræ, & pẽſiones, quarũ dies ceſſit poſt aditã hæreditatẽ, quia ſi non fuerũt exactæ. & quæritur an veniãt in reſtitutione, adhibet̃
b diſtinctio. de qua hic. [b] Sed ſi eſſent exactæ eſſet idẽ quod in fructibus. l. deducta. §.qui poſt. ĩ.eod. per quem gloſſatur iſte §. Primo loquitur qñ proueniebant ex contractu defuncti, vſque ibi, (ſed cũ.) poſtea qñ ex ꝯctu hæredis. Item in prima parte ponitur thema & qõ. vſque ibi, (ab hærede) Secũdo allegationes pro, & cõtra, vſque ibi, reſpõ.) & ibi ponit̃ deciſio pro fideicõmiſſario,
